

ARISTOTELES

I

1584

Universidad de Chile
Biblioteca

Universidade do Minho
Biblioteca

Universidad de Antofagasta
Biblioteca

Universidad de Concepción
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca
52075

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS operum omnium

PARS PRIMA,

QVAM LOGICAM,

Seu organum appellant: cui addidimus Argumenta, ac potius paraphrases, & Annotationes ex Boethi, Ammonij, Simplicij, Io. Grammat. & Alexandri sententia in singula capita Ex IOAN. MARINELLI scriptis.

Index, Logicumque Lexicon verum, ac verborum difficilium.

CVM PRIVILEGIO.

28415

VENETIIS, Apud Ioachimum Bruniolum.
M. D. LXXXIIII.

CAPITOVA

DE ARISTOTELIS OPERIBVS CENSVRA.

PLinius Secúdus libro septimo Historiæ Naturalis inquirit, quodnam existimetur maximũ fuisse ingeniũ, ex his quidẽ, quorum extet memoria, vel suis ipsorũ, vel alienis monumẽtis. & ei tantæ ambitionis palmã videtur ad Homerũ vatẽ deferre, secutus Græciæ iudiciũ, quæ illũ fõtẽ ingeniorũ appellat. Sed mihi tamẽ acrius eã rẽ intuenti, atque examinãti subtilius, nullũ videtur fuisse ingeniũ Aristotelico præstãtius. Legenti opera eius attẽtè ac diligenter, exoritur ingẽs admiratio, quã ab vltimis principiis deducit abditissima, & profundissima rerũ omnium, quam acute refellit aliena, qua fortiter communit & corroborat sua, quo ordine digerit singula, & quod est in tradẽdis artibus perutile, quanta frugalitate verborum. nihil est in eo vacans, aut inane,

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia solida & plena: nusquam sinit lectorem oscitari, aut aliud agere. De hoc vere dici potest, quod Lysiæ Atheniensi minori de causa attribuitur, ruituram structuram vniuersam, si vel verbulum vnum, tanquam lapidem, detraxeris. Axiomata autem illa vniuersalia, quis non admiretur in omni argumento & materia tam multa esse ab illo excogitata vera, & perpetua, quibus sequens ætas in tanto decursu seculorum vix exceptionem vllã annotauit? Scripserunt veteres philosophi ante Aristotelem pauca, atque ea confuse. Primus omnium Plato eleganter sane multa, & docte, sed ad docendum, discendumque parum accommodatè. Aristoteles omnia ordinè, & formam habent institutionis, ac disciplinæ, nec fuit dexteritas in aliquo ad artes tradendas par, omnia uerò sunt illi certis præceptis & formulis conscripta, ea brevitate & grauitate verborum ac sententiarum, vt accipi facilè, retinerique possint, & ad vsum, quum res postulat, accommodari. Verba autem nullus Græcorum habet æquè apposita, ita ut ex rebus videantur nasci, quas tractat. Non persequitur rerum floscvlos, & orationis

delicioſas, quas inani oblectamẽto delinitũ lectorẽ rẽent, poſtea remittat vacuũ. Plena eſt illius oratio ingẽti fructu cognitionis rerũ ſciri dignarum. non captat præſẽtẽ gratiã leuẽ ac momẽtaneã, ſed adfert diuturnã vtilitatẽ idcirco nec ad quemlibet guſtũ facit tantus author, nec quemlibet lectorẽ deſiderat. Volunt Arist. opera lectorẽ ingenij nõ acuti tãtùm, ſed etiam profundi, ſolidi, ſani, circũſpecti, uolũt attentũ, diligẽtẽ, imbutũ lectione variorum authorũ, & cognitione rerum multarum. hæc ſi deſint, nihil Ariſtotelicis libri exiſtimabitur aſperius, inſuauius, inamœnius, quemadmodũ nõnulli de eo indicant, vel propter ignorantiã, vel propter tenerituditem ingeniorũ, põdus nõ ferentes tãtæ doctrinæ, quẽadmodũ infirmis oculis lux ſolis, & diei ſplendor moleſtus eſt, quo nihil eſt lætius, & valẽtibus iucundius. Verũ vt Arist. primus inueniebat propè oĩa, ita nõ poterat noua inuenta oĩno vnus excolere, atq; expolire. Erant etiã nõnulla, quę propter nouitatẽ nondũ habebat ſatis explorata, & percognita. Accedebat ad hæc ingeniũ viri tectũ, & callidũ, & metuens reprehenſionis, quod inhibebat eũ, ne pro

ferret interdū pertē, quæ sentiret, inde tā multa per eius opera obscura, & ambigua.

DE LIBRIS ILLIVS.

Libri eius diu latuerunt, cū bibliotheca Theophrasti discipuli, quæ ad hęredes imperitos deuoluta, multis annis in tenebris & squalore iacuit, vsq; ad tpa L. Syllæ Dictatoris, qui bibliothecā illā coemit, & libros describendos, in ordinemq; redigendos Tyrannioni dedit grāmatico, sicut authores sunt Plutarchus Cheronæus, & Strabo. Post ea tpa fuerunt in oīum manibus, sed non magno in pretio, pp difficultatē sensorum, ad quæ pauci penetrabant, quousq. Alexander Aphrodisiensis, Antoninorum temporibus diligens Aristotelis lector, cōmentarios in multa illius opera cōscripsit, tū primū cœpit Aristoteles, & legi, & intelligi, & versari in hoium manibus, nimirū recollecta vtilitate, quæ ex illius attenta lectione caperetur. Verū non oīa illius ingenij monimenta, et quæ L. Sylla inuenit, ad nostrā ætatē peruenerunt, qđ est intelligere ex ijs, quæ ā veteris memoriæ scriptorib. citātur. M. T. in 2. lib. de nat. deor argumentum adfert Aristotelis, quo ille Dei prouidentiā ex cōsideratione pulchri-

chritudinis, ordinisq; mundi huius colligebat: atqui argumentū hoc apud Arist. quē habemus, nusquā legit. Idē Cicero libros Arist. de Natura deorū visos a se testatur. Seruius grāmaticus Arist. dicat dicentem, aliqua numina mori. Isidorus, non Hispalensis antistes, sed antiquior quidā, & Clemens in Stromatibus, afferunt Arist. de ijs locutum. Mētionem fecisse, qui vrbib. & regnis pfiderent. Transeo quæ de Aristotelis scriptis recenset Laertius, qui voluminum eius summā ad quadringenta perducit, de quib. quidē nihil dubitetur, & nullo alter distinguit libros quā nos. Ac vt nō oīa Aristotelis habemus, ita quædā sub noīe illius aliena circunferuntur, quod est Aristoteli cum omnib. ferē magni nominis scriptoribus cōe. Iam de singulis dicamus libris.

PERI HERMENIAS.

Liber hic est de interpretatione, qm in eo Philosophus interpretatur, quid sit nomē, quid verbum, quid oratio, quid pronunciatum, quæ sunt quidē partes grāmatici, explicat ni illa Arist. in opere dialectico, q grāmatica nondum esset illa ætate inuenta, hæc vtiq. grāmatica, qua nunc vtimur, ea olim prisci hoies cognitionem elemen-

torum, & syllabarũ, scriptionem rectã ac legitimã, tum pronunciationẽ germanam & propriã cuiusque linguę, grãmaticam nuncupabãt. iã inde ab Homeri seculo. Itaque grãmatici munere Arist. fungitur in prima operis huius parte. Vnus est liber, περὶ ἑρμηνείας, nõ duo. Disputatio aũt illa de futuris indefinitis, quæ cõtingentia nũcupantur, perplexa est, & difficilis, atq. eo magis, quòd Arist. disputat secũ ipse, obijcit sibi argumẽta, & dissoluit, cõfusis oĩno distinctionũ notis, ita vt dialogismus sit absq. personis, sed si dist. diligẽter animad uertantur, dilucidior fiet tota tractatio.

CATEGORIAE.

Opus hoc desumptum est ex prima philosophia, quæ μετὰ τὰ φυσικὰ nominatur, sed hæc tractantur illic vt res, in categorijs aũt, vt voces, res illas significantes. Idcirco categoriæ nominantur, quasi prædicationes, vt vulgò vertunt, vno aũt verbo latinè dicere perdifficile. Sunt aũt hæc modi quidam, & velut rationes, quas primas essentias, hoc est, singula rerum denominamus, consignamus, configuramus, connectimus, seu quod aliud vocabulum magis placet, aut si quod est illis aptius. Di-

Dicimus enim Socratem animans esse, & album, & procerum, & maritum, & Atheniensem, & quæ sunt eiusmodi. Sed denominationes istæ ex rebus pendent, atque vt res separare, ac segregare operosum est, & arduum, ita & categorias istas. multum tamen ab Aristotele est profectum, plurium confectum viæ vno decursu.

PRIORA ANALYTICA.

Post explicatas pronunciationes, ratiocinesque aliorum de alijs pronunciandi atque iudicãdi, tradit Aristoteles præcepta, quemadmodum in ratiocinationem connectantur. Vocat autem analytica, hoc est resolutiua, quod ratiocinationes in partes suas dissoluat, & ex quibus constent perhibeat. Ipsum totum facile est cuiuis intuenti, etiam imperitissimo, nosse autem ex quibus componatur, quasique confletur, & id docere, non nisi docti, atq. artificis. Nihil excogitari potuit ad omneartium ac scientiarum genus cõducibilius, quam syllogismorum formulæ, nihil rursum molestius, quàm quæ de necessario, possibili, impossibili & contingenti, comparat, & conflugit inter se, magno quidem illa acumine, quis neget? sed inutiliter.

POSTE-

POSTERIORA.

Duo sunt in syllogismo, tanquã in hoie corpus, & animus. In corpore est materia, & dispositio, accordo partiũ: in aĩo vis, & vita, & actio. In superioribus analyticis Aristoteles velut de syllogismi ꝑcipit corpore, hoc est, de partib. deq. illarũ nexu, & cõpositione, ideoq. priora nominãtur. In his aũt posteriorib. hoc est, interiorib. & magis reconditis, de aĩa ipsa syllogismi, nẽpe de demonstratione, de vi, & efficacia rationis. Analytici libri sub Aristotelis nomine multi olim circumferebantur, sed hi quatuor ex orationis filo, totiusq. præcipiendi rationis modo, ac facie, Aristoteli sunt adiudicati, cæteris reiectis.

TOPICA.

Hoc est loci, vnde ducuntur argumẽta. Opus est octo voluminib. distinctũ, variũ sane, hoc est multæ eruditionis, & observationis rerũ diuersarum. Sed vt illa oĩa primus ipse pariebat, non potuit tã multa simul edere, simul expolire, itaq. relicta est velut ingens quædã materia, & dites, ad extruẽdum pulcherrimũ ædificiũ. Eruere ex quantũlibet sedula, & attenta lectione illorũ librorũ rationem inueniendi argumenta, haud facilè quisquã possit. Rhetoribus hoc debent dialectici, qui obscuritatẽ hanc illustrauerunt, & tradiderũt, quis esset materiæ illius vsus, qđ Cicero ꝑstitit in Topicis ad Trebatium. Nã partem hãc de dialectica inuentione, & rhetores auidè occupauerunt, tanquã suã, & dialectici verecundè cesserunt, tanquã alienam, non id recenti vitio, vt alia permulta, sed ab Stoicis ipsis factitato, qui philosophorum omnium acerrimi sunt dialectici existimati.

ELENCHVS.

Elenchus multa significat, sed hoc loco pro redargutione sumitur. Libri sunt duo, ad cauẽdas sophisticas captiones, & ne in differendo falsa pro veris per ignorationẽ colligamus, aut admittamus. Huic operi initium dedit Plato in Euthydemo, ostenditur illic pauci quidẽ doli disputatorij captiosi. Aristoteles aũt rem omnem, vt solet, à primis initijs complexus, digessit in ordinem & formulas. Cauendum tamen, ne & Latini homines fallantur, dum græcæ linguæ exempla parum congruenter aptant ad latinam. Absoluta est ijs libris omnibus dialectica omnis, & de inuenien do argumento, & de inuentis iudicando.

ARI-

ARISTOTELIS VITA EX DIOGENE LAERTIO.

LIBRO QVINTO.

De vita Philosophorum.

ARISTOTELES Nicomachi Phæstiadisque Stagirites fuit. Porrò Nicomachus a Nicomachio Machaonis filio Æsculapiique nepote originem duxit, vt Hermippus eo libro, quem de Aristotele scripsit, tradit. Coniuxit autem Amintæ Macedonum regi medicinæ & amicitiæ gratia. Hic intra omne, Platonis discipulos maximè excelluit, vt ea ætate gracili, vt Timotheus Atheniensis in libro de Vitis refert, & exilibus cruribus, parvisque oculis fuit, veste insigni, & annulis, ac tonsura vtens. Natus est autem illi & filius Nicomachus ex Herpyle concubina, vt Timotheus ait. Recessit a Platone, dum adhuc superuiueret. Vnde dixisse illum tradunt, Aristotelem in nos recalcitrauit, non secus atque iumenta matrem pulli geniti. Refert Hermippus in Vitis, cum Atheniensium legatus ad Philippum profectus esset Arist. Academica schola præ-

perfectum fuisse Xenocratem: cùm verò reuertibus esset, si holamque sub alio vidisset, elegisse in Lyceo peripatum illicque vsque ad unctionem deambulando cum discipulis philosophari solitum, atque inde peripateticum appellatum esse. Alii idcirco sic vocatum asserunt, quod ex ægritudine conualescens, ac deambulanti Alexandro assistens quædam disserere soleret. Vbi verò iam plures esse cœperant, sedens docebat, dicens:

Silere turpe est, & Xenocratem loqui.

Ad propositam quæstionem discipulos vnà exercebat simul, & oratoriam docens. Deinde ad Hermiam eunuchum profectus est, Atarnensium tyrannum, quem alij quidem delicias, alius ipsius fuisse tradunt, alij verò sibi affinitate iunctum ei filia sua nepte, vt refert Demetrius Magnesius in libris de poetis ac scriptoribus æquinoctis, qui & Eubuli seruum Hermiam fuisse ait, Bithynium genere, quem & dominum suum enecasse. Porrò Aristippus in primo de antiquis deliciis libro, Aristotelem ait Hermiæ concubinam adamasse, quam ille cum sibi permisisset, duxisse eam, & gaudio elatum immolasse mulieti, vt Athenienses Eleusiniæ Cereri, Hermiæque pæana scripsisse, qui endon, hoc est, intus, scriptus est. Hinc in Macedonia apud Philippum vixisse, atque ab eo Alexandrū filium erudiendum accepisse, perisseque instauari solum patrium a Philippo cuersum. Id vbi impetrasset, dedisse illis leges. In schola quoq; leges tulit imitando Xenocratem, vt decendiarum principem facerent. Vbi vero Alexandro instruendo satis visus est operam, quinque sibi deuinxisse, commendauit illi co-

gnato Callisthene Olynthio. Athenas concessit. Eum audacius quam par erat alloquentem regem, & minimè illi obsequentem, ab ipso increpitum asserunt versu, admonente, ni talia loqui desisteret, maturè periturum, quod & factum est. versus autem sic habet:

Qualia mi loqueris, vereor sit nate superflua.

Nanq; Hermolao in Alexandrum insidiarum socius fuisse deprehensus, cauea ferrea circunducitur, pædore atque squalore oblitus, leoni postremo obiectus est, ficq; excessit è vita. Enimuero Aristoteles Athenas profectus, cum illic tredecim annis docuisset, etiam in Chalcidem concessit, quod ab Eurymedonte hierophanta impietatis accusatus esset, siue, vt Phauorinus ait in omnimoda historia, a Demophilo, quòd hymnũ in eũ, quem præ diximus, Hermiæ scripserit, quodque hoc epigrãma statuæ, quę in Delphis est, incidi curauerit.

Impius hunc quondam Persarum morte tyrannus
Mulctauit violenti iusq; nefasq. virum.
Nam neque collato oppressit certamine, verum
Insidijs hominis vsus amicitia.

Hic verò, vt ait Eumolus in quinto historiarum aconitũ bibens, mortuus est septuagesimo ætatis anno. In quem est nostrum hoc epigramma.

Nuper Aristotelem, laesa vt pietate nocentem
Extulit Eurymedon sacrificans Cereri.
Ille aconita bibens subterfugit, ecce aconiti
Hoc erat in nullum vincere sacrificium.

Idem vero refert ipsum Platoni trigenario fuisse in disciplinam dedisse, sed profecto fallitur. Nãque septimo decimo ætatis anno Platonem audire cœpit. Est autem hymnus huiusmodi.

Virtus laboriosa generi mortalium, pomposissimum

simum vitæ humanæ incitamentum. Pro tua siquidem forma o virgo, expectanda est in Græcia mortis conditio, & grauium assiduorumque laborum tolerantia. Talem nimirum in seris hominum animis fructum planè immortalem, & auro præstantiorem, parentibusque ipsis, somnoq; dulcissimo. Nam in gratiam tuam Iouis Hercules, & Ledæ filii multa perpessi sunt, qui quid possent, opere declararunt. Quin & tui desiderio Achilles, & Aiax ad inferos penetrarũt, tuæq; formæ luculentissimæ gratia Atarneæ ciuem Solis priuauit lumine. Quo enim clarus spectatusq; rebus gestis? Hunc immortales meæ artiorem reddẽt musæ, quæ Iouis hospitalis deus augere solent.

Primam hunc orationem iudicialem pro seipso scripsisse, cũ huius criminis argueretur, Phauorinus in omnimoda historia author est, ac dixisse Athenis:

Et pyra nata pyris, ficusq; in ficubus exstat.

Ait autẽ Apollodorus in chronicis natum illum anno primo, nonagesimæ nonæ olympiadis, pertexisseq; ad Platonẽ decimoseptimo ætatis anno, annosq; viginti apud eũ fuisse commutatũ. Tũ vero venisse Mitylenẽ principe Eubulo, quarto anno centesimæ octauæ olympiadis. Verum Platone primo anno functo vita, sub Theophilo, profectum esse ad Hermiã, mãsisseq; annos tres, sub Pythodoto autẽ se contulisse ad Philippum secundo anno centesimæ nonæ olympiadis, Alexandrum quintumdecimũ iam annum ętate agente. Athenas vero concessisse secundo anno centesimæ vndecimæ olympiadis, atque in Lyceo tredecim annos docuisse, ac demum pertexisse Chalcidem, tertio anno centesimæ

tesimæ quartæ decimæ olympiadis, morboque periisse, cum esset annorum ferme sexagintatrium. Quo etiam tempore Demosthenes in Calauria defunctus fit sub Philocle. Fertur autem ob Calisthenis insidias in Alexandrum, intentum fuisse regi, illamque ad eum contristâdum Anaximenem extuliſſe, ac misſe Xenocrati dona. Lusit in eum epigrammate Theocritus Chius, vt ait Ambryon in libro de Theocriti vita, in hunc sensum.

Hermiæ conubii simul, Eubuliq; sepulchrum
Mente vacans pecuniæ struxit Aristoteles.
Timon quoque sic illum agit,
Se neque Aristotelis leuitas miseranda loquacis.

Hæc vita Philosophi fuit. Cæterum nos ipsius quoque testamẽta legimus in hũc ferme modũ. Bene quidem, ac rite erit. Quod si quid contigerit, ita legauit Aristoteles. Curatorem quidem omnium, & per omnia iussit esse Antipatrum. Quoad vero Nicanor adoleuerit, curatores, ac tutores instituit Aristomenem, Timarchum, Hipparchũ, Cliotelem, & Theophrastum si voluerint, ac si curam suscipere velint filiorum, & Herpylidis, rerũque omniam. Cumque puella fuerit matura, viro tradi illam. Nicanori. Sin vero puellæ quippiam contigerit, quod absit, vitaq; prius, quam conubio iũgatur, fuerit, aut postquam nupserit antequã filios procreet, excesserit, Nicanor dominus esto, vt & de puero, & de cæteris dignè nobis, ac sese disponat. Curet autem Nicanor & de puella, & de puero Nicomacho, nihil ut illis desit, patris, ac fratris una implens munus. Quod si Nicanori quidpiam contigerit, quod absit, siue priusquam puellam duxerit, siue postquam duxerit, nondum filijs natis, quæ quidem

ille instituerit, ea rata sunto. Sin autem voluerit, & Theophrastus puellæ curam habeat. Sin aliter, curatores habito cum Antipatro consilio & de puella & de puero disponant vt eis videbitur optimum. Curam autem habeant tutores & Nicanoris mei, & Herpylidis nemores. Nanque erga me studiosa plurimum fuit, cæterorumque omnium & si virum accipere voluerit, curent, ne indigne nobis loquatur. Dentque illi præter ea quæ antea acceperat, de nostra substantia, talentum argenti. Ilesiq; si voluerit, famulas, & ancillam quam habet & Pyrrheum puerum. At si quidem in Chalcide habitare voluerit, hospitium quod adortum est; sin autem in Stagiris, paternam domum. Virum vero horum maluerit, studeant procuratores domum ita necessaria supellectile instruere, vt & sibi honeste, & Herpylidi sufficienter instructa videatur. Curæ sit autẽ Nicanori & Myrmecem puerum non indigne nobis ad suos referri, cũ eius, quas cepimus, facultatibus. Si autem & Ambracis liberta, cumq; puella viro tradetur, quingentas illi drachmas, ancillamq; quam habeat, dari iubeo. Sed & Thalesi præter ancillam quam habet emptam, drachmas mille, & ancillulam. Simo quoque absque priore pecunia, in puerum alium, siue puerum emi, siue pecuniam dari. Trychonem esse liberum cum puella nupserit. Philonemiq; & Olympium eiusq; filiorum. Porrò eorum, qui mihi famulantur, puerorum nullum vendi volo, sed hæredes eis vti. Cum verò adulti erunt, pro merito dimitti liberos volo. Curent item vt consumentur quæ Gryllioni sunt tradita. Item vt excipendæ imagines. Vbi vero perfectæ fuerint, suis imponantur locis. Nicanoris quoq;

ac Proxeni quam sculpendam cogitabam, ma-
trisque Nicanotis Artimnesti vero quæ perfecta
est, suo statuatur loco, vt sit ipsius monumentū,
quia sine liberis defunctus est. Matris quoque
nostræ Ceretem in Nemea locet, aut vbicunq;
videbitur. Vbi vero tumulū fecerit, ibi & Phy-
thiadis sublata ossa condat, sicut ipsa præcepe-
rit, & seruari Nicanotis votum quod pro il-
lo vouimus. Animalia lapidea cubitorum qua-
tuor Ioui seruatori, ac Minervæ seruatici in
Stagiris. Hæ testamentorum ipsius series fuit.
Fertur autem ollas plurimas repertas esse, Lyco
nemque dicere, illum in pelui calentis olei lean
ri solitum, oleumque venundare. Quidā vtens
calentis olei stomacho illum imponere consue-
visse tradunt, & cum se ad quiescendum com-
poneret, xream sparam tenere in manu pelui
subiecto, eo consilio, vt cum dormientis manu
excussa sphæra in subditum æreum vas incidis-
set, sono illius excitus exurgeret. Eius esse præ-
claras istas sententias legimus. Interrogatus
quidnam mendaces lucrarentur, vt cum vera
inquit dixerint non illis credatur. Cum sibi pro-
bro daretur, quòd flagitioso homini misericor-
diter tulisset opem, non, inquit, mores miseri-
tus sum, sed hominem. Amicis ac discipulis ista
consueuerat dicere, vbicunque moraretur. Aspe-
ctus quidem à circunfuso aere lumen accipit,
animus autem à disciplinis liberalibus. Sæpe nu-
mero cum in Athenienses inueheretur, alebat
illos tramenta & leges inuenisse, verum fru-
di autis quidem vti, non autem legibus. Stu-
dium liberalium amaras radices, fructus au-
tem dulces esse asserebat. Rogatus quidnam es-
set senescere, gratia, inquit. Quid sit spes, vi-

gilan-

gilantis, ait insomnium. Diogene caricam por-
rigente, cogitans nisi acciperet, vsum esse, me-
ditatus sumens. Diogenem ait caricam simul
eum vsu perdidisse. Rursus ab eo porrectam ac-
cipiens, atque pueili more in sublime eleuans
cum dixisset, magnus Diogenes, eam illi reddi-
dit. Tria dicebat pueris esse necessaria, ingenio,
exercitationem, disciplinam. Audierat aliquan-
do se a quodam maledictis esse lacessitum. Tum
ille, absentem inquit etiam verberet. Dicebat
pulchritudinem plus, quam epistolas omnes va-
lere ad commendationem. Plerique Diogenem
ita statuisse asserunt, ipsum autem donum for-
mæ dixisse. Socratem vero modici temporis ty-
rannidem, Platonem naturæ priuilegium, Theo
phrastum tacitam deceptionem, Theocritum
vero ebutneum detrimentum Carneadem re-
rum solitarium. Rogatus quo differrent docti
ab indoctis, quo, inquit, viuētes à mortuis. Eru-
ditionem dicebat inter prospera esse ornamen
tum, inter aduersa refugium. Parentes qui libe-
ros erudiendos curasset, longe honorabiliores
esse his qui solū genuissent. Eos enim viuendi
tantum, illos etiam bene beateq; viuendi autho
res esse. Glorianti cuidam quod magnæ esset vr
bis ciuis, noli, inquit, hoc attendere, sed an di-
gnus sis magna & illustri patria. Rogatus quid
sit amicus, vna, inquit, anima in duobus corpo-
ribus habitans. Homines plerosque dicebat ita
esse parcos, ac si semper victuri essent: alios
item prodigos, ac si continuo morituri. Per con-
tanti cur honesta forma præstantibus diutius
congredimur, caci, inquit, huiusce interroga-
tio est. Rogatus quid ex philosophia lucratus
fuisset, hoc, inquit, vt iniussus eam faciam, quæ

plerique per legum metum faciant. Interrogatus quo pacto discipuli egregie proficerent: Si excellentiores, ait, prosequentes tardiores non morentur. Loquaci homini cum illum improbe probris multis obtulisset, dicenti, num te lacessis obtuli? Hercle, inquit, non tibi, animum adverti. Causanti cur sipem non bono homini dedisset, nam & ita contigisse ferunt: Non, inquit, homini dedi, sed humanitati. Rogatus erga amicos quales esse debeamus, Quales, inquit, eos erga nos esse optamus. Iustitiam dicebat virtutem animi vnicuique secundum dignitatem describentium. Disciplinam optimum esse dicebat viaticum ad senectutem. Refert Phavorinus in secundo commentariorum illū cerebro dicere solitum. O amici, amicus nemo. Ista quidem ad illum referuntur. Conscripsit autem & complura volumina, quæ vt summa ingenij illius vis ac præcipua circa omne orationis genus exercitatio clarius eluceat, subnectenda necessario existimaui. De iustitia libros quatuor, de poetis tres, de philosophia tres, de republica duo, de rhetorica Gryllus vnum, Nerinthus vnum, Sophista vnum, Menexenus vnum, Amatorius vnum, Conuiuium vnū, de diuitijs vnum, Exhortationum vnum, de anima vnum, de precatione vnum, de nobilitate vnum, de voluptate vnum, Alexander seu de colonis vnum, de regno vnū, de doctrina vnum, de bono tres, de Platonis legibus tres, de eiusdem repu. duos, Oeconomicus vnum, de amicitia vnum, Quid sit tolerare hæc tolerantia vnum, de disciplinis vnum, de his, quæ in contentionē cadunt duos, Solutiones eorum quæ in contentionem veniunt, quatuor. Diuisiones sophisticæ quatuor.

tuor. de contrarijs vnum, de speciebus & generibus vnum, de propijs vnum. Commentaria epichirimatica tres. Propositiones de virtute tres, obiectiones vnum, de his quæ quot modis dicuntur, siue secundum propositum, vnū de elementis tres, de scientia vnum, de pertur bationibus iræ vnum Moralium quatuor, de principio vnum, Diuisiones septemdecim, Diuisibilium vnum, de interrogatione & responsione duo, de motu vnum, Propositiones vnum, Propositiones contentiosæ quatuor, Syllogismi vnum, Priorum Analyticorum nouem, Posteriorem analyticorum maiorum duo de quæstionibus ad disciplinam pertinentibus octo, de meliore vnum. de idea vnum, Termini Topicorum septem, Syllogismorum duo, syllogisticos & diffinitiones vnde eligibili, & accidentū vnum, de ijs, quæ ante locos sunt, vnum, Topicorum ad diffinitiones duo, Perturbationum vnum, Diuisibilium vnum, Mathematicus vnum, Diffinitiones tredecim, Epichærematum duo de voluptate vnum, Propositionum vnum, de voluntario vnum, de pulchro vnum. Qualiones epicheremeticæ viginti quinque, Quæstiones de amicitia duo, Quæstiones de anima vnum, Politicorum duo, Politicæ auditionis, sicut Theophrasti, octo, de iustis duo. Artium introductio duo, Artis rhetoricæ duo. Ars vnum, alia ars duo, Methodicum vnū, Artis Theodecti introductionis vnum, Artis poeticæ libros duos, Enthymemata rhetorica, de magnitudine vnum Enthymematum diuisiones vnū. de dictione duo de consilio vnum, Collectionis duo, de natura tres, Physicon vnum, de Archytæ philosophia tres, de Speusippi Xenocra-

nocratisque philosophia vnum, ex Timæi Archytæque disciplinis sumpta vnum, Aduersus Melissi dicta vnum, Aduersus Alcinæonis dicta vnum, Aduersus Pythagoricos vnum, Aduersus Gorgiam vnum. Aduersus Xenocratem vnum. Aduersus Zenonis scita vnum, de Pythagoricis vnum, de animalibus nouem, Anatomorū octo. Electio anatomorum vnum, de compositis animalibus vnum, de fabulosis animalibus vnum, de non gignendo vnum, de plantis duo. Physiognomicum vnum, Medicinalia duo, de monade vnum, Signa tempestatū vnum, astronomicon speculatiuus vnum, de motu vnum, de musica vnum, Memoriale vnum, Homericarum ambiguitatum sex, Poetica vnum, Naturalium secandum elementa triginta octo, Inspectorum problematum duo. Liberalium disciplinarū duo, Mechanicus vnum, Problematum ex Democrito sex, de lapide vnum, Parabolæ vnum, Inordinata xij. Exposita generatim 14. Iura vnum, Olympionicæ vnum, Pythionicæ musices vnū, Pyticus vnum, Pythionicorum argumenta vnū, Dionysiacæ victoriæ vnum, de tragœdijs vnum. Doctrinæ vnum, Prouerbia vnum, Lex commendatitia vnum, Legum quatuor, Prædicamentorum vnum, de interpretatione vnum. Respublicæ verbium clviij. Seorsumq; ad Philippum depopulari, paucorumq; & optimatum & tyrannorum rep. epistolæ. Selymbriorum epistolæ, ad Alexandrum quatuor, Ad Antipatrum nouem, ad Mentorem vnam, ad Aristonem vnam, ad Olympiadem vna, ad Hephæstionem vnam, ad Themistagoram vnam, ad Philoxenum vnam, ad Democritum versus, quarum initium est, Sanctæ Deum, Elegiæ, quarum est initium, Formosæ

mosæ matris filia: Sunt in summa versus omnes plus minus quadrageſies quinquies mille trecenti & triginta. Hæc librorum illius series, hic numerus, in quibus quid agat summatim exponendum est. Duplicem esse philosophiæ rationem, alteram versari circa actus, appellariq; practicen, alteram in intelligentia & speculatione consistere, & theoricen dici. Ad actionē pertinere ethicen & politicem, qua in parte tū de publica, tū de familiari re agi. Ad intelligentiam Physicen logicenque referri. Porrò logicen instrumentum esse exactissimum. Eius cum geminam destinationem ac scopum subiecisset, verisimile ac verum, ad vtranq; duarum maximarum rerum viribus nititur. Nanque ad verisimile seu probabile, oratoria & dialectica, ad verū autem analytica & philosophia vsus est, nihil omnino omittens eorū quæ vel ad inuentionē, vel ad iudicium, vel etiam ad vsum pertinerēt. Enimuero ad inuentionis adminicula, atque ad eas res, quæ speculationi & arti inseruiunt, propositionum multitudinem tradidit, ex quibus quæstiones, probabilium epicheremata elicere affatim licet. Porrò ad iudicandum analytica priora, & posteriora conscripsisse, prioribus assumptionum iudicia permittens, posterioribus collectionis examen tradens. Cæterum ad iudicandum ea quæ sub certamen cadunt, quæque in interrogatione versantur, & contentione sophisticorum argumētorū, atq; syllogismis atq; his similibus. Veritatis vero iudicium earū quidem, quæ secundum imaginationem sunt actionum sensum definiuit. Moralium verò, vbi de re publica, ac domestica, vbi de legibus agitur mentem, finem autem vnum exposuit virtutis

vnum in vita perfecta. Felicitatem ait plenitudinem ex tribus maxime bonis constantem, iis nimirum quæ in animo sunt, quæ & priora virtutibus appellat, ijs quæ ad corpus attinent, vt sunt bona valetudo, fortitudo pulchritudo, exteraq; his similia, atque ijs quæ extrinsecus veniunt, diuitijs, nobilitate, & claritudine, atq; in hunc modum exteris quibus tertium locum assignauit. Virtutem ad beatam vitam sibi minime sufficere dixit, quippe corporis bonis, exteriorisque indigere. Miserum atque infelicem fore sapientem, siue dolotibus afficiatur, siue inopia & exteris huiusmodi incommodis prematur. Vitium autem ad miseriam atque infelicem vitam sufficere, quantumlibet corporis affluat bonis. Virtutes ait, non se inuicem sequi. Fieri enim posse, vt prudēs quispiam, ac iustus idēq; intemperans atque incontinens sit. Sapientem quidem non omnino perturbationibus vacare, verum perturbari modice dixit, Amicitiam, æquitatem esse definiuit reciprocæ beneuolētiæ. Eius tres species esse tradidit. Esse quippe alicognationis aliam amatoriam, tertiam hospitalem. Amorem non modo congressionis, verum & philosophiæ esse. Amaturum quoque sapientem atque accessurum ad rempublicam dicturumque vxorem, & cum rege vna victurū. Tribus autem generibus vitæ constitutis, primo quod in speculatione, sequens quod in actu, & tertio quod in voluptate consistit. Speculatiuum genus semper prætulit: Liberales disciplinas ad apprehensionem virtutis multum conferre sensit. In descriptione rerum naturaliū præter ceteros rationem maxime secuturū est, adeo vt minimarum quarumq; rerum reddiderit causas. Vnde & naturalium commentariorum complura scripsit volumina. Deum sicut & Plato incorporalem diffiniuit, eiusq; prouidentiam ad cœlestia vsque pertingere, ipsum vero immobilem esse. Porro terrena omnia ad cœlestium congruentiam, ordinemq; disponi. Fratter elementa ista quatuor esse & quintum aliud, ex quo cœlestia consistat, eiusque motum orbicularem esse varium. Animam item incorpoream, primamq; esse entelechian, corporis nempe naturalis & organici potentia vitam habentis. Est autem ea iuxta illum duplex. Entelechiam vero appellat, cuius sit species quædam incorporea. Altera ex his quidem secundum potentiam, vt est Mercurius in cera, informis, quidem, sed idoneus ad percipienda lineamenta, sicut item in ære statua. Secundum vero habitū entelechia dicitur ea, quæ est consummata ac perfectæ Mercurij statuæ. Naturalis autem corporis d xit: nā sunt corpora alia quidem manu & arte elaborata, vt sunt quę ab artificibus fiūt, puta turris atq; nauis. Alia vero sic a natura prodeunt vt arbores, & animalium corpora. Porro organici dixit, hoc est, ad aliquid parati & conditi, vt est ad videndū oculus, auriq; ad audiendum. Virtute autem vitam habentis, vtputa in seipso. Virtute aūt vel potentia minus est secundum efficaciam. Secundum actionem autem, vt vigilans habere animam dicitur. Secundum habitum aūt, vt dormiens. Vt igitur & hic intelligatur adiecit potētia. Multa igitur eiusmodi & aphatus est, quæ perlongum esset numerare. Cuncta enim in rebus summo studio atq; industria fuit, inuentionisque incredibili copia viguit, vt

ex his

ex his quæ supra annotauimus voluminibus cō stat, quæ ad quadringentorū numerū ferre perueniunt, de quibus nihil ambigitur. Nā sunt & alia complura, quæ ipsi ascribuntur volumina atq; sententiæ. Verum enimuero octo fuere Aristoteles. Primus hic ipse. Secundus qui Athenis rempub. administrauit, cuius etiā iudiciales leguntur orationes sanè quam elegantes. Tertius qui Iliadem Homeri scripsit. Quartus Siculus orator, qui ad Panegyricum Isocratis rescripsit. Quintus qui cognominatus est Mythus, Aeschinis Socratici necessarius. Sextus Cyrenaicus, de poetica scripsit. Septimus pædotriba, cuius meminit Aristoxenus in Platonis vita. Octauus grāmaticus obscurus & ignobilis, cuius duplonasmo ars legitur. Huius autem Stagiritæ philosophi complures quidem fuere discipuli, sed omnibus maxime Præcelluit Theophrastus, de quo modo dicendum est.

ARI-

ARISTOTELIS VITA.

Ex monimentis Ioannis Grammatici Philoponi Alexandrini.

VIT Aristotelis genere Macedo, Stagirita, filius Nicomachi, qui Amyntę Macedoniæ Regi medicam præstitit operā ob eamq; rem filium, quem suscepit, vt patris memoriam renouaret, Nicomachum appellauit. ad quem item Nichomachea scripsit. Matre Phæstide, qui amboo genus ab Aesculapio trahebant: cuius rei quidem facit epigramma in Aristotelem his verbis factum:

Matre creatur Phæstide, Nicomachoq; parente,
Stirpe Aesclepiadon Diuus Aristoteles.

Post parentum obitum à quodam, qui publico Atheniēsium nomine peregrinos hospitio excipiebat, educatur: cuius dein officij memor non modo filium eius Nicanora enutriuit, & omni liberali instituit doctrina, sed etiam vt verum, & germanum tractauit. Quinetiam ante mortē testamēto cauit, vt filia Phythais in matrimonium eidem Nicanori locaretur. Cū adhuc adolescēs esset

esset, omni ingenuarum artium scientia excultus fuit quod satis declarant commentarij, quibus res poeticas complexus est. & scripta quæ in poetas edidit, Homericæ item qõnes, & libris artis Rhetoricæ. Annos xvij. natus voce Pythia qua philosophari iubebatur. Athenas mittitur, vbi cum Socrate treis annos coniunctissime vixit, quo extincto ad amicitiã Platonis se contulit, qui cũ xx. annos magno familiaritatis vsu coniunctus fuit, eamq; diligentiam & industriã ad disciplinas percipiendas adhibuit, vt Plato illius ædes lectoris. Neq; vero fides habenda iis qui existimant Aristotelẽ aperuisse Lyceũ cõtra Platonem adhuc superstitẽ. Qui enim hoc protulisset cum Chabria, & Timotheus Atticarum copiarũ duces opibus magnaq; potentia Athenis florerent & Platoni arcta necessitudine coniuncti essent? Sed non desunt qui tradant ab Aristotele Lyceũ cõstitutũ in humanis adhuc agente Platone, vt multas hominis sententias cõuelleret. Ad quos respõdere satis habemus, nõ simpliciter quicquam contra Platonem statui, sed contra eos, qui Platonica decreta minus perspecta haberent. attamen si quid contra eũ profertur, non absurdum iudicari debet, cum in hac ipsa philosophandi ratione nihil discrepet ab his, quæ Plato senserit: illius enim vox est magis conuenire nos de veritate solicitos esse, quam de quauis alia re. Quinetiam ad verbum ita scribit. Amicus quidem Socrates, sed veritas amicissima. *Et alibi Socratis, inquit, parua est auenda est, veritatis autem magna.*

Hoc idem institutum Aristoteles tenuit, momentaque Platonica immutanda censuit, cum & in huiusmodi consilio ab illo non discre-

screpet, quippe qui veritatis decus non contempserit, cum tamen mirifico studio, egregiaque voluntate Aristotelem fuisse erga Platonem constet ex Ara, quam ei consecrauit hac inscriptione:

Posuit Aristoteles piur hoc altare Platoni.
Quem laudare nefas ora profana foret.

Cum Platone multis officijs, & magna familiaritate xx. annos coniunctus fuit, post cuius obitum ita euenit, vt Speusippus sororis Potones filius scholã teneret, docendiq; munus susciperet, Aristoteles aũt in Macedoniæ vrbem secederet, quo loci alumnum disciplinæ suæ Alexandrum conditorem habuit, magnaq; autoritate in eius regno præstitit. Nã apud Regem opibus & gratia florentissimus fuit, plurimaq; opportune impetrauit: nã multa studio, & officia in singulos priuatim, & in vniuersos publice cõtulit. Declarant epistolæ commendatitiæ, quæ ad regem scriptæ sub illius nomine feruntur, & patria Stagiritæ, quæ cũ euersa esset, author fuit, vt ab eodẽ ipso instauraretur. Quapp Stagiritæ Aristoteli festũ celebrãt, quod Aristotelem nominant, & mensem, in quo dies festo dicatus est, Stagiriten appellant. Egressus quoque Theophrasti patria, quam cum Alexander grauiter vindicare cogitaret, periculo liberata est. Deinde cum Speusippus e vita excessisset, Athenienses Aristotelem ad se inuitant; quæ vna cum Xenocrate scholæ Platonis præficitur. Xenocrates igitur in Academia docebat, Aristoteles in Lyceo. Ac non longo inter[illegible] Athenæ defecissent, Aristoteles in Chalcida nauigauit, illud vsurpans: Non patiar Athenas in philosophiã semel, ac iterũ vos peccare. [illegible]tem è medio

dio sustulerãt. Nec dissimulauit iudicium suum apud Antipatrum, quãm difficile, & multi operis esset, Athenis agere, carmen illud Homeri referens:

Inqi pyris pyra, ficis fici molle senescunt.

Ita peruersitatem morum Athenien sium iudicabat. Macedoniam repetijt, vbi gratia & authoritate apud Reges, qui prouinciam illã tenebant, plurimum valuit, apud Alexandrum, & matrem Olympiada, apud Antipatrum, apud Philippum. Ad Alexãdrum de regno librum scripsit, in quo præcepta de regno administrando ei dat. Quin etiam se comitẽ Regi adiunxit in intimos Brachmanas proficiscenti vbi & iam opus confecit, in quo memoriam CCLV. rerum pu. colligauit. Illum quoque secutus est contra Persas mouentẽ: vbi cum bellũ exortum esset, & Alexander mortem obijsset, in patriam reuertitur. Morum animam coluit moderationem, in Philosophia captum excessit humanum. cum nullam partem eius disciplinæ imperfectam explicatione reliquerit sua. immo propria fretus solertia, eã plerag; adiecisset, vniuersam philosophiam castigauit, optimisq; instruxit præceptis. Magnam ita accessionem fecit ad artem differendi quando-quidem ab ipsis rebus normas, præceptaq; secreuit, & demonstrandi rationem cum via inuenit: nam superioris memoriæ Philosophi demonstrare quidem ac euidentibus probationibus vti sciebant, sed demonstrate, ac euidentes probationes conficere ignorabant, atq; idem illis vsu ueniebat, quod Sutoribus, qui coria recare nouerunt, calceis aũt vti probẽ queunt. Rerũ naturalium indagatio- [illegible] didit naturam, Diuinatio- [illegible] is nihil eius modi

modi adiecerit, attamen ita docuit, vt nihil, quatenus causa ferret, prætermiserit. Siquidem tantum abest, vt duntaxat, quæ intra orbem continentur quemadmodũ nonnulli existimant comperta habuerit, vt etiã quæ supra orbem habentur, probe tenuisse affirmemus. quod quidem idem ipse Aristoteles probat viij. naturalis auscultationis libro. Princeps, inquit, causa neque per se, neque ex accidenti motu cietur. Atque ex hoc nimirum planum facit Deum neq; corpus, neque patibilem esse. Vniuersum vitæ tempus, quod vixit lxiij. annorum numero describitur. cum enim xvij. ageret annũ Socrati operam dare cœpit, quo præceptore vsus est triennio: in primis, & necessariis Platonis xx. annos fuit, à cuius obitu. xxiij. annos vixit.

QVAE IN HAC PRIMA

Parte continentur.

Porphyrij prædicabilia.
Aristotelis prædicamenta.
De interpretatione lib. 2.
Priorum analyticorum lib. 2.
Posteriorum analyticorum lib. 2.
Topicorum lib. 8.
Elenchorum lib. 2.
D. SEVERINO BOETHO
Interprete.

PORPHYRII PHOENICEI Prædicabilia

D. *SEVERINO BOETHO* INTERPRETE.

SVMMA LIBRI.

De Generis, Speciei, Differentiæ, Proprij, ac Accidentis natura. De eorundem communitatibus, ac differentijs.

TRACTATVS PRIMVS.

Argumentum, & diuisio in Caput. 1.

Proponit Porphyr. quid scripturus sit in hoc lib. deinde propositum explicat in sequenti capite, ait autem se velle more peripatetico agere de genere, specie, differentia, proprio, & accidenti, quid sint, quantum inter se communicent, differant: hæc autem gratia huius assumpti velit, esse quadruplex vtilitas: conferunt enim ad prædicamenta, ad cognitionem ad definitiones, ad diuisiones, ac tũdem ad demonstrationes conficiendas: nam hæc omnia non possemus, nisi genera, species, differentias, proprias, & accidentia percipiamus: inquit præterea se dissentire ab illis, qui genera, & species per se subsistant, necne, quæ hoc

propositum tres habet partes. In prima vsum libri ostendit his verbis [cum sit necessarium] in secunda quo pacto dictum sit explicaturus sic [compendiosam] in tertia ait Peripa. se velle sequi, ibi [illud verò.]

PROOEMIVM CAP. I.

QVm sit necessarium Chrysaori & ad eam, quæ est apud Aristotelem prædicamentorum doctrinam, nosse, quid sit genus, quid differētia, quid species, quid proprium, & quid accidens & ad definitionum assignationem, & omnino ad ea quæ de diuisione, & demonstratione sunt vtili existente istarum rerum speculatione compendiosam tibi traditionem faciēs, tentabo breuiter, velut introductionis modo, ea quæ ab Antiquis dicta sunt aggredi: ab altioribus quidem quæstionibus abstinens, simpliciores vero mediocriter coniectans. Mox de generibus, & speciebus, illud quidem siue subsistant, siue in solis nudis intellectibus posita sint, & siue subsistentia corporalia sint, an incorporalia. Et vtrum separata, an in sensibilibus posita, & circa hæc consistentia, dicere recusabo: altissimū enim est huiusmodi negotium, & maioris egens inquisitionis. Illud verò quemadmodum de his, ac de propositis magis probabiliter Antiqui tractauerunt, & horum maximè Peripatetici, tibi nunc tentabo monstrare.

RERVM AC VERBORVM annotationes siue explanationes ex Ammonio ac Boetho.

Cum sit necessarium] idest vtile [ad eam prædicamentorum

doctrinam] idest notitiam, siue cognitionem prædicamentorū conseqnentiā. Quæcunque enim in prædicamentis tractātur, sunt genera, species, differentia, propria, & accidentia. Ad definitionum assignationem] ad definitiones conficiendas: conficitur enim vera definitio ex genere, & differentia, vt aliàs docebimus: non vera autem, quæ descriptio appellatur, ex genere, proprio, & accidente. De diuisione] quamis enim recta diuisio generis sit in species per differentias, & quædam eius diuisio subiecti per accidentia. Demōstratione] scilicet conclusiua. Demonstratio est quidam syl. in quo concluditur passio de subiecto, medium autem, siue ratio est diffinitio, & hæc consistat ex genere, & differentia. Subsistant] à per se existant, ac stent absque alio adiumento. In solis nudis intellectibus posita sint] hoc est, sint in intellectu, & non in re. Et vtrum sint separata] s. à propriis singularibus, vt aperit Plato. An in sensibus vbi posita] s. in singularibus. Et circa hæc consistentia] i. diffinitiones, actus, attinentiaq; circa hæc. De his agitur in lib. 7. Metaphy. Magis probabiliter] Græci dicunt Logicoterum. magis logicè.

ARGVMENTVM, ET diuisio in cap. 11.

Genus tres habet significatus: dicitur enim genus collectio multorum cognatione coniunctorum, qui ab vno auctore, siue principio ducantur, vt Romanorum genus à Romulo, dicitur deinde locus, patria, & pater, vt Orestes habuit genus à Tantalo, & Pindarus est genus Thebanum. Tertio dicitur genus id, quod plures species in se continet, simpliciter dictum, habetq; sub se homines, feruum, equum, & alias animantium species. Hoc autem tertium genus ad Philosophum pertinet. Differt verò ab individuis: quoniā ea continet

unum singulare, ut Socratem: genus autem species plures, differt à specie id enim plures in se habet species, hæc quidem plures numero, siue plura individua, ut Socratem, Platonem differt à proprio quoque: quod unum tantum speciem amplectitur, ut risibile hominem tantum: denique differt à differentia. & ab accidente: Siquidem genus sub se continet species ut quid, differentia, & accidens, ut quale: interrogando enim quid est homo, lecto, vel respondetur animal: quale est homo, respondetur rationalis, albus. Hæc est capitis huius summa, sed orationis forma est, quæ primum proponit quid sibi dicendum videatur. deinde propositum explicat. Propositio est [videtur autem] narratio propositi] genus enim dicitur [& in tres diuiditur partes: siue tres sunt generis significationes: prima est [genus enim dicitur] quem exemplo comprobat, quando ait [secundum quam significationem] secunda pars est [dicitur autem & aliter] hanc explanat, ubi ait [sicut Orestem] Tertia [aliter autem rursus] quam comprobat ibi [etenim principium quoddam est] concludit postea propositum, & addit hoc tertium genus ad philosophum pertinere. unde scribit [tripliciter igitur cum genus dicetur] comprobat præterea tertium generis significationem, quam philosophi dant, & qua declarat, quantum differunt cæteræ quatuor voces, siue prædicabilia à genere, quando scripsit [omnia enim quæ prædicantur] & quot sunt prædicabilia, ter sint comprobationis partes: nam alia est [ab his rursus quæ de pluribus] quam confirmat ibi [homo enim cum sit species] alia [à proprio uero] quam confirmat ibi [quæ multimodum visibile] alia est [à differentia uero] hanc comprobat ibi [interrogando enim quale] quam explicat, quando ait [sunt enim in eo quale] confirmat exemplo utitur ibi [interrogaret enim quale quid] Explanatoria præterea huius tertij generis describit sic. [genus de pluribus prædicari] concludit tandem; & [Nil igitur.]

De genere. Cap. II.

Videtur autem neque genus, neque species simpliciter dici. Genus enim est & aliquorum quodammodo se habentium ad vnum aliquod, & ad se inuicem collectio secundum quã significationem Romanorum dicitur genus, ab vnius scilicet habitudine (dico autem Romuli) & multitudinis habentium aliquo modo adinuicem eam, quæ ab illo est, cognationem secundum diuisionem ab alijs generibus dictum. Dicitur autem & aliter rursus genus, quod est vniuscuiusque generationis principium, vel ab eo quis genuit, vel ab eo loco, in quo quis genitus est. Sic enim Orestem quidem dicimus à Tantalo habere genus, Hylum autem ab Hercule, & rursus Pindarum quidem Thebanum esse genere, Platonem vero Athenienſem: etenim patria principium quoddam est vniuscuiusque generationis, quemadmodum & pater. Hæc aut videtur promptissima esse significatio. Romani enim dicuntur, qui ex genere descendant Romuli, & Cecropidæ, qui à Cecrope, & horum proximi. Et prius quidem appellatum est genus vniuscuiusq; generationis principiũ, deinde etiam & multitudo eorum, qui sunt ab vno principio vtà Romulo, quam diuidentes, & ab alijs separantes dicebamus omnem illam collectionem Romanorum genus. Aliter autem rursus genus dicitur, cui supponitur species, ad horum fortasse similitudinem dictum. Etenim principium quoddam est huiusmodi genus earum, quæ sub ipso sunt specierum. videtur etiam multitudinem continere omnem, quæ sub ipso sunt, specierũ. Tripliciter igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum genus dicatur, de tertio apud Philosophos sermo est, quod etiam describentes assignauerunt, genus esse dicentes, quod de pluribus, & differentibus speciem eo quod quid est prædicatur, vt animal: eorum enim quæ prædicãtur alia quidem de vno dicuntur solo, sicut indiuidua, vt Socrates, & hic, & hoc, alia vero de pluribus, quemadmodum genera, & species, & differentia, & propria, & accidentia communiter: sed non proprie alicui. est autem genus quidē, vt animal, species vero, vt homo, differentia autem, vt rationale, proprium vt risibile, accidēs, vt album, nigrum, sedere. Ab ijs igitur, quæ de vno solo prædicantur, differūt genera: eo quod hæc de pluribus prædicantur. Ab ijs autem rursus, quæ de pluribus: a speciebus quidem, quoniam species etsi de pluribus prædicantur, non tamen de differentibus specie, sed numero: homo enim cum sit species de Socrate, & Platone prædicatur, qui non specie differunt, sed numero, animal vero, cum sit genus, de homine, & boue, & equo prædicat, q differūt à se inuicem specie, non numero solum. A proprio vero differt genus: quoniam proprium quidē de vna sola specie, cuius est proprium, prædicatur, & de ijs, quæ sub ipsa specie sunt indiuiduis: quemadmodum risibile de homine solo, & de particularibus hominibus: genus autem nō de vna specie prædicatur, sed de pluribus & differentibus. A differentia vero, & ab ijs, quæ communiter sunt accidentia, differt genus: quoniã & si de pluribus, & differentibus specie prædicantur differentia, & communiter accidentia: non tamen in eo, quod quid est prædicantur, sed in eo, quod quale quid est. Interrogantibus enim

enim aliquibus, quid est illud, de quo prædicantur hæc, genus respondebimus. differentias autem, & accidentia non respondebimus: non enim in eo, quod quid est prædicantur de subiecto, sed magis in eo, quod quale quid est: interroganti enim quale quid est homo, dicimus quod rationale, & quale quid est totius, dicimus quod nigrum. est autem rationale quidem differentia, nigrum vero accidens. quando autem quid est homo interrogamur, animal respondemus, est autem hominis genus animal. Quare de pluribus prædicari diuidit genus ab ijs, quæ de vno solo eorum, quę sunt indiuidua, prædicantur. hoc vero, de differentibus specie, separat ab ijs, quæ sicut species prædicantur, vel sicut propria. in eo autem quod quid est prædicari diuidit a differentijs, & communiter accidentibus, quæ non in eo, quod quid est, sed in eo, quod quale quid est, vel quomodo se habet vnumquodque prædicatur de ijs, de quibus prædicatur. Nil igitur superfluum, neque minus continet generis dicta descriptio notionis.

ANNOTATIONES.

Videtur autem] *i. constat igitur. Simpliciter dici.*] *i. vno modo significare, sed plures habere significatum. Aliquorum se habentium ad vnum*] *i. qui respiciant vnum, à quo originem traxerint. Et ad se inuicem*] *i. alterum respiciat, sicut affines. Habitudine*] *i. respectu, aspectu, ratione. Rursus*] *i. præterea, vel alio modo. Generationis principium*] *i. stirpis, vel familiæ auctor, vel ciuium. Propriissima*] *i. summa, maxima. Et horum proxima*] *codex Græcus vetustus addit, Genus habent. Quam diuidentes*] *alijs quod dijudentes. Differentibus specie*] *i. differentibus speciebus. Prædicatur*] *i.*

continet in se, amplectitur, habetq; sub se. In eo, quod quid est] .i. eo modo, quo si interroges quid est homo, quid est Leo. De vnis dicantur solis] .i. continent sub se. Amplectuntur vnq; vnum solum. Quæ de pluribus] .i. differunt. De differentibus numero] .i. de singularibus, siue individuis. De particularibus hominibus] .i. de singularibus hominibus, ut Socrate, Platone. Quod quale quid est] .i. eo modo, quo interroges, quid, ut homo qualis, cuius qualitatis est. De subiecto] .i. de eo de qua interrogas, ac qualitatem quæris aliquam. Est autem] .i. est enim. Individua] .i. singularia, ut Socrates, & Plato.

Argumentum & diuisio in cap. 3.

Species duplicem habet significatum: appellatur enim species forma, & pulchritudo, appellatur deinde id, quod est sub genere, ut homo est species animalis, & eodo coloris. Hæc species est duplex, altera specialissima, quæ continet tantum individua: altera quæ vnum est species, sunt enim est genus, ut animal est species corporis animati, & genus hominis. Sed genus est triplex, generalissimum, ut substantia, quantitas, & octo alia supra quæ nihil est. & specialissimum, infra quod nullum est genus, ut animal: & medium, quod modò est genus, modo species, ut corpus animatum. Verum singula genera prædicantur de speciebus, non singulæ species de genere, nisi mediæ sint siue subalternæ. & superiores continent inferiores, genus verò generalissimum prædicatur de tribus generibus, speciebus, & individuis, quæ dicuntur Socrates, hoc album, & alia singularia, quorum proprietates distinxerint illa ab his. Cuiungit Porphyr. hoc caput, quod est pars propositionis. [Videtur neque genus, neque species simpliciter diuisum superiori per copulam. Autem, & explanat quo-

modis

modis species dicatur. Explanatio duas habet partes: prima est. [Species autem dicitur] secunda est [dicitur autem species & ea] & hanc partem confirmat per formam orationis, quæ circunductiua appellatur, quam dicit [Quod si etiam genus] At secunda pars copulatur cum duabus alijs. altera est [species est, quæ ponitur sub genere] altera [species est, quæ de pluribus.] hanc magis explicat per formam circunductiuam, ubi scribit [sed hæc quidem assignatio.] & confirmat illam comprobat ibi. [Planum autem] quam postea exemplo illectavat ibi [substantia est quidem] exemplum deinde adiungit ad conclusionem, ubi scribit [Quemadmodum igitur substantiæ] ex quibus vtrobis alterum infert conclusionem ibi. [Quare hæc quidem duæ] quam confirmat ibi [Nam & generalissimum] postea epilogum facit dicens [Determinans igitur] hanc exemplo comprobat, dum ait [vt Agamemnon] hinc per formam circunductionis quantum à generibus, & speciebus differat ostendit, ubi ait [sed in facilibus] rationem verò addit [neque enim commune] quam ibi comprobat [si enim vnum esset commune] deinde ibi concludit. [Decem igitur generalissima,] & ex illa conclusione aliam educit quæ est [Quapropter usque ad specialissima] hanc comprobat sic. [Decem igitur] ex dictis postea id infert [Assignato autem & genere, specie] probat autè ibi [oportet enim aut aqua] tandem epilogum facit eorum quæ in capite de Genere proposuit, ac tractauit usque ad huius capitis finem, dum ait [De genere igitur.]

De Specie. Cap. III.

Species autem dicitur quidem & de vniuscuiusque forma, secundum quam dictum est: Ultima quidem species digna est imperio. Dicitur

tur autem species & ea, quæ est sub assignato genere, secundum quam solemus dicere hominem quidem speciem animalis, cum sit genus animal, album autem coloris speciem, triangulum vero figura speciem. Quod si etiam genus assignantes speciei meminimus dicentes, quod de pluribus & differentibus specie in eo, quod quid est prædicatur, & specie dicimus id quod sub assignato genere est, nosse oportet, quod quoniam & genus alicuius est genus, & species alicuius est species, vtrunque vtriusque. Iccirco necesse est in vtrorumq; rationibus vtrisq; vti. Assignant ergo & sic speciem. Species est, quæ ponitur sub genere, & de qua genus in eo, quod quid est prædicatur. Amplius autem sic quoq; Species est, quæ de pluribus, & differentibus numero in eo quod quid est prædicatur. sed hæc quidem assignatio specialissimæ est, & quæ, solum species est, non autem & genus: aliæ vero erunt etiam non specialissimarum. Planum autem erit quod dicitur hoc modo. In vnoquoq; prædicamento sunt quædam generalissima, & rursus alia specialissima, & inter generalissima, & specialissima sunt alia, quæ genera, & species dicuntur eadem. Est autem generalissimum quidem, supra quod nullum aliud sit superueniens genus. Specialissimum autem est, post quod nō est alia inferior species. Inter generalissimum autem, & specialissimū alia, quæ genera, & species sunt eadem, ad aliud tamē, & ad aliud sumpta. Fiat autem in vno quidem prædicamento manifestum quod dicitur. Substantia est quidē & ipsa genus, sub hac autem est corpus, & sub corpore animatū corpus, sub quo animal, sub animali vero rationale animal, sub quo homo sub

sub homine verò Socrates, & Plato, & qui sunt particulares homines. Sed horum substantia quidem generalissimum est, & quod genus solum, homo vero specialissimum, & quod solum species, corpus autem species quidem est substantiæ, genus verò animati corporis. sed & animatum corpus species quidem est corporis, genus vero animalis. rursus animal species quidē est corporis animati, genus verò rationalis animalis. sed rationale animal species quidem est, animalis, genus autem hominis. homo verò species quidem est rationalis animalis, non autem genus particularium hominum, sed solùm species: & omne, quod ante individua, propinquè prædicatur, species erit solùm, non etiam genus.

Generum, ac specierum in prædicamento Substantiæ ordo.

Genus	Substantia	generalissimum.
Species	Corpus	& genus.
Species	Animatum corpus.	& genus.
Species	Animal.	& genus.
Species	Rationale animal.	& genus.
Species	Homo.	specialissima.
Particulares	Socrates & Plato.	homines.

Quemadmodum igitur substantia cum suprema sit, eò quod nihil supra eam sit, genus est generalissi-

neralissimam: sic etiam homo cum sit species, post quam non est alia species, neque aliquid eorum quæ possunt diuidi in species, sed solum in individua (individuum enim est Socrates, & Plato, & hoc album) species erit solum, & vltima species, & (vt dictum est) specialissima, quæ vero sunt in medio eorum quidem, quæ ante ipsa sunt, erunt species: eorum autem, quæ post ipsa sunt, genera. Quare hæc quidem duas habent habitudines, eam, quæ est ad ea, quæ antecedunt, secundum quam species ipsorum esse dicuntur, & eam, quæ est ad posteriora secundum quã genera ipsorum esse dicuntur. Extrema vero vnam habent habitudinem. Nam & generalissimum ad ea quidẽ, quæ posteriora sunt, habet habitudinem; cum sit genus omnium: quod est supremum: eam vero quæ ad superiora non habet, cum sit supremum, & primum principium, & (vt diximus) supra quod non est aliud superueniens genus. specialissimum autem vnam habens & ipsum habitudinẽ, hanc quidem quæ est ad superiora; quorum est species: eam vero, quæ est ad posteriora nõ diuersam habet habitudinem, sed eandẽ, & species indiuiduorum dicitur, sed species quidem dicitur indiuiduorum, velut ea continens, species autem superiorum, velut quæ ab eis continetur. Determinant igitur generalissimum genus ita, quod cum genus sit; non est species. & rursus, supra quod non est aliud superueniens genus. Specialissimam verò speciẽ sic, q̃ eũ sit species, non genus: & quam cum sit species in spẽs diuidere non possumus. adhuc autem, & quæ de pluribus, & differentibus numero in eo, quod quid est prædicatur. Ea verò, quæ in media sunt eo-

tremorum

premorum, subalterna vocant genera, & species, & vnumquodque ipsorum speciem esse. & genus ponunt, ad aliud tamen, & aliud sumptum: ea enim, quæ sunt ante specialissima vsq; ad generalissimum ascendentia, & genera dicuntur, & species subalternarum: vt Agamemnon, Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & vltimum Iouis. Sed in familijs quidem plerunque ad vnũ reducuntur principium, ver. gr. ad Iouem: in generibus vero, & speciebus non sic se habet. Neque enim est commune vnum genus omnium entium nec omnia eiusdem generis sunt, secundũ vnum supremum genus, quẽadmodũ dicit Aristoteles: sed posita sint (quemadmodum in prædicamentis dictum est) prima decem genera, quasi prima decem principia. Et si omnis quis entia vocet, æquiuoce (inquit) nuncupabit: sed non vniuoce sibi enim vnum esset commune omnium genus si vniuoce omnia entia dicerentur. cum vero decem sint prima, communio secundum nomen est solum, non tamen secundũ rationem, quæ secundum nomen est. Decem igitur generalissima quidem sunt: specialissima vero in numero quidem quodam sunt, non tamen infinito. Individua autem, quæ sunt post specialissima, infinita sunt. Quapropter vsq; ad specialissima à generalissimis descendentes imberbat Plato quiescere: descendere autem per media dividentes specificis differentijs. Infinita vero (inquit) relinquenda sunt: neque enim eorum scientiam posse fieri. Descendentibus igitur ad specialissima, necesse est dividentes per multitudinem ire: ascẽdentibus vero ad generalissima, necesse est colligere multitudinem in vnum: collectiuum enim multorum in vnã

Naturam

natura species est, & etiam magis id, quod genus est, particularia vero & singularia econtrario semper in multitudinem diuidunt id, quod vnum est: participatione enim speciei plures homines, vnus: particularibus autem, & singulis, vnus & communis plures: diuisiuū enim semper est, quod singulare est: collectiuum autem, & adunatiuum, quod commune est. Assignato autem genere, & specie quid sit vtrunque eorum, & genere, quidem vno existente, speciebus vero pluribus (semper enim in plures species diuisio generis est) genus quidem semper de specie prædicatur, & omnia superiora de inferioribus: species autem neque de proximis sibi genere, neque de superioribus: neque enim conuertitur. Oportet enim aut æqua de æquis prædicari, vt hinnibile de equo: aut maius de minoribus, vt animal de homine, minora vero de maioribus minimè: neque enim dices, animal esse hominem, quemadmodum hominem dices esse animal. De quibus autem species prædicatur, de ijs necessario ac speciei genus prædicabitur, & generis genus vsque ad generalissimum: si enim verum est dicere Socratem hominem, hominem autem animal, animal autem substantiam, verum est, & Socratem animal dicere, atque substantiam. semper enim cum superiora de inferioribus prædicetur, species quidem de individuis prædicabitur, genus autem & de specie, & de individuis: generalissimum vero de genere, vel generibus, si plura sint media & subalterna, & de specie, & de individuo. dicitur enim generalissimum quidē de omnibus sub se positis generibus, & speciebus, & individuis, genus autem, quod ante specialissimum

est,

est, de omnibus specialissimis, & individuis: solum autem species de omnibus individuis, individuum autem de vno solo particulari. Individuum autem dicitur Socrates, & hoc album, & hic veniens Sophronisci filius: si solus sit ei Socrates filius. Individua autem dicuntur huiusmodi: quoniam ex proprietatibus consistit vnumquodque eorum, quarum collectio nunquam in alio eadē erit. Socratis enim proprietates nunquā in aliquo alio particularium erūt eædem. Ex vero, quæ sunt hois proprietates (dico autem eius qui est communis) erunt eadē in pluribus, magis autē & in omnibus particularibus hominibus, in eo quod hoīes sunt. continetur igitur individuum quidem sub specie: species autem sub genere: Totum enim quiddā est genus, individuum autem pars. species vero & totum est, & pars, sed pars quidem alterius: totū autem nō alterius, sed in alijs: in partibus enim totum est. De genere igitur, & specie, & quid generalissimum, & quid specialissimum, & quæ genera eadem, & species sint, quæ etiam individua, & quot modis genus, & species dicātur, sufficienter dictum est.

ANNOTATIONES.

Dicitur) *i. appellatur* [*forma*] *i. pulchritudo* [*proprium quidem speciei*] *primum citat Euripidis versum* [*sub assignato generis*] *determinato. definitoq.* [*genus alicuius*] *i. definientes* [*genus alicuius*] *i. speciei genus*, [*& species alicuius*] *scilicet generis est species* [*ex vtroq. vtrunque*] *i. genus est genus speciei, species vero est generis species*. [*in vtrumuis, rationalibus*] *ita in definitionibus generis & speciei*. [*ponitur*

nitur sub genere] id est subiacet generi. [de pluribus & differentiùr numero] id est de pluribus similibus, siue singularibus. [assignatio] id est descriptio [specialissimæ] est species specialissima quæ continet tantum individua, ut homo Socrates, Platonemq; [ad a uerè] .i. descriptiones [praedicamento] .i. rerum capite [generalissima] .i. quod est generalissimum & supremum, ut substantia [reliqua alia specialissima] .i. præterea infimæ speciei, & omnibus inferior [quæ eadem] .i. qua modò dicimus genera, modo species, ut corpus modò dicitur genus modò species. genus, si respiciat corpus animatum species si respiciat substantiam [est autem generalissimum, supra quod &c.] ut substantia [specialissimum] ut homo [Ad aliud tamen, & ad aliud sumpta] .i. si comparentur siue respiciant unum aliud. substantiam, dicuntur species: unum aliud, ut corpus animatum, dicuntur genera. [substantia est & ipsum genus] .i. generalissimum [individuum] est individuum quod uis singulare, ut Socrates, hic, & ille sunt in medio eorum] .i. quæ sunt inter substantiam & hominem, siue inter supremum genus, & infimam speciem sunt genera & species: genera quidem superiorum, species verò superiorum [quare hæc] .i. in medio collocantur [dicit habent habitudines] .i. duos respectus, siue duo respiciunt, hoc est superiorum, & inferam speciem. [quæ antecedunt] .i. quæ prius sunt [ad posteriora] .i. quæ infera. [extremum substantia, & homo nunquam tantum respiciunt] substantiam supra substantiam nullum est genus, nec infra hominem ulla species. [cum sit species] .i. infima [species dividere] quidam addunt .i. simplex dividere [substantia] .i. modò genere, modò species [ad specialissimam] .i. supra specialem. [cæpe enim &c. unum genus communem &c.] .i. unum corpus

ge, principium, & fons non est universale ens rerum omnium, quæ sunt, nec omnia, quæ sunt, sub uno genere solum sunt colloranda, sed sunt decem rerum omnium, quæ sunt, decem capita. [entia] .i. ea quæ sunt, [omnia] .i. quæcunque sunt in hoc mundo. [æquivocè] .i. ea appellabit uno communi nomine, ut canem, sed re uera differem: canis enim est nomen seruiens pisci, animali terrestri, & Syderi. unde nomine hæc tria conuenium: sed re differunt: nam differt piscis cane terrestri, & cœlesti. [sed non univoce] .i. nõ eadem ratione [iubebat Plato quiescere] .i. sentiebat non ullam conficere nor diuisionem cum ad inferiores species deueniebamus. [infinita uerè] .i. individua. [eorum scientiam] .i. non possumus cognitionem habere de singularibus. aly sequnt pro eorum alii quando. [diuisorum] .i. diuisum, & quod minime possit dividi est singulare [collectivum, id est ut unus, & copulans est commune, ut genus: [genera uno existente] .i. deest si unum est genus] plures sunt species: quoniam genus unum in plures dividitur species. [de proximo sibi genere] id est de superiori genere propinquo non prædicatur [neque enim convertitur] .i. animal prædicatur, siue continet hominem, sed non convertitur, ut homo continet animal [aut a pa de æquis prædicari] duplex est prædicatio: altera est dum æqua continent se, ut homo, & risibile. risibile enim prædicatur de homine. altera dum superius de inferiori prædicatur, ut animal de homine. [minora verò de maioribus] scilicet non prædicantur, neque continent, ut homo non continet animal. sed ea, qua species continet, animal continet tanquam ut, & id, quod species subiacet, genus ei quoque subiacet, ut Socrates homini, animali, corpori animato, ac tandem substantiæ. [semper enim] aliàs semper legitur [individuum universo

de uno] idest individuum est, quod de uno singulari praedicatur ut Socrates, hoc album. [ex proprietatibus] ex proprietatibus Socratis consistit Socrates, quæ in nullo alio reperiuntur .[hominis proprietates] .i. quæ sunt speciei hominis propria, erunt in pluribus individuis eadem [magis autem] .s. inueniuntur. [continetur igitur] .i. ponitur individuum sub specie, species sub genere [totū enim] quia .s. homo pars ponitur sub toto, ut species est pars generis, & individuum speciei [sed pars alterius] .i. totius, & pars, totum uero non alterius .i. partis est totum, sed in alijs .i. partibus reperitur.

Argumentum & diuisio in cap. 4.

Differentia est triplex, communis, ut Socrates differt à Platone in sedendo, scribendo, uel alio accidenti separabili. propria, ut qui differt aliquo accidenti inseparabili, ut Plato à Socrate oculis capitis. propriissima, siue specifica: quoniam per hanc, ut rationale homo differt ab equo. prima, & secunda differūt hoc ab illo differre aliquo accidenti: sed tertia facit aliud specie, ac ea est, ob quam diuiditur genus in species, & quæ definitiones complet, atque per eas existit, nec suscipit magis, nec minus, ac species constituit. reperitur autem potentia, non actu in genere, & ea existit, quæ de pluribus, & differentia specie in eo, quod quale quid est praedicatur, eadem est, quæ ad esse conducit, & quod quid erat esse, & quod rei pars est. coniungit Porphyr. hoc capite superiori cum copula uerò, ac ratiocinationem conficit, in qua primum proponitur, deinde propositum explicatur. Proponit igitur [differentia uerò, & communiter &c.] propositum explicat [communiter quidem] & habet tres partes. prima

dicta est, quam confirmat [differt enim Socrates] secunda pars est [proprie autem] eam comprobat [inseparabile uero accidens] tertia est [propriissime autem] quam confirmat [quemadmodum homo] ex dictis conclusionem infert [uniuersaliter ergo] quæ duas obtinet partes. prima est [uniuersaliter ergo] secunda [quæ igitur alind faciunt] deinde confirmat [animali enim aduenienti] atque ex his aliam conficit binembrem conclusionem [secundum igitur] ac præterea tertiam profert [à superioribus ergo] hanc sic comprobat [moueri enim] cuius altera pars est [inseparabilium autem] quam confirmat ibi [quam rationale per se] deinde quartam producit conclusionem ex dictis, quæ est [ille igitur] cuius altera pars est [quæ quidem igitur] & eam cōfirmat sic [nam neque genus] postea epilogum efficit, & ait [cum igitur tres species differentiæ] quam ibi cō probat [ut cum per se differentia] cuius altera pars existit [sed ea quidem] quam ibi confirmat [diuiditur enim] repetit conclusionem præterea dum inquit [quoniam ergo eadem aliquo modo] ac tandem addit alias differentiæ descriptiones, quarum una est [differentia est, quæ abundat] hanc confirmat [homo enim plus habet] quam per formam circumdat ibi comprobat [unde] quam concludit [sed quemadmodum censent] alia differentia descriptio est [differentia est quæ de pluribus] confirmat ait hanc ibi [rationale .n.] quam comprobat sic [quid est enim homo] & hanc sic approbat [rebus enim ex materia] tertia [est differentia est, quod aptum natum] confirmat autem ibi [rationale enim] quarta est differentiæ est, quæ confirmat sic [namque homo, & equus] tandem quinta est [exactius autem] confirmat quidem [neque enim quod natum est] concludit, & ait [rerum ergo .]

De Differentia. Cap. IIII.

Differentia verò & communiter, & propriè & proprijssimè dicitur. nam communiter quidē differre alterum ab altero dicitur, quod alteritate sibi fert quocunq; modo, vel à seipso vel ab alio differt enim Socrates à Platone alteritate, & ipse à seipso, & puero existente, & viro facto, & faciente aliquid, vel quiescente: & semper in aliquo modo habendi se alteritatibus spectatur. Propriè autem differre alterū ab altero dicitur, quādo inseparabili accidente alterum ab altero differt. Inseparabile vero accidens est, vt cæcitas oculorum, aut nasi curuitas, aut cicatrix cū ex vulnere occalluerit. Proprijssime autem differre alterum ab altero dicitur quando specifica differentia differt: quemadmodum homo ab equo specifica differētia differt rationalis qualitate. Vniuersaliter ergo omnis differentia addita alicui alteratum facit. sed eæ quidem, quæ & communiter, & propriè sunt, alteratum faciunt: quæ vero proprijssimè, aliud. Quæ quidem igitur aliud faciunt, specificæ nuncupantur: illæ vero quæ alteratum, simpliciter differētiæ: animali enim aduenientes rationalis differentia, aliud facit: eius autē quod est mouere alteratum solum à quiescente facit. Quare illæ quidem aliud, hæc vero alteratum solum facit. Secundum igitur aliud facientes differentias diuisiones generum fiunt in species, & Definitiones assignātur, quę sunt ex genere, & huiusmodi differētijs: secundum autem, eas, quæ solum alteratum faciunt alteritates solum constituunt, & aliquo modo se habētis permutationes. & su-

periorib⁹

periorib⁹ ergo rursus inchoanti, dicēdum, differētiarum alias quidem esse separabiles, alias vero inseparabiles: mouere enim, & quiescere, & ægrum esse, & sanum esse, & quæcunque his proxima sunt, separabilia sunt. at vero aquilinū esse, vel simum, vel rationale, vel irrationale inseparabilia sunt. Inseparabilium aūt aliæ quidē sunt per se aliæ vero per accidens: nam rationale per se ineſt homini, & mortale, & disciplinę esse susceptiuum: at vero aquilinum esse, vel simum per accidens. & non per se. Illæ igitur, quæ per se sunt, in substantiæ ratione accipiuntur, & faciunt aliud: illæ vero, quæ secūdum accidens, nec in substantiæ ratione accipiuntur, nec faciunt aliud, sed alteratum. Quæ quidem igitur per se sunt, non suscipiunt magis & minus: quæ vero per accidens, (etsi inseparabiles sint) intensionem accipiunt & remissionem: nā ex eo, cuius fuerit genus, neq; generis differentiæ. Secundo quas diuiditur. ipsæ. n. sunt quæ vniuscuiusque rationem complent: esse autem vnicuique vnum & idem, neq; intensionem, neq; remissionem suscipiens est. aquilinum autem esse, vel simum, vel coloratum aliquo modo & intenditur, & remittitur. Cum igitur tres species differentiæ considerentur: & eæ quidem sint separabiles, illæ vero inseparabiles: & rursus inseparabilium hæ quidē sint per se, illæ vero per accidens: rursus earum, quæ per se sunt, differentiarum, aliæ quidem sunt, secundum quas diuidimus genera in species: aliæ verò, secundum quas eæ, quæ diuisa sunt, specificantur: vt cum per se differentiæ omnes huiusmodi animalis sint, animatum & sensitivum, rationale & irra-

P tionale,

tionale, mortale & immortale: animati quidem & sensitiui differentia cõstitutiua est substantiæ animalis (est enim animal substantia animata sensitiua) mortalis verò & immortalis differentia, & rationalis & irrationalis, diuisiuę sunt animalis differẽtiæ: per eas enim genera in species diuidimus. Sed ex quidẽ, quæ diuisiuæ sunt differentiæ generum, completiuæ sunt, & constitutiuę specierum: diuiditur enim animal rõnale & irrationali differẽtia, & rursus mortali & immortalis differentia. sed rationalis & mortalis differentiæ constitutiuæ fiunt hominis: rationalis verò, & immortalis Dei: irrationalis autem & mortalis irrationalium animalium. Sic verò & supremæ substantiæ, cum diuisiuæ sint animati & inanimati differentiæ, & sensitini & insensitiui, animata quidẽ & sensitiua iuxta substantiam sumptæ animal perfecerunt: animata verò & insensitiua perfecerunt plantam. Quoniam ergo eædem aliquo modo quidẽ accepta fiũt constitutiuæ, aliquo modo autem diuisiuæ specificæ omnes vocantur, & his maximè opus est ad diuisiones generũ, & ad definitiones: non his, quæ secundum accidens inseparabiles sunt, neque etiam magis ijs, quæ sunt separabiles. Quas etiam determinantes dicunt. Differentia est, qua abundat species a genere: homo enim plus habet quàm animal, rationale, & mortale: animal enim nihil horum est. Nam vtrum species haberent differentias? Neque verò oppositas habet; quoniam idem simul habet oppositas. Sed, quẽadmodum censent, potest quidem habet omnes eorum, quæ sub se sunt differentias, actu verò nullam. ac si neq; ex his quæ non sunt, aliquid fit, neque oppositæ eis

idem

idem erũt. Definiunt autem eam & hoc modo, Differentia est, quæ de pluribus & differentibus specie in eo, quod quale quid est prædicatur. Rationale enim, & mortale de homine prædicantur: in eo, quod quale quid est homo dicitur: sed non in eo, quod quid est, quid est enim homo, nobis interrogatis, conueniens dicere animal: quale autem animal inquisitis, quod rationale & mortale est conuenienter assignabimus. Rebus enim ex materia, & forma constantibus, vel secundum proportionem ad materiam, & formam, constitutionem habentibus, quemadmodum statua ex materia quidem est ære, ex forma autem figura: sic & homo communis, & specialis ex materia quidem proportionaliter constitit ex genere, ex forma autem differentia. totum autem hoc animal rationale mortale, homo est, quemadmodum illic statua. Describunt autem & hoc modo. Differentia est, quod aptũ natum est diuidere ea, quæ sub eodem genere sunt: rationale.n. irrationale hoẽm, & equum, q̃ sub eodem genere sunt quod est animal, diuidẽt. Assignant autẽ, & hoc modo. Differentia est, qua differũt a se singula: namq; homo, & equus sub genus non differũt, sumus.n. animalia nos, & equi: sed additum rationale diuisunxit nos ab illis, & rationales sumus & nos, & Dij: sed mortale appositum diuisunxit nos ab illis. Exactius autem pertractantes ea, quæ ad differentiam pertinent, dicunt non quolibet diuidentiũ ea, quæ sub eodem genere sunt, esse differentiam, sed quod ad esse conducit. & quod quid erat. esse & quod rei pars est. Neque enim quod natũ est nauigare, est hominis differẽtia, etsi sit propriũ hominis: dicere enim possumus animaliũ hæc

quidem apta esse ad nauigandum, illa verò minime, dividentes hominem ab alijs. sed aptum natum esse ad nauigandum, non est substantiæ completiuum, nec eius pars, sed aptitudo ipsius: iccirco quia non est talis differentia, quæ lis sunt, quæ specificæ dicuntur differētiæ. Et ergo specificæ differentiæ, quæcunque alteram faciunt speciem, & quęcunque in eo quod quid erat esse accipiuntur. Et de differentia quid tot sufficiant.

ANNOTATIONES.

Communiter]. *i. secundum accidens communi* [*proprię*] *i. secundum accidens inseparabile* [*propriè*]. *i. specificè.* [*alteritate*]. *i. diuersitate* [*quoniam modo*]. *i. quamis diuersitate* [*ipse*]. *i. Socrates differt à se ipso, velut si nunc quiescit, nunc mouetur & videt puer à se ipso, cum uir euaserit.* [*inseparabilis accidente*]. *i. differentia propria quia. s. inest per causam naturalem, aut difficulter remouetur, ut cicatrix producta.* [*specifica differentia*] *hoc est, differt ea differentia, quæ speciem constituit, ut rationale constituit speciem hominis* [*alteratum facit*]. *i. reddit ipsum diuersum ab eo, quod erat.* [*quæ verò proprissimè, aliæ*] *hoc est, differentiæ specificæ mutant speciem, nec constituunt* [*simpliciter*]. *i. communiter, vulgò.* [*secundum ultimi faciendæ differentias*]. *i. à differentijs specificis dividuntur genera in species, & definitiones fiunt.* [*alias esse separabiles*] *ut accidentia communia, quæ possunt à re, in qua sunt remoueri* [*per se*]. *essentialiter* [*per accidens*]. *i. non sunt de rei essentia.* [*substantiæ ratione*] *hoc est in definitione substantiæ ponuntur, &* [*faciunt aliud*] *hoc est, diuersitatem essentialem, uel diuersam essentiam.* [*non suscipiunt*

magis

magis & minus] *ut ratio non dicitur magis, & minus ratio* [*intensionem accipiunt, & remissionem*]. *i. magis, & minus* [*secundum quas dividitur*]. *s. genus in species.* [*esse unum & idem*]. *esse specifice cum* [*intenditur, & remittitur*]. *i. sub ipsi magis, & minus.* [*secundum quæ dividimur genera in species*]. *i. quæ sunt divisiua generum* [*ea quæ sunt divisa specificantur*]. *i. alia sunt quæ species cõstituunt* [*animalis sunt*] *i. ad animal pertinent* [*animati, & sensitini differentia*]. *s. hæc duo constituunt animal: est enim animal substantia animata sensibilis* [*mortalis immortalis differentia, rationalis, & irrationalis &c.*] *hoc est, hæ differentiæ dividunt animal: nam animal dividitur in rationale, & irrationale: & rationale in mortale, & immortale.* [*inxta substantiam sumptam*] *alias quid cum substantia sumptæ constituunt animal: animal enim est substantia animata sensitiua.* [*aliquo modo*]. *i. uno modo constituunt speciem, alio dividunt genus.* [*ad definitiones*] *siue dicas constitutiones specierum.* [*determinantes*]. *i. describentes* [*abundat species à genere*]. *i. species excedit genus, ut homo excedit animal in rationale, & mortalem: nam in animali hæc duo non insunt.* [*nam unde, &c.*] *sed unde species, & trahit has differentias* [*omnes oppositas*]. *i. habet omnes differentias quæ sunt inter se oppositæ genus: quoniam idem haberet simul oppositas hoc est, qua ratione haberet unam & aliam, eadem haberet oppositæ* [*potestate*] *uirtute, ac potentia* [*actu*] *hoc est re uera, & in effectu.* [*quale quid est*] *hoc est, significat, & continet ac si dicas, cuius qualitatis substantialis est homo? respondetur rationalis, & mortalis.* [*non in eo, quod quid est*]. *i. non respondetur animal: uerbum enim quid explicat id, quod est supra, secundum rectam rerum seriem: ut quid est homo, respondetur animal.* [*ex materia est are,*

ex

ex forma autem figura] hoc est, constat ex arte, quæ est materia, & figura, quæ est forma. [totum autem hoc] .i. Homo est animal rationale mortale, [dividentes distinguere [secundum genus] .i. in genere [sed additum rationale] .i. nomen animali separauit ab equis, & aliis animalibus. [& nos & Dñ] alij quam Angeli. [non quolibet dinidentium &c.] i. est non quamlibet differentiam dinidere genus in eam, quæ conducit ad rei essentiam, & ad quod erat esse, & eam, quæ est pars essentialis rei, quæ est forma. [sed aptum natum esse] .i. habere aptitudinem naturalem ad ridendum nõ completè rei substantiam, nec rei partem [alteram facimus speciem] hoc est differentia specifica erunt hæ species ab eo constitutæ, & in eo quid quale quid prædicantur.

Argumentum, & diuisio in cap. 5.

Proprium dicitur quatuor modis: primo id, quod conuenit soli speciei, & nõ singulis individuis, ut homini medicũ esse. secundo id, quod individuis, non autem speciei, sed plurium, ut bipedõ esse est plurium species. tertio id quod soli speciei, & singulis individuis tempore, sed nõ semper: ut canescere homini in senectute. quarto id, quod inest soli, omnibus individuis, & semper: ut risibile homini. atque id est maximè proprium, quod posuit Porphyr. ut in superioribus cap. & ait [proprium] deinde explicat, & explicationem in quatuor dividit partes. Prima est [nã & id.] quam confirmat [ut homini medicũ esse] secunda est [ei quod omni speciei] hanc confirmat [quemadmodũ homini] tertia [& quod soli, & omni] quam confirmat [ut homini] quarta est [quartũ autem id] confirmat [quemadmodum homini] comprobat confirmationem [nã non semper] altera pars est [hæc autem & propria

De Pro-

De Proprio. Cap. V.

PRoptium verò quadrifariam diuidunt. Nam & id, quod soli alicui speciei accidit, & si non omni proprium dicitur: vt homini medicũ esse vel geometram. Et quod omni accidit speciei, etsi non soli: quemadmodum homini esse bipedem. Et quod soli, & omni, & aliquando: vt homini in senectute canescere. Quartum autem id, in quo conuenerunt & soli, & omni, & semper quemadmodum homini esse risibile. Nam & si non semper rideat: tamen risibilis dicitur: non quòd rideat semper: sed quòd semper aptus natus sit, vt rideat. hoc autem ei semper connaturale est, quemadmodum & equo hinnibile. Hæc aũt & propriè propria dicuntur, quoniam etiam conuertuntur. si quid enim equus hinnibile est: & si quid hinnibile est, equus est.

ANNOTATIONES.

[Non omni] .i. individuo illius speciei [omni accidit speciei, etsi non soli] .i. omni individuo alterius speciei, sed non soli speciei, ut bipedem esse conuenit homini, & auibus. [soli, & omni, & aliquando] hoc est soli speciei, omni eius individuo, sed non semper [risibile] .i. aptus natus ad videndum est semper [si non natus sit] hoc habet à natiuitate, nel natura aptitudinem, ut videat. [hæc] .i. quarta propria descriptio est merè propria: quoniã [conuertuntur] .i. propria conuertuntur cum illis, quorum sunt propria, ut omnis homo est risibilis, & omne risibile est homo: his enim duo termini homo, & risibile conuertuntur eo modo, quo diximus.

Argumen-

Argumentum, & diuisio in cap. 6.

Id est accidens quod adest, & abest à subiecto praeter subiecti corruptionem. est duplex, separabile ut dormire, & inseparabile, ut nigrum esse corvum quam mente corripi potest corvus albus absque ... deperditione. Plures dat Porphy. descriptiones ... deat, praetermittens propositum, quod intelligi ... ber, ac si dixisset. Accidens pluribus dicitur ... dis: primo [accidens autem est] deinde dividit ... uit] dividitur autem in duo [postea explicat] ... niare quidem [hanc comprobat per formam circu... ductionis] potest enim intelligi [secunda accide... est] accidens est, quod [tertia est] & quod ... genus.] tandem breui Epilogo de quinque ... acto, proponit se dicturum de communitatibus, ... prietatibus eorum, et est secunda pars huius libri.

De Accidente. Cap. VI.

ACcidens autem est, quod adest, & abest praeter subiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo: hoc enim ipsum separabile est. Illud vero inseparabile. dormire quidem separabile accidens est: nigrũ vero esse inseparabile corvo, & Aethiopi accidit. Potest enim intelligi & corvus albus, & Aethiops abijcies colorem praeter subiecti corruptionem. Definiunt autem sic quoque. Accidens est, quod cõtingit eidem inesse, & non inesse. Et quod neque genus est neque differentia, neq; species, neque proprium semper autem est in subiecto subsistens. Omnibus autem determinatis, quae proposita sunt (dico autem genere, specie, differẽtia, proprio,

accidente) dicendum est quae eis communia, & quae propria.

ANNOTATIONES.

Quod adest, et abest]. s. à subiecto, nec perit ipsum subiectum. subiectum est id, quod accidentibus ... subiacet, ut Socrati et subiacet calori, frigori, albedini, et nigredini. [Separabile] .s. accidens est id quod potest separari à subiecto, ut frigus à Socrate absque Socratis corruptione, et somnus, nigredo autem est corvo inseparabilis. [potest enim intelligi] .i. quanquam potest mente percipi corvus albus absque eius interitu. [quod contingit] .i. quod euenit, quod potest reperiri, et non reperiri in aliquo [in subiecto subsistens] .i. inhaerens, nec unquam separatur à subiecto.

TRACTATVS SECVNDVS.

De communitatibus, & differentijs generis, speciei, differentiæ, proprij, & accidentis.

ARGVMENTVM, ET diuisio in cap. 1.

In hoc conuenunt quinque praedicabilia, quòd de multis praedicantur, sed genus magis conuenit enim ... praedicatur de pluribus specie bus, et de individuis. ... differentia, sed species de individuis tantum: proprium de sua specie, et de individuis specie i accidens ... de speciebus, et de individuis. Transi: Porphy. ad secundam

eundam partem huius libri, ac ibi quid sit dicendu
proponit [dicendum est] deinde explicat propo
[commune quidem est] id comprobat ibi [nam qua
mal de equo, et boue] quare in duas diuiditur par
in prima tractat de generali conuenientia quinq
uocum, in secunda de singulari conuenientia, et
ferentia harum, et in quinque partiuntur capita.

De generali conuenientia quinque prædicabilium.
Cap. 1.

COmmune quidem est omnibus
pluribus prædicari, quemadmo
dictum est: sed genus quidem
omnibus sub se speciebus, & i
uiduis: & differentia similiter
cies autem de ijs, quæ sub ipsa sunt, indiuid
at vero proprium & de specie cuius est prop
& de ijs, quæ suo specie sunt indiuiduis: a
dens autem & de speciebus, & de indiuidu
Namque animal de equo, & boue prædica
quæ sunt species, & de hoc equo, & de hoc
ue, quæ sunt indiuidua. irrationale verò &
equo, & boue, & de ijs, qui sunt particula
prædicatur: species autem, vt homo, solum
ijs, qui sunt particulares homines, prædica
proprium verò de specie, cuius est proprium
de ijs, quæ sub specie sunt, indiuiduis: vt risi
de homine, & de ijs, qui sunt particulares
rum autem & de specie coruorum, & de
quæ sunt particulares, quod est accidens in
parabile: & moueri de homine, & de equo
est accidens separabile: sed principaliter q
de indiuiduis, secunda ratione autē de ijs, q
continent indiuidua.

ANNOTA

ANNOTATIONES.

Omnibus de pluribus prædicari] hoc est singulis prædicabilibus competit multa complecti. [Namque animal] id est genus [irrationale] id est differentia [sed principaliter]. i. primum [secunda ratione de his]. i. deinde de speciebus.

Argumentum, & diuisio in cap. 2.

Genus, et differentia in his cõueniunt, quòd multas continent species, quãquam genus plures, quàm differentias: et sicut quæ prædicantur de genere, et de speciebus quoque; ita quæ de differẽtijs: et sicut interempto genere, pereunt omnes species eius, sic destructa differentia, pereunt eius inferiora. Differunt autem: quoniam genus prædicatur de pluribus, quàm differentia: continet differentias potestate, est prius differentijs, prædicatur in quid, & differentia in quale: si habet vnam speciem, illa species plures habet differentias. eadem genus se habet vt materia, differentia, vt forma. sex igitur differunt, & tribus conueniunt. Diuiditur autem caput in duas partes, in prima agitur de conuenientia generis, & differentiæ ibi [commune autem] in secunda de differentijs, ibi ait [proprium autem est] in prima proponit [commune autem est generi] & tres habet partes: prima est [commune autem] quam confirmat [continuet enim] secunda est [& quæcunque prædicantur] quam confirmat ibi [nam cum genus] tertia est [cõmune quoque est] hanc confirmat ibi [quemadmodum enim] secunda pars sex habet partes. prima est [proprium autem est] quam sic comprobat [animal enim de homine] secunda [amplius genus continet

ret [*confirmat autem*] *animalis enim* [*tertia est amplius genera quidem* [*confirmat ibi subla-sorum animali auferrur*] *quarta est* [*amplius genus in eo, quod quid est*] *quinta* [*amplius genus quidem unum*] *textus* [*et genus quidem consimile*] *tandem ex-cludit ibi* [*eum autem sint*].

De communitatibus, et differentijs generis.
Cap. 11.

COmmune autem est generi, & differen-continentia specierum: continet enim differentia species, & si non omnes quot genera. Rationale enim, & si non continet irrationale quemadmodum animal, tamen continet homi-nem, & Deum, quæ sunt species. Et quæ cum prædicantur de genere vt genus, & de ijs, sub ipso sunt, speciebus prædicantur. Et quæcunque prædicantur de differentia vt differentia, & de ea, quæ ex ipsa est, specie prædicatur. Nam cum genus animal sit, nō solum de prædicantur vt genus, substantia, & animata & sensibile; sed etiam de ijs, quæ sunt sub animali, speciebus omnibus prædicantur hæc ad individua. Cumq; differentia sit rationale prædicatur de ea vt differentia, id quod est tione vti: & non solum de eo quod est rationale, sed etiam de ijs, quæ sunt sub rationali cijs speciebus prædicabitur ratione. Commune que est peremptio generis, vel differentiæ perimi quæ sub ipsis sunt. Quēadmodum enim si non sit animal, non est equus, neque homo ita si nō sit rationale; nullum erit animal, quod vratur ratione.

Proprium autem est generi de pluribus

dicatis

dicari, quàm differentia, & species, & proprium, & accidens. Animal enim de homine, & equo, & ave, & serpente prædicatur: quadrupes vero de solis quatuor pedes habentibus: homo vero de solis indiuiduis: & hinnibile de equo solum, & de ijs, qui sunt particulares: & accidens similiter de paucionibus. Oportet autem differentias accipere, quibus diuiditur genus, nō eas, quæ complent substantiam generis, sed quæ sunt diuisiuæ. Amplius, genus continet differentiam potestate, (animalis enim hoc quidem rationale est, illud vero irrationale) differentia vero non continent genera. Amplius, genera quidem priora sunt ijs, quæ sunt sub se posita, differentijs: propter quod simul quidem eas auferunt, nō autem simul auferuntur ab eis: sublato enim animali, auferunt rationale, & irrationale, differentiæ vero non amplius simul auferunt genus: nam etsi omnes interimantur; tamē substantia animata sensitiua intelligitur, quæ est animal. Amplius, genus quidem in eo quod quid est; differentia vero in eo quod quale quid est, quemadmodum dictū est, prædicatur. Amplius, genus quidē vnum est secundum vnamquamq; speciem, vt hominis id quod est animal, differentiæ vero plures sunt, vt rationale, mortale, mē-sis & disciplinæ perceptiuum, quibus ab aliis animalibus differt. Et genus quidem consimile est materiæ, formæ vero differentia. Cūm autē sint & alia communia, & propria generis, & differentiæ, nunc ista sufficiant.

ANNOTATIONES.

[*continentia specierum*] *id est continere fe-reris* [*homi-nem & Deum*] *alias angelum* [*de genere vt genus*].

f. per se, & secundum essentiam [id quod est rationale uti]. i. id quod utitur ratione [animal] quod est gressibile [quadrupes verò] quod est differentia [homo] species [& hinnibile] hoc est proprium [potestate] .i. potentia, & virtute [priora sunt]. f. naturaliter [simul cat auferunt] .f. genere ablato [differentia verò] .f. sublata [tamen substantia animata sensibilis] hoc est animal, & genus [genus unum est] .f. species reducuntur ad unum genus, non differentia.

Argumentum, & diuisio in cap. 3.

Tribus conueniunt genus, & species: prædicantur enim de pluribus, sunt priora his, de quibus prædicantur, & utrunque est totum quoddam. Sex differunt: genus enim continet speciem & non contrà, est natura prius specie, data specie, datur genus, non contrà. genus prædicatur vniuocè de speciebus, non contrà. eas continet, sed species individua. tandem genus non potest esse specialissimum, nec species generalissi. Exponit primam conuenientiam [genus & species] secundam [commune autem] tertiam [totum]. Explanat primam differentiam [differunt autem] secundam [amplius] hanc duabus rationibus. prima est [genera præiacere] secunda [& formal] tertiam scribit [& species quidem] quartam [& genera vniuocè] quintam [genera abundant] sexta [amplius neque species].

De communitatibus, et differentijs generis, et speciei. Cap. III.

GEnus autem, & species cõmune quidẽ habẽt de pluribus, quemadmodũ dictũ est. Dicuntur. sumatur autem species vt species solum

sed

sed nõ vt genus: si fuerit idẽ species, & genus.

Commune autem his est, & priora esse ijs, de quibus prædicantur. Et totum quoddam, est è vtrunque.

Differunt autem eo, quòd genus quidem cõtinet species sub se: species verò cõtinentur, & nõ cõtinet: genera: de pluribus enim genus, quam species prædicatur. Amplius, genera præiacere oportet, & informata specificis differẽtijs pernecessarium est. vnde & priora sũt naturaliter genera simul interimentia, sed quę non simul interimantur. & species quidem cum fit, est & genus omnino: genus verò cum fit, non omnino est species. Et genera quidem vniuocè de speciebus prædicantur: species verò de generibus minimè. Amplius, genera quidem abundant earum, quæ sub ipsis sunt, speciorum contentia: species verò à generibus abundãt proprijs differentijs. Amplius, neque species fiet vnquam generalissima, neque genus fiet vnquam specialissimum.

ANNOTATIONES.

Sumatur autem species, vt species] .i. accipiatur species, vt homo, & non vt animal [primæ esse] .f. in ordine suit inferioribus. vt animal & homo sunt Socrate & Platone priores. [totum quoddam]. f. vnum ex omnibus inferiorum. [species]. f. specialissima [præiacere] siue esse communiora [& informata] .i. determinata [perficere] siue definire ac constituere speciem. [& simul interimentia] quia interrumpto genere perit & species, sed non contrà. [prædicantur vniuocè] .i. eadem ratione continent omnes species. [abundant speciorum contentia] .i.

excedunt species in contimendis speciebus, & species in differentijs continendis.

Argumentum, & diuisio in cap. 4.

Genus & proprium tribus cõueniunt: ambo enim sequuntur species, aequè prædicantur de his inferioribus, & univocè, sed quinque differunt: prius enim est genus proprio, de pluribus prædicatur speciebus, & proprium de vna, conuertiturq; cum specie, genus autem genus, quod pluribus inest speciebus, & proprium non tantum proprium petit ad interitum speciei, non genus ad speciei pernicium. caput agitur duas obtinet partes. in prima agitur de communitatibus tribus, quarum prima est [generis autem & proprij] quam confirmat [si quid enim homo est] secunda [& æqualiter prædicari] comprobat [æqualiter enim] tertia est [commune autem est]. In secunda parte tractatur de quinque differentijs. prima est [differunt autem, quoniam] quam explicat [oportet enim esse] secunda [& genus de pluribus] tertia [amplius proprium] confirmat autem [nam neque quid] quarta [amplius proprium omni] quinta [amplius propria quidem.]

De communitatibus, & differentijs, generis & proprij. Cap. IIII.

GEneris autem & proprij commune quid est sequi species: si quid.n. homo est, animal est: & si quid homo est, risibile est. Et æqualiter prædicari genus de speciebus, & proprium de ijs, quæ illo participãt, indiuiduis. æqualiter enim & homo, & bos animal est, & Cato, & Cicero risibilis est. Cõmune autem est etiam vnoce

uocè prædicari genus de proprijs speciebus, & proprium de ijs, quorum est proprium.

Differunt autem, quoniam genus quidè prius est, posteriùs verò proprium: oportet enim esse animal, deinde diuidi differentijs, & proprijs.

Et genus quidem de pluribus speciebus prædicatur: proprium verò de vna sola specie, cuius est proprium. Amplius proprium quidem conuertitur prædicatur de eo, cuius est propriũ, genus verò de nullo conuertim prædicatur: nã, neque si quid animal est, homo est: neque, si quid animal est, risibile est: si quid verò homo est, risibile est, & conuerso. Amplius, proprium omni speciei inest, cuius est proprium, & soli, & semper: genus verò omni quidè speciei inest, cuius fuerit genus, & semper, non autem soli. Amplius, propria quidem interempta, non simul interimũtur genera: genera verò interempta simul interimunt species, quarum sunt propria: quare & his, quorum sunt propria, interemptis, & ipsa simul interimuntur.

ANNOTATIONES.

[Sequi species] .i. inferri post species [æqualiter prædicari] .i. de singulis æquè [univocè] non autem æquivocè. [conuertim prædicatur] quia homo prædicatur de risibili, & risibile de homine. [non autem soli] .s. speciei, sed pluribus. [propria quidem interempta] alij legunt. Species quidem interempta.

Argumentum, & diuisio in cap. 5.

Genus & accidens hoc conueniunt, quòd de pluribus prædicantur. quatuor autem differunt: prius

genus est prius, accidens verò dicitur magis, & minus, genus non accidens primum est in individuis, deinde in speciebus: accidens prædicatur in quale, genus in quid. Caput hoc diuiditur in duas partes: prima est de conuenientia generis, & accidentis ibi [generis verò] id confirmat [etenim moueri] secunda est de differentijs. & quatuor habet partes. prima est [differt autem] quod confirmat [nam etsi] secunda [& genera quod est] tertia est [& accidentia quidem] quarta existit [& genera quidem] confirmat autem [quales enim est.]

De communitatibus, & differentijs generis, & accidentis. Cap. V.

GEneris verò, & accidentis commune est de pluribus, quemadmodũ dictum est, prædicatiuue separabilium illud accidens sit, siue inseparabiliũ: etenim moueri de pluribus, & animalium de corvis, & de æthiopibus, & aliquibus animatis prædicatur.

Differt autem genus ab accidente, quoniam genus ante species est: accidentia verò speciebus posteriora sunt: nam, etsi inseparabile fuerit accidens; & prius est illud, cui accidit, quàm accidens. Et genere quidem quæ participant, æqualiter participant: accidente verò non æqualiter: intensionem enim, & remissionem suscipit accidentium participatio: generum verò minimè. Et accidentia quidem in individuis principaliter subsistunt: genera verò & species naturaliter priora sunt individuis substantijs. Et genera quidem in eo quod quale est prædicantur de ijs, quæ sub ipsis sunt: accidentia verò in eo quod quale aliquid est, vel quo

modo

modo se habeat vnumquodque: qualis enim est æthiops interrogatus, dices niger: & quemadmodum se Socrates habeat, dices, quod sedet, vel ambulat.

ANNOTATIONES.

Et genera quæ participant] ut species æquè participant de genere, ut homo, & bos de animali. *sed accidens vnum est magis in hoc subiecto, quàm in alio.* [& accidentia in individuis principaliter]. *i. in singularibus primum insunt* [naturaliter priora] *i. secundum naturam verum vniuersalium.*

Argumentum, & diuisio in cap. 6.

Quamquam quodlibet prædicabile præ cæteris paratum sit ad cætera quatuor, vnde viginti enaderent comparationes, tamen sunt decem tantum: quoniam prædicabile sequens vna deficit. quare cũ genus quatuor habeat, viz. differentias, species duas, proprium vnum, & accidens vllam obtinebit. sic igitur Porphyr. concludit [genus igitur] *id verò confirmat per formam circunductionis ibi* [contingit autem] & *hanc comprobat per eandem formam, & est propositum eorum, quæ scribet* [sed non ita se habet] *explicat id postea* [genus enim quo] & *hæc explanatio est pluribus partibus diuisa. Epilogum tandem scribit* [quatuor igitur.]

De numero differentiarum singulorum quinque prædicabilium. Cap. VI.

GEnus igitur, quo ab alijs quatuor differat dictum est. Contingit aũt etiam vnumquod-

que aliorum differre ab aliis quatuor: quare, cū quinque quidem sint, vnumquodque autē ab aliis quatuor differat; quater quinque, viginti fiunt omnes differentiæ. Sed non ita se habet, sed semper deficeps enumeratis, & duobus quidem vna differentia deficientibus (propterea quoniam iam sumpta est) tribus vero duabus, quatuor vero tribus, quinque vero quatuor, decem omnes fiūt differentiæ, quatuor, tres, duæ, vna. Genus enim quo differt à differētia, & specie, & proprio, & accidente, dictum est: quatuor igitur differentiæ. Differentia vero, qua differat à genere, dictum est, quādo quo differt genus ab ea dicebatur: reliquum est igitur, quo differat differentia à specie, proprio, & accidente dicatur: & fiunt tres. Rursus species quo quidem differat à differentia dictū est, quando quo differt à specie differētia dicebatur: vbi etiam differat species à genere dictum est, quando quo differt genus à specie dicebatur: reliquum est igitur, vt quo differat species à proprio, & accidente dicatur: duæ igitur sunt & hæ differentiæ. Proprium autem quo differat ab accidente relinquetur: nam quo à specie, & differentia, & genere differat, prædictum est in omnium ad ipsum differentijs. Quatuor igitur sunt ptis generis ad alia differentijs, tribus vero differentiæ, duabus autem speciei, vna vero proprij ad accidens, decem erunt omnes: quadruor quæ sunt generis ad reliqua, superius demonstrauimus.

ANNOTATIONES.

Et duobus una differentia deficientibus] hoc est cum genus ad cætera quatuor comparetur, & quatuor

erunt comparationes. deinde si differentia comparetur; non est amplius ad genus comparanda, sed ad reliqua: iam enim comparata est cum genere: posthæc species, cum comparata sit cum genere, & differentia, esset repetitio supervacanea si iterum comparetur: sic proprium.

Argumentum, & diuisio in cap. 7.

Duobus conueniunt differentia, & species. primum aquè participantur à suis inferioribus. deinde semper assistunt his, quæ ipsa participant. Differunt autem quatuor: quoniam differentia prædicatur inæquale, species in quid: differentia de pluribus speciebus, species de individuis. differentia est prior specie, & plures differentiæ iunctæ definitionem constituunt: sed species cum specie non componitur. Diuiditur igitur caput in duas partes. in prima disserit de conuenientijs differentiæ, & speciei. harum prima est [æqualiter participari] quam exponit [homine enim] secunda est [commune etiam est] hanc explicat [semper enim]. In secunda parte tractat de differentijs speciei, & differentiæ. hæ in quatuor secantur partes. prima est [proprium autem] confirmat autem [nam & si homo] secunda est [amplius differentia] quam explanat [quemadmodum quæ draper] tertia est [amplius differentia prior est] confirmat autem [simul enim ablatum] quarta est [amplius differentia componitur] exemplo declarat [rationale enim] & [quædam enim æqua.]

De communitatibus, & differentijs differentiæ, & speciei. Cap. VII.

COmmune ergo differētię, & speciei est æqualiter participari: homine.n. æqualiter participant

ticipant particulares homines, & rationalis de
terétis. Commune etiá est & semper adesse
quę illis participát: semper enim Socrates ra
nalis est, semper Socrates homo.

Proprium autem differentix quidé est in eo
quod quale est prędicari: speciei vero in eo
quid est: nam & si homo velut quale quid
cipiatur; non tamen simpliciter erit quale,
secúdum id, quod generi euenientes differe
tix eum constituerunt. Amplius, differentia
dem in pluribus sæpe speciebus considerat
quemadmodú quadrupes in pluribus an
bus specie differétibus: species vero in solis
quę sub specie sunt, individuis est. Amplius
ferentia prior est ea specie, quæ est secund
ipsam: simul enim ablatum rationale in tere
hominem: homo vero interemptus non
rationale, cum sit Deus. Amplius differe
dem componitur cum alia differentia ratio
le enim, & mortale compositú est in sub
hominis. species vero speciei non compon
vt gignat aliá aliquam speciem. Quædam e
equa cuidam asino permisceatur ad muli ge
tionem: equa autem simpliciter asino co
sita nunquam perficeret mulum.

ANNOTATIONES.

Particulares homines] *i. Socrates, & Plato*
participant specie, hoc est homine & differtia
est rationalis. [*semper adesse*] *i. semper sæpe*
[*quę est secundum ipsam*] *hoc est, quæ est post ip*
differentiā [*cum sit Deus*] *quoniā Deus, alias*
gelus est rationalis. [*Differentia componitur*]
quitur cum alia, vt rationale, & mortale com
tur

tur ad definitionē, quæ est, Homo est animal rationale
mortale. [*in substantia hominis*] *i. in definitione*
hominis.

Argumentum, & diuisio in cap. 2.

Duobus conueniunt differentia, & proprium.
Primum quòd prędicantur, & semper differunt:
quia differentia de pluribus speciebus prędica-
tur, proprium de vna. deinde differentia non conver-
titur cum specie, sed proprium. Idcirco Porphy. hoc
capitulo duas diuisit partes. Prima est de communi-
tatibus differentię, & propriį, quæ duæ existunt.
altera est [*differentia verò, & proprium*] *quā exem-*
plo sic comprobat [*qualiter enim*] *altera est* [*& sem-*
per, & omni adesse] *confirmat aũt* [*etsi enim curta-*
tur] *& exemplo comprobat* [*quoniam & risibile*].
Secunda pars est de eorum differētijs, quæ duæ sunt:
altera [*proprium autem differentię, & exemplo cō-*
firmat. [*vt rationale de Deo, & homine*] *altera est,*
[*& differentia quidem illis.*]

De communitatibus, & differentijs propriį, & differentię. Cap. V III.

DIfferentia verò, & proprium cõe quidem habent æqualiter participari ab ijs, quæ illis participant: æqualiter enim rationalia, ratio nalia sunt: & risibilia, risibilia sunt. Et semper & omni adesse cõe vtrisque est: & si enim curretur qui bipes est, tamen ad id, quod natum est semper, dicitur: quoniam & risibile in eo quæ natum est habet semper, sed non in eo quod semper rideat.

Proprium autem differētię est, quòd hęc quidem

dem de pluribus speciebus dicitur sæpe, vt ra-
nale de Deo, & homine proprium verò di-
ur de vna sola specie, cuius est proprium. Et
ferentia quidem illis est consequens, quo-
est differentia, sed non conuertitur: propria
rò conuersim prædicãtur de ijs, quorum
propria, propterea quod conuertuntur.

ANNOTATIONES.

Aequaliter enim rationalia] .i. æquè omne
mines sunt rationales [*& semper, & omni*] .i.
lis omnibus semper adesse [*dicitur*] *aliàs se*
[*habet semper, sed non*] *aliàs habet, vt semp*
deat, quibusdam non semper videat [*de Deo*] *aliàs*
angelo. [*differentia illi est consequens*] *hoc est*
conuitatur, quæ illius sunt: sed non conuertuntur
tionale enim conuitatur hominem, sed inter se
uertuntur, vt si dicas, omnis homo est rationalis,
conuertitur. *Omne rationale est homo, sed prop*
tum eo, cuius est proprium, conuertitur: vt visib
homine, vt antea diximus.

Argumentum, & diuisio in cap. 9.

Differentia, & accidẽs bifariam conueniunt
dicantur enim de pluribus, & semper insunt
biectis, præsertim accidens inseparabile. Tra
verò differentiam differentia continet, &
tinet vt non susipiat magis, & minus, & alia
tis contrarijs non miscetur: accidens verò hab
nia habet. Diuiditur ergo caput in duas partes.
est de communitatibus, quarum primum ex
ferentijs autem, & accidenti commune est
[*commune verò est*] *quam explicat ibi* [*bipes*

Secunda

Secunda est de differentijs. Primam sic explicat [*qa*
differentia] *quam exemplo ibi declarat* [*continet ra-*
tionale] *secundam* [*& differentia quidem*] *ter-*
tiam [*& impermixtæ quidem*].

De communitatibus, & differentijs differentijs,
& accidentis. *Cap. IX.*

DIfferentiæ autem, & accidẽti cõmune qui-
dem est de pluribus dici. Commune verò
est & ad ea, quæ sunt inseparabilia accidentia,
semper & omni adesse: bipes enim semper ad-
est omni homini: & omnibus coruis nigrum
esse similiter.

Differunt autem: quoniam differentia quidẽ
continet species, & non continetur: continet
enim rationale deũ, & hominem: accidẽtia ve-
ro aliquo quidem modo continentur, eo q̃ in plu-
ribus sunt: aliquo verò modo continent; eo q̃
plurium. Et differentia quidem inintẽsibilis est,
& extremissibilis: accidentia verò magis, & min⁹
susciptiua. Et impermixtæ quidem sunt cõtra-
rix differentiæ: mixta verò nonnunquã sunt cõ
traria accidentia. Huiusmodi quidem cõmunio
nes, & proprietates differẽtiæ, & exterorũ sunt.

ANNOTATIONES.

Dici de pluribus] .i. prædicari, continere, ample-
ti. commune est, & ad ea] *hoc est, commune est*
differentijs, & etiam accidenti inseparabili. [*bipes*]
ea differentia [*coruis nigrum*] *est accidens inse-*
bile. [*continet enim rationale*] *quod est differentia*
& differentia inintensibilis est, & extremissibilis]

.i. dif-

ſi differentia non ſuſcipit magis, & minus. [& ſi permixtæ ſunt differentiæ contrariæ, vt rationale irrationale ſunt differentiæ contrariæ, & hæc mixtā poſſunt reperiri acta.

Argumentum, & diuiſio in cap. 9.

Dupliciter conueniunt ſpecies, & proprium: alterum enim de altero prædicatur, vt homo de riſibili, & riſibile de homine, & æquè prædicātur de ſuis inferioribus. ſed quadrupliciter differunt: ſpecies enim poteſt eſſe genus, & eſt prior, ſemper actu, & alterius rationis. proprium nunquam fit genus, eſt poſterius ſpecie, nō ſemper actu, & aliam habet à ſpecie definitionē. Proponit Porphy. quæ ſint ab eo tractanda, ac concludit quæ dixit ibi [ſpecies verò] poſitum explicat, ac primum conuenientiæ ſpeciei & proprij; quarum primam recitat [ſpecies autem & proprium] quam explicat [nam ſiquid] ſecundam [commune eſt quoque.] Deinde differentiæ ſpeciei quatuor. prima eſt [quoniā ſpecies poteſt] ſecunda eſt [& ſpecies quidem ante] quam probat ibi [ſemper enim hominem] tertia exiſtit [amplius ſpecies quidem] exemplo explicant hanc ibi [homo enim] quarta eſt [amplius quorū terminī] exponit ultimam hanc ibi [eſt autem ſpecies].

De communitatibus, & differentijs ſpeciei & proprij. Cap. X.

SPecies verò quo quidē differt genere, & differentia dictum eſt in eo, quod dicebamus quo genus differt à cæteris, & quod differentia differt à cæteris. deinceps quo differt à proprio & accidente dicetur.

Speciei

Speciei autē & proprij commune quidē eſt, adinuicem cōuerſim prædicari. Nam ſi quid homo eſt, riſibile eſt: & ſi quid riſibile eſt, homo eſt. Riſibile verò quòd ſecundum id, quod natum eſt ridere ſumendum ſæpe iam dictum eſt. Commune eſt quoq; & æqualiter eſſe. æquali enim adſunt ſpecies ijs, quæ illis participāt, & propria ijs, quorum ſunt propria.

Differt autem ſpecies à proprio; quoniam ſpecies quidem poteſt, & aliorum genus eſſe: proprium verò aliarum ſpecierum eſſe proprium impoſſibile eſt. Et ſpecies quidē ante ſubſiſtit, quā proprium: proprium verò poſt ſit in ſpecie: oportet enim hominem eſſe, vt ſit riſibile. Amplius ſpecies, quidē ſemper actu adeſt ſubiecto proprium verò aliquando, & poteſtate: homo enim ſemper actu eſt Socrates: nō verò ſemper ridet, quamuis natus ſit ſemper, vt ſit riſibilis. Amplius quarum terminī ſunt differētes, & ipſa ſunt differē tia. Eſt autem ſpecie quidem ſub genere eſſe, & de pluribus, & differentibus numero in eo, quod quid eſt prædicari, & cætera huiuſmodi, proprij verò & ſoli, & omni, & ſemper adeſſe.

ANNOTATIONES.

Adinuicem conuerſim prædicari] vt homo eſt riſibilis, & riſibile eſt homo. [*riſibile verò quod &c.*] *i. vere riſibile id, quod habet naturā aptitudinem ad ridendum, quā quādam non ſemper ridet. [æqualiter eſſe] i. æquè de proprijs inferioribus prædicantur, & non ſecundum magis, & minus.* [*aliorū genus eſſe*] *hoc eſt aliarum ſpecierum, ſed non proprium poteſt eſſe genus aliorum proprium* [*ante ſubſiſtit, quā proprium*] *hoc eſt, prior eſt proprio.* [*ſpecies ſemper actu*

alterius adest subiecto].s.in propriis individuis, vel subsistentes semper est actu, & re vera, & in effectu habent [quod esse].s. habet vim ac facultatem [quam termini].s. partes definitionis [est autem species huius est, sunt partes definitionis speciei subiecti esse, & alia.

Argumentum, & divisio in cap. 11.

Species, et accidens hoc conueniunt, quòd de pluribus prædicantur. sed differunt quadrupliciter. species enim prædicatur in quid, accidens in quale, in quomodo se habet. deinde vnicum vnicum habet speciem, sed non vnicum accidens, verum plura. tertiò species est prior accidente. species demum continet, sed accidens plus, vel minus. Caput hoc duas habet partes. Prima est de conuenientia speciei, et accidentis ibi [speciei verò, et accidentis]. secunda est de quatuor differentijs, quarum prima est de speciei quidem [secunda [& vnamquæq; substantia] tertia est [& species prædicatur] quarta est [speciei participatio]. Partem huius explicat [accidens].

De communitatibus, & differentijs speciei, & accidentis. Cap. XI.

Speciei verò, & accidẽtis cõmune quidẽ de pluribus prædicari. Rata verò sunt communicates; propterea q̃ quam plurimũ distant abinuicem accidus, & id, cui accidit.

Propria vero sunt vtriusq; speciei quidẽ quodquid est prædicari de ijs, quorũ est species accidentis autẽ in eo quod quale quidd aut vel quomodo se habens est. Et vnamquamq; substantiam vna quidẽ specie participare

bus autem accidentibus, & separabilibus, & inseparabilibus. Et species quidem prædicabilia sunt accidentibus, & si etiam sint inseparabilia (oportet enim esse subiectum, vt illi quidem accidat) accidentia verò posteriora generis sunt aduentitiæ naturæ. Et speciei quidem participatio æqualiter est: accidentis verò & si inseparabile sit, non æqualiter: Aethiops enim Aethiope habere posset colorem, vel intensum, vel remissum secundum nigredinem.

ANNOTATIONES.

Propria verò sunt vtriusque] hoc est, species & accidens hæc habent propria. [& vnamquamque substantiam] si singula individua [prædicentur] s. prius enumerentur.

Argumentum, & divisio in cap. 12.

Duobus conueniunt proprium, & accidens inseparabile. Primum quid eorum subiecta non subsistunt sine illis. deinde omni subiecto, & semper insunt. tribus autem differunt: primum enim nulli est soli speciei, & prædicatur conuersim, & æquè. sed accidens contra. Proponit Porphyr. [Restat autem] propositum explicat duobus in locis. Primò enim de conuenientijs, quarum primam recenset [commune autem proprio] quam declarat exemplo [quemadmodum enim] secundo [& quemadmodum] secundo de differentijs aptis primæ quarum exstitit [quoniã proprium vni] existit [simpliciter proprium] tertia est [æquale.s. est] secundum concludit.

De communitatibus, & differentijs propriĩ, & accidentis. Cap. XII.

REstat autem de proprio, & accidẽte dicere: quo enim propriũ à specie, & differẽtia, & genere differt, dictum est.

Cõmune autem proprio, & inseparabili accidenti est, quòd præter ea nunquam consistit illa, in quibus considerantur: quemadmodum enim præter risibile non subsistit homo; ita nec præter nigredinem subsistit Aethiops. Et quemadmodum semper, & omni adest propriũ; sic & inseparabile accidens. Differunt autem, quoniam proprium vni soli speciei adest, quemadmodum risibile homini: inseparabile verò accidens, vt nigrum, non solum Aethiopi, sed coruo adest, & carboni, & ebeno, & quibusdam aliis. Amplius proprium conuertim prædicatur de eo, cuius est proprium, & æqualiter est inseparabile verò accidens conuertim non prædicatur. Et propriorum quidem æqualis est participatio, accidentiũ verò vel magis, vel minus. Sunt quidem alĩs communitates, vel proprietates iis, quæ dicta sũt, sed sufficiunt & hæ ad discretionem eorum, communitatisq; traditionem.

Introductionis quinque vocum Porphyrij Phœnicei finis.

ANNOTATIONES.

Præterea nunquam consistunt] *i. nunquam illis existit subiectum* [*& omni*] *scilicet indiuiduo, & omni contento sub subiecto.*

PRAE-

PRAEFATIO IN PRAEDICAMENTA.

RErũ genera decẽ cõstituit Arist. quæ decẽ verborũ genera exprimũt. Fit tamẽ, vt quędã expri manẽ voces, siue verba, q̃ plures significãt res, & nõ vnã: vt hoc verbũ Canis significat sydus cęleste, pisce quendã, & canem terrestre: quædã verò non. deinde aliæ proferuntur solæ, vt homo: aliæ complexæ, & iunctæ cum alijs, vt homo currit: de quibus in libro Periermenias: de solis enim in hoc libro disserit Arist. atque harum quædam significant rem quædam ab alia dependere, siue hoc de illo prædicari, vt homo prædicatur de Socrate subiecto, in subiecto verò nullo est eo pacto, quo accidentia sunt in aliquo: quædam enim vt hæc grammatica est in subiecto, vt in anima, & de nullo prædicat. sed grammatica est in subiecto, idest, anima, & de hac, & illa prædicatur grammatica. quædam tamen neque in subiecto sunt, neque de subiecto prædicantur, vt indiuidua, & singularia ea, quæ per se existunt, vel ut Socrates, & Plato. Verum quæ prædicantur de aliquo, & alia de his, quæ prædicantur, prædicentur; prædicabuntur & de vltimis: vt animal prædicat de homine, & de Socrate: cum homo de Socrate prædicetur. sed

F 2 quæ

quæ genera sunt subalterna; subalternæ sunt eorũ species, & differentiæ: quę vero diuersa, & non subalternæ, diuersæ sunt. Decem igitur genera rerum decem explicat verborum generibus, vt facilius cognoscantur, quædam dubia, qualia sunt æquiuoca, vniuoca, denominatiua, verba sola, cum alijs iuncta, continentia, siue prædicantia, prędicata, siue subiecta ac contenta ad prædicamentorum perceptionẽ prius describuntur: deinde prędicamenta, in quibus cum quidoq; nonnulla dicuntur ambigua, vt verbum opposita, prius, & alia, tertio exponuntur loco. quare liber prædicamentorum in tres diuiditur partes principes, quę vulgo Tractatus dicuntur. in prima docet Aristotea, quę ante prędicamenta appellantur: in secũda de prædicamentis, in tertia de post prædicamentis.

ARI-

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM Principis Prædicamenta.

D. SEVERINO BOETHO INTERPRETE.

SVMMA LIBRI.

De quibusdam tanquam suppositis, ad Prędicamentorum doctrinam conferentibus, quæ ante prædicamenta dici solent. De Prædicamentis ipsis. De consequentibus quibusdam ad ipsa Prædicamenta, quæ post prædicamenta appellantur, ac de nonnullis vocibus, de quibus mentio facta est in Prædicamentis.

TRACTATVS PRIMVS.

De anteprædicamentis.

Argumentum & diuisio in Caput I.

Aequiuoca dicimus ea, quæ vno nomine appellantur, sed natura differunt, vt Socrates viuus, & Socrates pictus. Vniuoca, quæ vno nomine appellantur, & sunt: viuit natura, vt homo, & bos dicuntur animalia, & naturam habent animalis. Denominatiua,

quæ & coniugata sunt, quæ ab vno dependent, vt ex odio odiosus, & odisse. Hoc caput tres obtinet partes: prima de æquivocis, vbi ea significat [æquivoca] secunda explicat [vt animal] hanc quidem explanationem approbat dum ait [si enim quis assignet] secundam vniuocam sic [vniuoca verò] explicat deinde [vt animal, & homo] confirmat explicationem [siquis enim assignet] tertiam, quæ sunt denominatiua, & ait [denominatiua] explicat autem [vt à grammatica].

De Æquivocis, Vniuocis, & Denominatiuis. Cap. 1.

ÆQVIVOCA dicuntur, quorum nomen solum commune est, secundum nomen verò substantiæ ratio diuersa: vt animal, & homo, & pictum est: horum enim solum nomẽ commune est, secundũ nomen verò substantiæ ratio diuersa. Si enim quis assignet, quid sit eorum vtrunque quò animal est; proprium assignabit vtriusque rationem. Vniuoca verò dicuntur, quorum & nomen commune est, & secundum nomen eadem substantiæ ratio: vt animal, & homo, atque bos: communi enim nomine horum vtrunque animal nuncupatur, & est ratio substantiæ eadem: Si quis enim assignet vtriusq; rationem, quid vtrunque est quod animal est, eandem assignabit rationem. Denominatiua verò dicuntur, quæcunque ab aliquo differentia casu, secundum nomen habent appellationem: vt à grammatica grammaticus, & à fortitudine fortis.

Rerum,

RERVM, ET VERBORVM difficilium explanationes ex Simplicio, Ammonio, ac Boetho.

Æquivoca dicuntur] .i. ea appellantur nomine æquivoco, quæ vnum, siue commune obtinent nomen, sed naturæ, rationeq; differunt: vt Socrates pictus, & Socrates viuus: ambo enim dicuntur Socrates: tamen ratione differunt: nam alter est viuus, alter mortuus. [Secundum nomen verò] .i. excepto nomine [substantiæ ratio] hoc est natura eorum est diuersa. [vt animal, & homo, & quod pictum est] .i. homo viuus, & homo pictus vulgò appellantur hoc communi nomine animal [si enim quis assignet quid sit] .i. siquis definiat, & cognoscere vel naturam cuiusq; [rationẽ] .i. naturam, vel definitionem. [Vniuoca] appellantur ea, quæ & nomen commune, & naturam communẽ habent: [vt homo, & bos] habent nomen commune: hoc est, animal, & [est ratio substantiæ eadem] .i. natura eorum est communis: ambo enim sunt naturæ animalis. [siquis assignet vtriusque rationem] hoc est, demonstret definitionem, vel naturam. [denominatiua] .i. derivativa, coniugata q;.

Argumentum, & diuisio in cap. 2.

Verba alia proferuntur simplicia, vt homo, currit: alia complexa, & iuncta, vt homo currit: verba itidem alia prædicantur tantum, vt homo: alia solum sunt prædicata, siue subiecta, vt hæc grammatica: alia prædicantur, & prædicata sunt siue subiecta, vt scientia, alia tandem nec in subiecto sunt, nec prædicatur, vt Socrates, et alia individua, siue singularia, quæ per

se existimat absque admiculo. Dividitur autem in quatuor partes, in prima verba distinguuntur [eorum quæ dicuntur] explanat verò deinde [eorum quæ in secunda asserit Arist. hæc eadem, vel ipsas, vel alias continere, vel non vel contendas vel non. & hæc pars in quatuor partitur. prima [eorum quæ sunt] hanc sic explicat [vt homo de subiecto] secunda [alia autem in subiecto] deinde explanat quid sit esse in subiecto [in subiecto verò esse] quarta explanat illi [vt quædam grammatica] tertia est [de subiecto verò dicitur] quam exponit hoc pacto [vt scientia] quarta est [alia verò] quam declarat his verbis [vt quidam homo].

De complexis, & incomplexis. Cap. I I.

EOrum, quæ dicuntur, alia quidem secundum complexionem dicuntur, alia vero sine complexione. Ea igitur, quæ secundū complexionem dicuntur, sunt, vt homo currit, homo vincit: Ea vero, quæ sine complexione dicuntur, sunt, vt homo, bos, currit, vincit.

Eorum quæ sunt, alia de subiecto aliquo dicuntur, in subiecto vero nullo sunt, vt homo de subiecto quidem dicitur quodam homine, subiecto vero nullo est. Alia autem in subiecto quidem sunt, de subiecto autem nullo dicūtur. In subiecto vero esse dico, quod cùm in aliquo sit, non sicut quædā pars, impossibile est esse præter eo, in quo est: vt quædam grammatica in subiecto quidem est in anima, de subiecto verò nullo dicitur: & hoc album in subiecto quidem est corpore: omnis enim color i corpore, de subiecto autem nullo dicitur. Alia vero de subiecto dicunt, & in subiecto sunt; vt scientia in subiecto

to quidem est in anima, de subiecto vero dicitur, vt grammatica. Alia vero neq; in subiecto sunt, neque de subiecto aliquo dicuntur; vt qui dam homo, & quidam equus: nihil enim talium neque in subiecto est, neque de subiecto aliquo dicitur. Simpliciter autē quæ sunt individua, & vnum numero, de subiecto nullo dicuntur: in subiecto autem nihil aliqua prohibet esse: quædam enim grammatica in subiecto est, at de subiecto nullo dicitur.

ANNOTATIONES.

Eorum quæ dicuntur] hoc est, verba [secundū complexionem] i. compasita, & alijs similia, vt homo currit [eorum quæ sunt] i. entia [de subiecto aliquo dicuntur] hoc est, prædicantur, & continent aliquid, quod subiacet, dependet, oritur, & subest ipsis: vt homo continet, hunc prædicatum de Socrate, qui dicitur esse subiectum eo modo, quo ab homine dependet, & oritur, vt homini subiacet tanquam pars corporis sublimati toti superi. [quædam homine] i. singulari, vt Socrate [in subiecto verò nullo est] hoc est, non reperiuntur in aliquo adhærentia, vt albedo parietis: dicitur enim paries subiectum, & subsistens aculum albedinis, sed non pars albedinis, vt diximus de priori subiecto. quare subiectum dicitur bifariam, id. s. quod est tanquam pars vel, & id quod subsistit, & sine quo non possit aliud permanere. [cum in aliquo sit] i. singulariter, & individuo [vt quædam grammatica] hoc est illa, quæ in Socrate est. [in subiecto esse] i. subsistere eum [& hoc album] quod i. digito ostendo [omnis enim color] i. superficies [de subiecto nullo dicitur] i. cum sint individua non prædicantur de alijs; quia nihil est inferius. [de subiecto dicuntur]

cuntur]. i. continent inferiora, quæ sunt vt partes in subiecto sunt] hoc est in re, quæ subiacet, vt pars albedini. [neque in subiecto sint] quod ea subiecto [neque de subiecto aliquo dicuntur] hoc est, habent aliquid inferius, vt Socrates. [vt quidam homo, & quidã equus]. i. vt Socrates, & Eucephalus [simpliciter autem] .i. in summa, vniuersè [quæ individua] .i. singularia [& vnum numero] vt Socrates [de subiecto nullo dicuntur] hoc est, nihil habent inferius. [in subiecto autem nihil aliquam vetat esse] .i. nihil prohibet aliqua velut hanc grammaticam esse in subiecto, quod est anima.

Argumentum, & diuisio in cap. 3.

In prædicamento reperitur quod continet, prædicatur, nec subiacet, vt substantiæ id quod continet, & continetur, vt corpus, idq;, quod continetur, & non continet, vt Socrates. ea igitur quæ continent, vsque ad infima continent, id sibi velle vult Arist. dum ait [quando alterum] *quod alterum ibi* [vt homo de homine] *confirmat autem* [quodam enim homo].

Regula in prædicatis essentialibus. Cap. III.

QVando alterum de altero prædicatur, vt subiecto, quæcunq; de eo, quod prædicatur, dicuntur, omnia etiam de subiecto dicentur: vt homo de homine quodam prædicatur, animal verò de homine, ergo & de quodam homine animal prædicabitur: quidam enim homo est, & animal.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Quando alterum] vt genus de altero prædicatur, [vt de subiecto] .i. de re inferiori, & quæ est posit, vt Socrate, vel homine [quæcunque de eo, quod prædicatur, dicuntur] .i. si qua sint superiora genera eius, quæ prædicantur, vt corpus animatum, quod prædicatur de animali, & animal de homine, & homo de Socrate [omnia]. i. quæ prædicantur, vt corpus animatum, animal, & homo [de subiecto dicentur]. i. Socrate.

Argumentum, & diuisio in cap. 4.

Genera, siue prædicamenta diuersa, vt substantiæ, & quantitatis, diuersas habet species, & differentias. Dicatur sic igitur. Genera alia sunt subalterna, vt corpus animatum, & animal, alia non subalterna, sed diuersa. Prima possunt easdem habere differentias, secunda minimè, quæ exponit ibi [diuersorum generum] *& exemplo sic declarat* [vt animalis, & scientiæ] *prima sunt* [subalternorum verò generum] *probat autem sic* [superiora enim] *deinde conclusionem infert* [quare quotcunque].

Regula distinguens non subalterna genera à subalternis. Cap. IIII.

DIuersorum generũ, & non subalternatim positorum diuersę sunt species, & differentiæ: vt animalis, & scientiæ: animalis enim differentiæ sũt gressibile, bipes, & volatile, & aquatile: scientiæ verò nulla eorum est: neque enim scientia à scientia differt, in eo quod bipes est.

Sub-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Subalternorum verò generum nihil prohibet eadem esse differentias: superiora enim de quæ sub ipsis sunt generibus, prædicantur, re quotcunque differētiæ prædicati fuerint, tidem & subiecti erunt.

ANNOTATIONES.

Diuersorum generum] .i. prædicamentorum, *non subalternatim positorum*] hoc est, quæ non locantur alterum post alterum, vt corpus post substantiam, & corpus animatum post corpus [*superiora enim*] .s. genera [*quotcunque differentiæ prædicati fuerint*] hoc est quot id quod prædicatur, habebit differentias, tot id, quod subest prædicato.

Argumentum, & diuisio in cap. 5.

Verba simplicia, in genere decem sunt, & significant substantiam .s. quantum, aliquid, quale, vbi, quando, situm esse, habere, agere, & pati. hæc singula affirmationem, nec negationem efficiunt, sed incomplexa. Hoc caput coniungitur cum secundo, quo scripsit Arist. verba alia complexa esse, alia incomplexa. de incomplexis differit nunc, & est propositio sequentiū prædicamentorum. quare dicitur. [Eorum quæ secundum, &c.] exemplo declarat sic [est autem substantia] deinde propositum repetit alijs verbis per formam conclusionis, & [quæ igitur eorum] probat sic [horum autem] & postea declarat rationem, & inquit, [omnis enim affirmatio] quæ est vt minor quædam propositio. [minor verò [eorum autem quæ] quæ explicat [homo, album] conclusionem tam dictam non repetit, quæ potest repeti.

Decem prædicamentorum diuisio. Cap. V.

EOrum quę secūdum nullam cōplexionem dicuntur, vnumquodque, aut substantiā significat, aut quantū, aut quale, aut aliquid, aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut agere, aut pati. Est aūt substantia quidē, vt in figura dicatur, vt homo, equus. Quantum aut, vt bicubitum, tricubitum. Quale, vt albū, grāmaticū. Ad aliquid, vt duplum, dimidiū, maius. Vbi verò, in foro, in lycio. Quando autē, vt heri, superiore anno. Situ verò esse, vt iacet, sedet. Habere aūt, vt calceatum esse, armatū esse. Agere verò, vt secare, vrere. Pati, vt secari, vri. Singula igitur eorum, quæ dicta sunt, ipsa quidē semper in nulla affirmatione dicūtur, vel negatione. horum autem ad se inuicem complexione affirmatio, vel negatio fit. Omnis enim affirmatio, aut negatio videtur vel vera, vel falsa esse. Eorū autē, quæ secundum nullam complexionem dicuntur, nullum neque verum, neque falsum est: vt homo, album, currit, vincit.

ANNOTATIONES.

Eorum quæ secundum nullam complexionem dicuntur] .i. verba simplicia, & incomplexa, vt homo, albus. [*significat*] .s. exprimit substantiam simpliciē, [*aut quantum, aut quale, &c.*] hoc est, aut substantiam cum quantitate, qualitate, & alijs, quæ ve vera dicantur possunt abſque substantia existere. [*vt in figura dicatur*] .i. exempli gratia [*nulla affirmatione, vel negatione dicuntur*] .i. non affirmant .n. ey .m nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

negant [horum autem ad se invicem cõplexione, & nam. si horum decem quædam complicent aristo- firmatio, vel negatio]. i. sententia, sive oratio af- mans, vel negans, vt si accipiamus è substantia ho- minem, ex agere curro, ac dicamus. Homo currit, Homo non currit. prima sententia est affirmans affirmatio: secunda negans, sive negatio, qua ve- vel falsa existunt.

TRACTATVS SECVNDVS.

De Prædicamentis.

ARGVMENTVM, & diuisio in Caput 1.

Hoc verbum substantia significat rem, quæ existit absque alio adminiculo, vt Socrates. Sed a- do, quæ per se stare non potest, & alia prædica- ta, sed in substantia insunt, non appellantur sub- stantia. Hæc autem est dupl'ex prima. i. & vera, vt crates, Plato, & alia huius generis singularia Aut concipitur secunda, sive aliquid in specie, homine dicimus: Socrates enim Plato, & alii constituunt hominem, qui appellatur substantia da, atque hoc nostro animal, corpus animatum, pus substantiale, ac substantia tandem secunda enotatur substantiæ, una & prima sex proprietates sident. Prima quid in subiecto non fiat, vel cho do in parietes. secundò secundæ continent pr dicuntur, vt homo Socrates, Plato: omnia autem

minem, leonem, canem. tertiò aliquid singulare signi- ficant primæ, & secundæ, sed secundæ magis quale quid. quarto nec prima, nec secunda nihil est contra- rium. quinto nullæ substantiæ suscipit magis, & mi- nus. sexto est susceptiua contrariorum, vt Socrates modo est calidus, modo frigidus. Hæc est cap- ma. Propositi autem. Arist. in superiori capite decē verum genera, quæ decem verborum generibus expri mantur. nunc de substantia agit, quæ est primum ge- nus, quod in duas partes diuiditur: in primam quid, & quot sint substantiæ. in secundam quæ nam sint eis propria, de prima vero sic. Substantia est duplex: alte ra prima, altera secundæ. prima quæ sit, describit dum ait [substantia autem est, quæ] quam exemplo sic declarat [ut quidam homo] secundæ, quando in- quit [secunda autem substantia] quam sic explicat [ut quidam homo] ex his conclusionem quandam pro ferri. quæ est [secundæ igitur hæ] in descriptione, ac explanatione primæ, & secundæ substantiæ aliquæ præstitit. quæ exponenda sibi esse videntur. ea quidē sunt octo. Primæ sunt illa verba [quæ neq; de subiecto aliquo dicitur] & asserit eorum, quæ de subiecto di- cuntur, necesse esse & nomen, & rationem prædica- tionis. ait ibi [manifestum est autem] & exemplo ostendit sic [ut homo de subiecto] secunda [eorum quæ in subiecto] exemplo demonstrat his verbis [ut album eorum in subiecto] tertia sunt [alia verò omnia] declarat autem duobus exemplis. Primum est [ut animal de homine] secundum [rursus color in corpore est] ex quibus infert conclusionem [quare alia omnia] quarta [non ergo existentibus primis substantijs] quinta [secundarum substantiarum magis substan- tia erit] quam duabus probat rationibus. Prima est [propinquior enim] & eam explicat sic [si quis enim dixerit] exemplis vero magis hoc modo [vt hominis

quendam,

quendam, & cum quandam arborem] secunda vero existit [amplius primæ substantiæ] sexta autem [Corsarum vero specierum] quam exponit sic [enim familiarius,] & sic [similiter autem & in mis substantijs] postea conclusionem hanc probat [merito igitur] quam explanat sic [sola enim & conclusionem repetit [quare merito hæ solæ] sma, quæ exponere vult Arist. sunt [amplius substantiæ] octaua [genera & species] quem declarat [de his enim] post quam vero ostendit ad substantia primæ, & secundæ explanat inuenimus, ait substantias sex proprietates inesse . prima est [commune autem omni substantiæ] sic probat de prima substantia [prima namque stantia] de secunda autem [secundarum verò substantiarum [quam primum exemplo declarat ibi enim de subiecto] deinde syllogismo hoc [amplius quæ in subiecto] hanc proprietatem confirmat ponens in differentijs substantialibus, quando est autem proprium substantiæ hæc sed [exemplum id demonstrat sic [hiper enim & cæsibile monet præterea partes substantiæ ab hac proprietate, & inquit [non contrahent autem nos] quæ perior coniunguntur cum alijs per formam circuitionis . secunda autem proprietas est [inest substantijs, & differentijs] ostendit verò id [enim quæ] concludit q, [quare omnia, quæ d subsunt] tertia talis est [omnis autem substantia hoc aliquid] inductione verò probat ibi sin [tur substantijs] quarta proprietas [inest autem stantijs nihil esse contrarium] confirmat autem [prima enim substantia] & per similem circuitionis ostendit in quantitate his verbis [non substantiæ hoc proprium] exemplo, declarat subinde enim] quintam proprietatem ibi de scribit

declarat autem substantia non suscipere magis, & minus] exponit eius sententiam [dico autem, non qui] & exemplo declarat sic [vt si est eadem substantia] & hoc patet [sicut est album] sextam scribit ibi [maxime verè proprium] probat autem [quare in alijs non habet quispiam] & exemplo explicat sic [velut color] & in substantia [vt quidam homo] in oratione verò & opinione dicent [nisi quis forsitan] & cum sermone superiori copulatur per circunductionem, quam sententiam comparat sic [sed sequitur & hoc suscipiat] præterea repetit id, quod de substantia dixerat, ibi [quapropter saltem modo] confirmat deinde sic [si quis autem verò pias] & primum de oratione, & opinione postea de substantia ibi [verum substantia eo quod ipsa] exponit autem confirmationem, quando ait [languorem enim, & sanitatem] ac tandem alias repetit [quare proprium erit substantia] & finem imponens [de substantia quidem.]

De substantia. Cap. 1.

SVBSTANTIA autem est, quæ proprie, & principaliter, & maximè dicitur, quæ neque de subiecto aliquo dicitur, neq; in subiecto alio quo est; vt quidam homo, & quidam equus. Secundæ autem substantiæ dicuntur species, in quibus ex, quæ principaliter substantiæ dicuntur, insunt: & hæ quidem, & harum specierum genera: vt quidam homo in specie quidem est homine, genus verò speciei animal, secundæ igitur, hæ substantiæ dicuntur; vt est homo, atque animal. Manifestum esse autem ex ijs, quæ dicta sunt, qđ corũ quæ de subiecto dicuntur, necesse est & nomẽ,

& rationem de subiecto prædicari: vt homo de subiecto quidem homine dicitur. prædicatur etiam & nomen: hominem enim de quodã homine prædicabis, & ratio quoque hominis de quodam homine prędicabitur: quidã enim homo & homo est, & animal: quare nomen, & ratio de subiecto prædicabitur. Eorũ vero quæ subiecto sunt, in plurimis quidẽ neque nomen neque ratio prædicatur de subiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet prædicari aliquãdo de subiecto, rationem vero non possibile est: vt album cum in subiecto sit corpore, prædicatur de subiecto: dicitur enim corpus album, ratio vero albi nunquam de corpore prædicabitur. Alia vero omnia aut de subiectis dicuntur primis substantijs, aut in subiectis eis sunt. Hoc autem manifestum est ex his quæ per singula proponuntur: vt animal de homine prædicatur: ergo & de quodam homine animal prædicabitur: nam, si de nullo quodam hominum; neq; omnino de homine. Rursus color in corpore est: ergo & in quodam corpore. nam, si non in aliquo esset singulariter, nec omnino in corpore. Quare alia omnia aut de subiectis primis dicuntur substantijs, aut subiectis eis sunt. Non ergo existentibus primis substantijs, impossibile est aliquid aliorum esse. Secundarũ vero substantiarum magis substantia est species, quam genus: propius enim est primę substantiæ. Si quis enim assignans primam substantiam quid est, euidentius, & conuenientius assignabit speciem, quam genus assignans: vt hominem quendam aliquis assignans manifestius assignabit hominem, quam animal assignans: illud enim proprium magis cuius

hominis, hoc autem communius. & cùm quidam arborem assignauerit; manifestius assignabit, assignando arborem, quàm plantam. Amplius, primæ substantiæ, ideo q̃ aliis omnibus subiiciuntur, & omnia alia vel de ipsis prædicantur, vel in ipsis sunt; propter hoc maximè substantiæ primæ dicuntur: quemadmodum aũt primæ substantię ad alia omnia se habentisie & species ad genus se habet: subiicit.n. species generi: genera enim de speciebus prædicãtur: species autem cum generibus non conuertuntur. Quare & ex his species genere magis substantia est. Ipsarum vero specierum, quæcunque nõ sunt genera, nihil magis alterum altero substãtia est: nihil enim familiarius assignabis, de quodam homine, hominem assignando, quam de quodam equo, equum. Similiter autem, & in primis substantijs nihil magis alterum altero substantia est: nihil enim magis quidam homo substantia est, quàm quidam bos. Merito igitur post primas substantias sola aliorum omnium species, & genera secundæ substãtiæ dicuntur. sola enim hæc, eorum quæ prædicantur, primã substantiam indicant: quendam enim hominẽ si quis assignauerit quid est, speciem quidem, quam genus assignando, familiarius demõstrabit; & manifestius faciet hominem assignando, quam animal: aliorum vero omnium quicquid assignauerit quis, assignabit extranee: velut alium, aut currit, aut aliud quodcunque talium assignans. Quare merito hæ solæ aliorum secundæ substantiæ dicuntur. Amplius, primæ substãtiæ, eo quod alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia de illis prædicantur, vel in ipsis sunt, primissimæ substantiæ dicuntur: sicut autem pri-

mæ substantiæ ad alia omnia se habent: ita
nera, & species primarum substantiarum ad
ligua omnia se habent: de his enim reliqua
nia prædicantur: quendam enim hominem
ces grammaticam esse: ergo & hominē, &
mal grammaticum dices: similiter autem
alijs. Cōmune autem omni substantiæ est
iecto non esse. Prima nanque substantia
subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur
cundarum vero substantiarum constat
etiam sic, ꝙ nulla est in subiecto: homo
de subiecto quidem quodam homine dic
in subiecto vero non est: neq; enim in quo
homine homo est: similiter autem & anima
subiecto quidem dicitur quodam homine
est autem animal in quodam homine. Ant
eorum quæ in subiecto sunt, nomen quidem
subiecto aliquando nihil prohibet prædica
tionem vero impossibile est: secundarum
substantiarum de subiecto & ratio prædica
& nomen: rationem enim hominis de quo
homine prædicabis, & animalis similiter:
non erit eorum substantia, quæ sunt in
cto. Non est autem proprium substantiæ
sed & differentia eorum est, quæ non sunt in
jecto: bipes enim, & gressibile de subiecto
dem quodam homine dicitur, in subiecto
non est: neque enim in homine est bipes,
gressibile. Ratio quoq; differentiæ de illo
dicatur, de quocunq; ipsa differentia dic
velut, si gressibile de homine prædicatur:
tio gressibilis de homine prædicabitur: est
homo gressibilis. Non conturbent autem
substantiarum partes, quę ita sunt in toto, q
in subiecto sunt: ne forte cogamur eas non

sub-

substantias consiteri: non.n. ita ea, quæ sunt in
subiecto, dicebantur, quasi vt partes inessent ali
cui. Inest autem substantijs, & differentijs oia
vniuoce prædicari. Omnia enim quæ ab his præ
dicata sunt, aut de indiuiduis prædicantur, aut
de speciebus: a prima nanque substantia nulla
est prædicatio: de nullo enim subiecto dicitur.
Secundarum vero substantiarum species quidē
de indiuiduo prædicatur: genus vero & de spe
ciebus, & de indiuiduis: similiter autem & diffe
rentiæ & de speciebus, & de indiuiduis prædi
camur. Et rationem quoque suscipiunt primæ
substantiæ specierum, & generum, & species
Generis: Quæcunque enim de prædicato dicun
tur, eadem & de subiecto dicentur. Similiter
autem rationem differentiarum suscipiunt &
species, & indiuidua, vniuoca autem erant, quo
rum & nomen commune est, & ratio eadem.
Quare omnia, quæ a substantijs, & differentijs
sunt, vniuoce prædicantur. Omnis autem sub
stantia videtur hoc aliquid significare. In pri
mis igitur substantijs indubitabile, & vnum
est, quod hoc aliquid significant: indiuiduum
enim, & vnum numero est quod significatur. In
secundis vero substantijs videtur quidem simi
liter propter appellationis figurā hoc aliquid si
gnificare, quando quis dixerit hominē, vel ani
mal: non tamen verum est, sed magis quale ali
quid significant: neque enim vnum est quod
subiectum est, quemadmodum prima substan
tia: sed de multis homo dicitur, & animal. Non
autem simpliciter quale quid significat, quem
admodum album (nihil enim aliud significat
albedo, quam qualitatem) at species, & genus
circa substantiam qualitatem determinant: qua-

lem enim quandam substantiam significãt pho-
autem in genere determinatio fit, quam in spe-
cies dicens enim animal plus complectitur, quã
qui hominem. Inest autem substantijs nihil ci-
lis esse contrarium. Primę enim substantię nul-
erit contrarium, vt cuidam homini, vel cuidã
animali; at vero nec homioi, nec animali ali-
quid est contrarium. Non est autem hoc sub-
stantiæ proprium: sed etiam multorum alio-
rum, vt quantitati: bicubito enim, vel tricu-
to nihil est contrarium. at vero nec decem-
nec alicui talium. Nisi forte quis multum pa-
eo dicat esse contrarium, vel magnum paruo
determinatorum vero quantorum nullum n
li est contrarium. Videtur autem substantia m
susciperc magis, & minus. Dico autem, non q
substantia non est à substantia magis, & minu
substantia (hoc enim dictum est, quod est) hoc
quod vnaquęque substãtia hoc ipsum quod est
nõ dicitur magis, & minus: vt si est eadem sub-
stantia homo, non erit magis, & minus homo
neque ipse seipso, neque alter altero: non enim
est alter altero magis homo, sicut est album al-
terum altero magis, & minus album: & bonum
alterũ altero magis, & minus bonum, sed & ip-
sum seipso magis, & minꝰ dicitur, vt corpus q
sit album: magis nũc album esse dicetur, quã
prius, & cum calidum sit magis, & minus calid
dicitur. substantia vero non dicitur magis, neq
minus: nihil enim homo magis nunc homo,
prius dicitur, neque aliorum quicquam, quæ
quę substantiæ sunt. Quapropter non recip
substantia magis, & minus. Maximè vero p
prium substantiæ esse videtur, cum vnum & id
numero sit, cõtrariorum susceptiuum esse qu

re in alijs quidem non habet quisquam, quod
proferat tale, quæcunque non sunt substantiæ,
quod cùm sit vnum numero, susceptibile con-
trariorum sit: velut color, qui est vnus & idem
numero, non dicitur albus, & niger, neque ea-
dem actio & vna numero, praua, & studiosa. Si-
militer autem & in alijs, quæcunque non sunt
substantię. Substantia vero, cum vnum, & idem
numero sit; susceptiua contrariorum est, vt qui
dam homo cum vnus & idem sit, aliquando qui
dem albus, aliquando sit niger, & calidus, & fri
gidus, & prauus, & studiosus. in alijs autem nul
lis aliquid tale videtur. Nisi quis forsitan insti,
dicens orationem, & opinionem, cõtrariorum
esse susceptibilia: eadem enim oratio vera, &
falsa videtur esse, veluti si vera sit oratio, sede
re quempiam, eo surgente, ipsa eadem falsa e-
rit. Similiter autem, & de opinione: si quis e-
nim verum putet aliquem sedere, surgente eo;
falso putabit, eandem de ipso opinionem ha-
bens. Sed si quis & hoc suscipiat; tamen modo
diceret. Nam ea, quę in substãtijs sunt, ipsa qui
dem mutata, susceptibilia sunt contrariorum:
frigidum enim ex calido factum mutatur (alte
ratur enim) & nigrum ex albo, & studiosum ex
prauo. similiter autem & in alijs vnumquodq;
eorum mutationem suscipiens, susceptibile cõ
trariorum est. Oratio autem, & opinio, ipsa qui
dem immobilia omnino perseuerant: cum ve-
ro res mouetur, contraria circa ipsa fiunt. Ora-
tio namque eius qꝰ sedeat aliquis, permanet ea-
dem: eum vero res mota sit; aliquando quidem
vera, aliquando autẽ falsa dicitur. similiter autẽ
& de opinione. Quapropter falsũ modo propriũ
substãtiæ est, vt secundum mutationẽ susceptiua

susceptibilis sit contrariorum. Si quis autem recipiat etiam hæc, orationem, & opinionem susceptibilia esse contrariorum; nō est hoc verum. Oratio nanque, & opinio, non eo q̄ ipsa aliquid recipiant, contrariorum susceptibilia esse dicuntur, sed eo q̄ circa alterū aliqua passio facta dicitur. nam eo q̄ res est, aut non est, eo etiam oratio vera, vel falsa esse dicitur; non eo q̄ ipsa susceptibilis sit contrariorum: simpliciter enim à nullo neque oratio, neque opinio mouetur. Quapropter nō erūt susceptibilia contrariorū, eo quòd contrarij sit passio in eis facta. Verum substantia eo q̄ ipsa contraria recipiat; hoc susceptibilia esse contrariorum dicitur: languorem enim, & sanitatem suscipit, & candorem, & nigredinem, & vnumquodque talium ipsa suscipiendo, contrariorum susceptibilis esse dicitur. Quare quòd primi erit substantię hoc, cum vnum, & idem numero sit, secundum suiipsius mutationem susceptibilem contrariorum esse. De substantia quidem hęc dicta sint.

ANNOTATIONES.

Substantia est] s. prima [*quæ propriè, & primo, & maximè*] hoc est, vera, prior, & omnium substantiarum maximè substantia appellatur, vt Socrates, Plato, & alia singularia, quæ per se existere possunt. [*quæ neque de subiecto aliquo dicitur*] ... conuincit subesse, nec habet aliquid, quod illi subsit. [*neque in subiecto aliquo est*] vt albedo est in Socrate. [*vt quidam homo, & quidam equus*] vt Socrates, & Bucephalus. [*ea quæ principaliter substantia dicuntur*] hoc est, prima substantiæ. [*vt quidam homo specie est in homine*] s. reperitur Socrates in homine, sed non vt albedo in pariete. [*quæ de subiecto dicuntur*] s. essentialiter, vt animal prædicatur de homine, bove, & alijs. [*nomen, & ratio*] nomen, & natura, vel definitio. [*eorum vero quæ in subiecto sunt*] s. vt accidentia in substantia singulari [*prædicari aliquando de subiecto*] s. nomen prædicatur, sive per accidens, vt corpus est album, album prædicatur de corpore secundum nomen, sive accidens, sed non secundū rationem, sive definitionem, *naturam, & essentiam*. [*alia vero omnia sunt*] s. exceptis primis substantijs, secundæ substantiæ, & alia prædicamenta, vt quantitas, qualitas, & reliqua. [*si quis enim assignet primam substantiam*] s. Socratem, vel Platonem [*illud enim*] s. species, vt homo, magis propria est [*cuiusdā hominis*] vt Socratis [*hoc autem*] s. genus, vt animal. [*& alia omnia*] vt secundæ substantiæ, & alia prædicamenta. [*species autem cum generibus non conuertuntur hoc est*, species de generibus non prædicatur. [*Quare & ex his species*] aliàs quare ex his manifestum est quod. [*ipsarum specierum quæcunque nō sunt genera*] vt animal, quod est species corporis animati, & genus hominis, equi &c. [*familiarius*] s. magis aquè [*primam substantiam indicant*] s. indicant quid sit prima substantia, vt Socrates. [*extranei*] s. accidentis. [*alijs omnibus subiiciuntur*] s. prædicamenta. [*in subiecto non esse*] nam accidentia omnia sunt in subiecto, vt color in corpore [*de subiecto quodam homine*] s. dicitur, sive prædicatur de Socrate. [*qui est subiectum sine subiecto homine*] s. natura, essentiam, & definitionem [*substantiarum partes*] vt materia, forma; aut vt corporis partes caput, pedes &c. [*quasi in subiecto sint*] s. vt accidentia quæ in corpore sunt. [*univocè prædicari*] s. homen, & rationem. [*à prima namque substantia nulla est prædicatio*] s. prima substantia de nulla prædicatur.

catur: nihil enim ipsi subiacet. [quæcunque enim de prædicato] vt animali dicuntur [eadem, & de subiecto dicentur]. i. & prædicantur de his, quæ subiiciuntur de inferioribus. [hoc aliquid significare]. i. vnum & singularem substantiam, qualis est Socrates [propter figuram appellationis] quia. s. dicitur homo, animal, substantia, videtur aliquod singulare significare [sed magis quale quid]. i. sed potius significare commune quid, & plures res. [non autem quale quid simpliciter significat, sicut album]. i. secundæ substantiæ, & genera, & species circa substantias qualitatem determinant, & significant eas conceptu communi: album vero solam qualitatem significat [determinatorum]. i. diffinitum [suscipere magis, & minus]. i. intendi, & remitti in propria essentia. [vnaquæque substantia]. i. singularis qualibet substantia, vt Socrates, & Plato [hoc ipsum quod est]. i. secundum essentiam [vt si est equus substantia] & nondiuersa, qualis est priuata, & secundum [eum vnum & idem numero sit]. i. cum sit individua & singularis, vt Socrates [contrariorum susceptiua esse]. i. posse suscipere contraria, vt calorem frigiditatem, & nigredinem. [quare in alijs]. s. substantijs quæ secundæ sunt, sine prædicamentis. [ipsa quantitas]. i. quia ipsa prima substantia mutatur, vt de frigido in calidum [oratio autem, & numerus]. s. in quid tales sunt [circa alteram] vt circa substantiam [simpliciter]. i. re vera, per se.

Argumentum & diuisio in cap. 2.

Quantum aliud continuum, vt linea, superficies, & corpus: aliud discretum, vt numerus, & oratio. Secunda diuisio, aliud constat ex partibus habentibus positionem, vel situm, vt partes lineæ vnaquæq; propriam habent situm: sic superficies, corporis, & loci partes: aliud

aliud constat ex non habentibus positionem, vt numeri partes, non habent certum situm, nec temporis: cum stant continuo: nec orationis. Tertia diuisio, aliud est per se, vt continuum, & discretum: aliud per accidens: vt albedo dicitur magna: quia superficies est magna: & oratio longa: quoniam tempus, quo legitur, est multum. Quanti præterea tres sunt proprietates. Prima est, quanto nihil est contrarium. & quāquam magnum & paruum videntur contraria id sit, quoniam sunt ad aliquid, siue in comparatione inter se, secunda est, quādicitur magis, nec minus bicubitum, tertia est, quanti maximè proprium est æquale, vel inæquale dici: & linea, & alia quantitates. Hæc est huius cap. summa. Diuiditur autem in duas partes. In prima describuntur species quanti, & diuisiones: in secunda proprietates eius. Prima pars in duas secatur: quarum prima tractat de his, quæ per se sunt in prædicamento quantitatis: secunda quæ per accidens, prima ver quanti habet diuisiones, prima est [quanti autem aliud] secunda [aliud ex habentibus positionem] tertia existit [alia vero omnia secundum accidens.] prima species recensetur [est autem discretum] & explanat. secunda [amplius autem alia constant ex partibus] tertiam prosequitur [ut modum dicitur album] secunda pars, in qua de proprietatibus quanti disputatur, tres continet partes, ut tres sunt proprietates, prima est [amplius quanto] & explicat per inductionem primo ibi [ut bicubito] deinde per circunductionem [nisi forte quis dicat] & pluribus probat rationibus. secunda existit [non videtur autem quantum suscipere] & inductione sic compromittit [quam bicubitum] tertia est [proprium autem maximum] quam his verbis declarat [ut corpus æquale] primum per inductionem, deinde per circunductionem ibi [in cæteris quæcunque.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

De quanto. Cap. 2.

QVanti autem aliud quidem est discretum aliud autem continuum: & aliud quidem ex habentibus positionem ad se inuicem in ipsis partibus constat, aliud autem ex non habentibus positionem. Est autem discretum quidem, vt numerus, & oratio: continuum vero, vt linea, superficies, corpus, amplius autem præter hæc locus, & tempus. Partium etenim numeri nullus est communis terminus, ad quem copulantur partes eius: vt quinque, si sunt ternarij partes; ad nullum terminum communem copulātur quinque, & quinque, sed semper discreta sunt: & tria, & septē ad nullum communi terminē copulantur. Neque omnino habent numero communē terminum partium accidere, sed semper discretæ sunt. quapropter numerus quidem discretorum est. Similiter autem & oratio discretorū est. q etenim quantū est oratio manifestum est ex hoc quod scribitur. n. syllaba breuis & lōga: dico autem cum voce orationem fari. ad nullum enim communem terminum partes eius copulantur: non enim est cōis terminus, ad quē syllabæ copulentur, sed vna quæque diuisa est ipsa secundū seipsam. Linea vero continua est: est enim sumere communem terminum, punctū, ad quem partes eius copulentur. & superficici; lineam: plani nāq; partes ad aliquem communem terminum copulantur. similiter autem, & in corpore habeas sumere communem terminum, lineam, vel superficiem, ad quem corporis partes copulantur. Est autem tale, & tempus, & locus: præsens enim tempus copulatur

tur, ad præteritum, & ad futurum. Rursus locus continuorum est locum enim quendam partes corporis obtinent, quæ ad communem terminum copulātur. ergo & loci partes, quæ obtinēt singulas corporis partes, ad eundem communē terminum copulantur, ad quem & corporis partes. quapropter continuus erit locus: ad vnum enim communem terminum eius partes copulantur. Amplius autem alia quidem cōsistant ex partibus, quæ in eis sunt, positionē habentibus ad se inuicem, alia autem ex non habētibus positionem: vt lineæ quidem partes positionem habent ad se inuicem: singulæ nanq; earū sitæ sunt alicubi. & habeas vnde distinctē sumas, & assignes vbi singulæ sitæ sint in plano, & ad quam partem reliquarum copulantur. similiter autem, & partes plani positionem habent aliquā: similiter nāque assignere vnaquāq; vbi iacet, & quæ copulant ad se inuicē, sed & solidi partes similiter, & loci. In numero autē non poterit quisquā ostendere, quēadmodū partes eius positionem aliquam habēt ad se inuicē, aut vbi iacēt, aut quæ partes ad seinuicem connectuntur. Neque eę quę apis sunt. nihil enim permanent partes temporis. Quod autem non est permanens, quomodo positionem aliquam habebit? Sed magis ordinem, quendam dicēs habere: eo quod aliud quidem prius sit temporis, aliud vero posterius. Sed & in numero similiter; eo quōd prius numeratur vnus, quam duo, & duo, quā tria: & sic habebūt aliquem ordinem, positionem verò non omnino accipies, sed & oratio similiter: nulla enim remanet partium, sed dictum est simul, & non est hoc amplius assumere. quapropter

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non erit vlla positio partium eius; si quidem nihil permanet. Igitur alia ex habentibus positionem partibus constat, alia ex non habentibus positionem. Proprie autem quãta hęc dicuntur sola, quę dicta sunt: alia vero omnia secundũ accidens: ad hæc enim aspicientes, & alia dicimus quanta: vt multum dicitur album; eo quod superficies multa sit: & actio longa; eo quod tempus multum sit, & motus multus. Neque enim horum singulum per se quantum dicitur, vt quis assignet quanta actio est, tempore definitum annuum, vel sic aliquo modo assignans: & quantum quid sit assignans, superficie definita. Quanta enim fuerit superficies, tantum album esse dicet. quare sola propriè est, & secundum se ipsa dicuntur quãta, quæ dicta sunt: alia vero nihil per se, sed si forte per accidens. Amplius quanto nihil est contrarium. In desiderio enim manifestum est, quod nihil est contrarium vt bicubito, vel tricubito, vel superficiei, vel alicui talium: nihil enim illis est contrarium. Quis forte dicat multũ paucо esse contrarium vel magnum paruo. Horum autẽ nihil est quantum; sed magis eorum, quæ sunt ad aliquid. Nihil enim ipsum per seipsum magnum, vel paruum dicitur; sed eo quod ad alterum referuntur. vt mons quidem paruus dicitur, milliũ vero magnum; quod hoc ijs quæ sunt sui generis minus, illud vero ijs, quæ sui sunt generis minus. Ergo ad alterum est eorum relatio. Nam si per se ipsum magnum, vel paruum diceretur; nunquam mons quidem aliquando paruus, milium vero magnum diceretur. rursus in vico quidem pauces homines esse dicemus, Athenis vero paucos: cum sint illis multo plures: & in domo quidem multos

multos, in theatro verò paucos; cũ sint plures. Amplius, bicubitum quidem, & tricubitum, & vnumquodque talium quantum significat: magnum verò, vel paruum non significat quãtum, sed magis ad aliquid: quoniam ad alterum consideratur & magnum, & paruum. quare manifestum est, quod ipsa sunt eorum, quæ sunt ad aliquid. Amplius, siue aliquis ponat quanta esse hæc, siue non ponat: nihil est in illis contrariũ. quod enim potest sumi per seipsum, sed ad alterum refertur; quomodo hinc aliquid est contrarium? Amplius autem, si sunt magnum, & paruum contraria; continget idem simul contraria suscipere, & ea ipsa sibimet esse contraria; contingit enim simul idem paruum esse, & magnum: est enim ad hoc quidem paruũ, ad aliud verò id ipsum magnum. quare idem & paruum, & magnum eodem tempore esse contingit: quare simul contraria suscipere. Sed nihil est, quod videatur simul contraria suscipere posse: Vt in substantia quidem, susceptibilis enim contrariorum esse videtur: sed nullus fit simul sanus est, & æger, neque album, & nigrum fiet. Et eadem sibijpsis contingit esse cõtraria: nam si est magnum paruo contrarium, ipsum autem idem simul est magnum, & paruum; ipsum sibi erit contrarium. sed impossibile est aliquid sibijpsi esse contrarium: non est igitur magnum paruo contrarium, neque multum pauco. Quare nisi & eorum, quæ ad aliquid hæc quid dicat, sed quanti nihil contrarium habebunt. Maximè autem circa locum esse videtur contrarietas quanti: sursum enim ei, quod est deorsum cõtrarium ponunt: locum qui in medio

dio est deorsum dicentes, eo quòd plurima distantia est medij ad mundi terminos. Videntur autem & aliorum contrariorum ab his affectiones definitionem: quæ enim plurimum à se inuicem distant eorum quæ sunt sub eodem genere, contraria esse definiunt. Non videtur autem quantum susciperè magis, & minus: vt bicubitum neque enim alterum altero magis bicubitum neque in numero: vt tria, quàm quinque magis quinque, aut tria dicuntur, neque quinque, quàm tria. nec tempus alterū altero magis tempus dicitur: nec in vllo eorum, quæcta sunt omnino, magis, & minus dicitur. Quare quantum non suscipit magis, & minus. Proprium autem maximè quanti est, quod æquale & inæquale dicitur: vnumquodque enim eorum quæ dicta sunt quantorum, æquale, & inæquale dicitur: vt corpus æquale, & inæquale dicitur, numerus, & tempus, æquale, & in æquale dicitur. similiter autem & in alijs, quæ dicta sunt vnumquodque æquale, & inæquale dicitur. cæteris verò quæcunque quanta non sunt, nequaquam prorsus videbitur æquale, & inæquale dici. Nam dispositio æqualis, & inæqualis non omnino dicitur; sed magis similis, & dissimilis. & affectio æquale, & inæquale non omnino dicitur, sed similè, vel dissimile. Quare qui ti maximè ut proprium, æquale, & inæquale dici.

ANNOTATIONES.

Quanti aliàs quantitatis [*discretæ*] .i. *diuisæ & separatum, vt duo, tria.* [*continuum*] *vt linea, superficies, corpus, tempus, locus.* [*quæ sunt ex partibus habentibus positionem ad se inuicem*] .i. *ordinem, permanentiam, & terminationem*

terminus communis] .i. *discernens, siue ad quem partes copulantur* [*numerus est discretorum*] .i. *numerus pertinet ad quantitatem discretam:* [*est enim sumere*] .i. *potest accipi* [*communem terminum, punctum*] .i. *in linea est terminus communis, qui est punctum.* [*& superficiei linea*] .i. *superficiei terminus communis potest accipi linea* [*& in corpore superficies*] .i. *& in corpore habet sumere*] .i. *& assignare.* [*locus est eorum quæ sunt*] .i. *horum est quantitatis continuæ* [*sita sunt alicubi, & habent unde distincte sumat*] *hoc est, una pars linea situata est ubi non est alia: & illæ partes habent ordinem, & definitionem inter se, & permanentiam, & copulantur ad aliquem terminum communem.* [*in numero autem non poterit quisquam ostendere*] .i. *quantam partem numeri continui sint* [*quomodo positorum habebitur*] .i. *statum, & permanentiam* [*alius temporis*] .i. *alia pars est prior, alia posterior.* [*præterea autem quanta*] .i. *verè* [*alia verò omnia per accidens*] .i. *respectiue, & per comparationem ad aliud.* [*ad alium dicitur multum ab respectum superficiei, quæ multa dicitur*] *in definitis*] .i. *quantitatibus* [*horum autem nihil est quantum, sed magis eorum, quæ sunt ad aliquid*] .i. *hæc non sunt de prædicamento quantitatis sed relationis.* [*per se ipsum*] *sed ad aliud referuntur.* [*æquale ad alterum*] *ad alterum considerabitur*] *hoc est, ad alterum referuntur, siue sunt de prædicamento relationis* [*quantum*] *quod enim potest esse sumi per se ipsum*] .i. *si hæc dicerentur per se simul*] .i. *eodem tempore.*

Argumentum, & diuisio in cap. 3.

Ad aliquid ea referuntur quæcunq; idipsum, quod sunt, aliorum dicuntur, vel quomodocunq; modo aliter ad aliud; vt duplum est dimidij duplum. Quatuor autem ha-

bent proprietatem, prima, ipsis inest contrarium: ut
tus contraria est nitio. sed id non convenit omnibus
quoniam duplici, vel tripliei nihil est contrarium. Se-
cunda est. suscipiunt magis, & minus, ut aequale
citur magis, & minus. sed non omnia ut duplum
dicitur magis, vel minus duplum. tertia exilit
omnia relativa dicuntur ad convertentiam: ut ser-
dicitur domini servus, & dominus servi domini
non semper sub uno casu genitivo, vel dativo. sed
quae est alicuius ala non dicitur ad convertentiam
ut si dicas. ala est avis ala, non convertitur. avis
ala avis. verùm si non adsit, finge nomen, quod
batur ab ala, velut alatum, & dicas sic. ala est
ala, & alatum est ala alatum. sic fingendum
niam multa sunt alae, quae non sunt avium. sic
ta animalia abscq; capite. & si nelis cognoscere
latina rectè ad correlativa sint assignata; sepa
correlativo omnia accidentia (dicuntur enim
alia, accidentia, ut homo, Socrates, rationale in
no, praeterquam Dominus) tunc si id, quod assig
est, referatur ad ipsum; bene res se habet. Q
proprietas est, relativa multa, sed non omnia
tur esse simul naturaque si dominus est servus
si servus est dominus est tamen cum scibile, &
tia sint relativa; scibile est prius scientia. sed
tia videtur esse ad aliquid: dicitur enim
cuius caput, sed non est, si dicamus. Ad aliquid
se, quibus hoc ipsum esse, quod sunt, ad aliud
modo se habere. & hac definitio solum competit
quae sunt de praedicamento ad aliquid. sequi
rectè cognoverit unum relativorum; facilè &
percipiet; quoniam esse unius, ut domini, est
aut respicit servum. Talis est huius cap. summa.
videtur autem in duas partes: in prima differit
Vot. de relativis, sive de his, quae sunt ad aliquid

mentem Platonis. in secunda proprietates relativo-
rum recitat, & est [inest autem & contrarietas] quae
ad primam attinet partem, primam definitionem Pla-
tonis de relativis scribit sic [ad aliquid verò talia di-
cuntur] & exemplis pluribus declarat [ut maius
hoc ipsum,] & alia, & quibus repetit concludendo
datam definitionem sic [ad aliquid igitur] & alia
exemplis comprobat ibi [ut mons magnus dicitur ad
alterum] quibus excludit ad maiorem confirmatio-
nem [iacere, stare, vel sedere.] Accedit postea ad se-
cundam partem, quae proprietates continet. has quae-
tuor esse asserit. primam describit [inest autem con-
trarietas] exemplo declarat [ut virtus] excludit quae
dam relativa, dum ait [non autem omnibus] secundā
ibi narrat [videntur autem, & magis, & minus]
exemplis declarat. [simile enim, & dissimile] ex-
cludit tamen quadam, quando inquit [non autem om-
nia] tertiam explicat ibi [omnia autem, quae sunt ad
aliquid] & pluribus exemplis ostendit sic [ut servus
domini servus] quorum quadam casu differunt. con-
firmat autem cum oppositione per formam circulu-
tionis his verbis [at verò aliquoties] & exemplo
ostendit [ut ala si assignetur] ex his conclusionem in-
ferre habet. & regulam ibi [quare si assignetur] quae ex
planat sic [ut temo] & [ut caput capitati caput. po-
stea verba repetit tertiae proprietatis, quoniam ser-
bis [omnia igitur] quae confirmat sic [quoniam si ad
quidlibet] idq; exemplo declarat oppositum signi-
fecit ibi [ut servus, si non domini] & conveniens
[quare oportet assignare] quartam porrò proprietatē
describit [videntur autem ipsa ad aliquid] & exē-
plis notam facit partem alteram. [simul enim du-
plum, &c.] alteram verò, quae est [non autem in om-
nibus] explicat dupliciter. primò sic [scibile enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

scientia prius] & hanc explanationem probat tribus modis. primus est [namque in pluribus] secundus [amplius scibile sublatum] tertius [animali sublato] secundo hoc pacto [similiter autem his] confirmat autem bifariam: uno modo [sublatum enim sensibile] alio sic [amplius sensus quidem] & confirmat. ponit præterea per formam circunductionis dubitationem quandam cum superiori oratione, & [habet autem dubitationem] inducitione probat substantiam esse ad aliquid, ac primum primis sic [nam in primis substantiæ] & confirmat exemplis. deinde secundam ibi [similiter autem] secundis] & explanat [ut homo non dicitur, &c. exemplis, & ratione ibi [si igitur sufficienter] approbat ibi [ex his autem manifestum est] concludit nullam esse substantiam ad aliquid sic verò non sunt.

De his quæ ad aliquid. Cap. III.

AD aliquid verò talia dicuntur, quæcunque hæc ipsa quæ sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad alterum: vt maius hoc ipsum quod est, alterius dicitur aliquo. maius dicit, & duplū alterius dī hoc ipsum quod est, alicuius enim duplum dicitur. similiter autem & alia, quæcunque huiusmodi sunt. At verò sunt etiā, & hæc ad aliquid, vt habitus, dispositio, sensus, scientia, positio: hæc enim omnia quæ dicta sunt, hoc ipsum quod sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodo aliter ad alterum. & non aliud quidda: habitus enim alicuius habitus esse dicitur, & scientia alicuius scientia, & positio alicuius positio: & alia quoq; similiter. Ad aliquid igitur sunt, quæcunque hæc ipsa quæ sunt

sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad alterū: vt mons magnus dicitur ad alterum (magnus enim mons dicitur ad aliquid) & simile alicui simile, & cætera talia similiter ad aliquid dicuntur. Sunt autem & accubitus, & status, & sessio positiones quædam. positiones verò ad aliquid sunt. iacere autem, & stare vel sedere, ipsa quidem non sunt positiones: denominatiue verò dicunt ab ijs, quæ dicta sunt, positionibus. Inest autem & contrarietas in ijs quæ sunt ad aliquid: vt virtus vitio contrarium, eum sit vtrumque eorum vt aliquid: & scientia ignorantiæ. Non autem omnibus ijs, quæ sunt ad aliquid insunt contraria: duplici enim nihil est contrarium, neque triplici, neque vlli taliū. Videntur autem & magis, & minus ea quæ ad aliquid sunt, suscipere: simile enim, & dissimile magis, & minus dicitur: & æquale, & inæquale magis, & minus dicitur; cum vtrumque sit ad aliquid: simile enim alicui simile dicitur, & inæquale alicui inæquale. Non autem omnia, quæ sunt ad aliquid, suscipiūt magis, & minus: duplum enim non dicitur magis, & minus duplum, nec aliquid talium. Omnia aūt quę sunt ad aliquid, ad conuertentia dicuntur; vt seruus domini seruus: & dominus serui dominus esse dicitur, & duplum dimidij duplum: & dimidiū dupli dimidium: & maius minore maius, & minus maiore minus. similiter & in alijs. Sed ea quæ aliquotiens differunt secundum locutionē; vt scientia scibilis scientia dicitur: & scibile scientia scibile: & sensus sensibilis sensus: & sensibile sensu sensibile. At verò aliquoties non videbitur conuerti, nisi conuenienter ad quod dicitur, assignetur, sed peccet is, qui assignat: vt

ala si assignetur auis; non conuertit, vt si au
ala; non enim prius conuenienter assigna
est ala auis: neque enī quatenus auis est,
nus ala ipsius dicit: sed eo quod alata est:
torū enim & aliorū alæ sunt, quæ nō sunt
Quare si assignetur conuenienter, & conu
tur: vt ala alati ala est: & alatum ala alat
Aliquotiens autem forte, & nomen fingere
cesse erit: si non fuerit nomen impositum
quod conuenienter assignetur, vt temo si
gnetur nauigij; non est assignatio conue
neque enim eo quod nauigium est, eō ip
temo dicitur: sunt enim nauigia, quorum
mones non sunt. quare non conuertitur:
gium enim non dicitur temonis nauigium.
Sed forte conuenientior assignatio erit;
quodammodo assignetur: temo temonat
temo est, aut quomodocunque aliter:
enim non est positum. & cōuertitur si con
nienter assignetur: temonatum enim
ne temonatum est. Similiter autem,
alijs: caput conuenientius assignabitur
pitati caput, quam si animalis assignetur:
enim eō quod est animal, caput habet:
enim animalia sunt capita non habentia
autem fortasse facillimè quis sumet, qui
posita non sunt nomina, si ab ijs, quæ
ma sunt, & ijs ad quæ conuertuntur, nom
ponantur: vt in ijs, quæ prædicta sunt, ab
alatū, à temone temonatū. Omnia igitur,
ad aliquid dicuntur, conuenienter assigna
tur; ad conuertentia dicuntur: quoniam si
quodlibet aliud assignantur, & non ad id,
quod dicuntur; non conuertuntur. Dico
quoniam neque eorum, quæ in confesso ad

uertentia dicuntur, & nomina eis posita sunt,
nihil conuertitur, si ad aliquid eorū, quæ sunt
accidētia, assignentur, & nō ad id, ad quod ad
cunt: vt seruus, si nō domini assignetur, sed
hominis, vel bipedis, vel cuiuscunq; taliū, non
cōuertitur: neq; enim dici pōt, homo est serui
homo: nō enim cōueniens est assignatio. Am-
plius si quidem conuenienter assignent ad
quod dicit, omnibus alijs sublatis, quæcūque
accidentia sunt, relicto autē solo illo ad quod
assignatum est conuenienter; semper ad ipsum
dicetur: vt si seruus ad dominum dicit, circūs-
criptis omnibus, quæ accidētia sunt domino,
vt esse bipedem, vel scientiæ susceptibilē, vel
hominem, relicto vero solo quod dominus est;
semper seruus ad ipsum dicet: seruus enim do-
mini seruus dicitur. Si autem non conuenien-
ter ad id, ad quod dicitur, assigneē, circumscri-
ptis omnibus alijs, relicto autē eo solo, ad quod
assignatum est; non dicet ad ipsum: assigne-
tur enī seruus hominis, & ala auis, & circūscri-
batur ab homine esse dominum; non sanè am-
plius seruus ad hominē dicetur: cum enim do-
minus nō sit; neque seruus est. similiter & de
ala, si adimatur eam alatam esse: non em am-
plius erit ala ad aliquid: cum enim nō sit alatū:
nec ala erit alicuius. Quare oportet assignare
ad id, ad quod conuenienter dicitur. Et, si sit
nomen positum; facilis erit assignatio: si autem
non sit; forrasse necessarium erit nomen finge
re: si autem sic assignētur, manifestum est, quo
niam omnia, quæ ad aliquid sunt, ad conuertē
tia dicuntur. Videntur autem ipsa ad aliquid si
mul esse natura, & in plurimis quidem verum
est; in aliquibus vero non verum: simul enim

duplum, & dimidium sunt: & cùm sit dimidium duplum est: & cum sit dominus; seruus est: cùm sit seruus; dominus est: similiter autem & alia. Simul autem hæc auferunt sese inuicem si enim non sit duplum; non erit dimidium: si non sit dimidium; non erit duplum: similiter autem & in alijs, quæcunque talia sunt. Simul autem in omnibus his, quæ ad aliquid, videtur esse simul natura: scibile enim scientia videbitur esse: manifestumque in pluribus præexistentibus rebus scientias accipimus: in paucis enim vel nullo quisquam hoc perspicier simul esse scibili scientiam esse factam. Amplius, scibile latio simul auferet scientiam: scientia verò non auferet scibile: nã si scibile nõ sit; non erit scientia; nullius enim erit scientia. scientia verò si non sit; nihil prohibet esse scibile: vt si quadratura si est scibilis; scientia quidẽ nondum est: ipsa verò scibilis est. Amplius, mali quidem sublato non erit scientia: scibile verò plurima esse contingit. Similiter autem sese habent ea, quæ de sensu sunt: sensibile prius, quam sensus esse videtur: sublato enim sensibile simul auferet sensum: sensus verò sibile nõ simul aufert: sensus enim circa corpus & in corpore sunt. sensibile aũt sublato, auferetur & corpus: sensibile enim corpus est. & corpus non sit; auferetur & sensus. quare simul aufert sensibile sensum. sensus verò sensibile nõ simul aufert: sublato enim animali, sensus quidẽ auferetur. sensibile aũt erit corpus: vt calidum, dulce, amarum, & omnia alia quæcunque sunt sensibilia. Amplius, sensus quidem mul cum sensitiuo sit: simul enim sit animal, sensus: sensibile verò ante animal, aut sensum

est: ignis enim, & aqua, & alia huiusmodi, ex quibus ipsum animal constat, ante sunt, quàm animal omnino sit, aut sensus. quare prius sensibile, quã sensus esse videbitur. Habet autẽ dubitationem, virum nulla substantia ad aliquid dicatur, quem admodum videtur, si hoc contingat secundum quasdam secũdas substãtias. Nã in primis substãtijs verum est: nam neq; tota, neq; partes primarum substantiarum dicũtur ad aliquid: nam quidam homo nõ dicitur alicuius quidam homo, neq; quidã bos alicuius quidam bos. Similiter autem & partes; quædam est manus nõ dicitur alicuius quędam manus, sed alicuius manus. & quoddã caput nõ dicitur alicuius quoddam caput, sed alicuius caput. Similiter autem & in secundis substantijs, atque hoc quidem in pluribus; vt homo non dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos, nec lignũ alicuius lignum, sed alicuius possessio dicitur. in huiusmodi ergo manifestum est, quòd non sunt ad aliquid. In aliquibus verò secundis substantijs habet dubitationem; vt caput alicuius caput dicitur; & manꝰ alicuius dicitur manus. & singula huiusmodi. quare hęc fortasse ad aliquid esse videbuntur. Si igitur sufficienter eorum, quæ sunt ad aliquid, definitio assignata est, aut omnino difficile, aut impossibile est ostendere, Q nulla substãtia eorum, quæ sunt ad aliquid, dicitur. Si aũt nõ sufficienter, sed sunt ad aliquid, quibus hoc ipsum est esse, ad aliqd quodammodo se habere; fortasse aliquid contra ista dicetur. Prior verò definitio sequitur quidem omnia ea, quæ sunt ad aliquid, non tamẽ in ipsis idem est; eõ quod est esse ad aliquid, ipsa quæ sunt, aliorum dicuntur. Ex his autem

ma-

manifestum est, quòd si quis aliquid eorũ, q
sunt ad aliquid, definitè sciet; & illud, ad quo
dicitur, definitè sciturus est. Manifestum
tur & ex ipsis est: si enim nouit aliquis hoc
ad aliquid est, (est autem esse iis, quæ ad ali
sunt, idem ac ad aliquid aliquo modo se ha
re) & illud nouit, ad quod hoc aliquo modo
habet. Si enim non nouit omnino ad quod
aliquo modo se habet; neque si ad aliquid
aliquo modo se habet, noscet. Sed & in
lis palam hoc est. vt si quid nouit quis dr
tè, quod duplum est, & cuius duplum est,
definitè nouit: si enim nullius definitorum
uit ipsum duplum esse; neque si sit duplum
nino nouit. Similiter autem, & hoc aliqui
nouit quis quod melius est; & quo melius
statim definitè necessarium est nosse. Prop
hæc autè non indefinitè hoc cognoscet, q
est peiore melius: suspicio enim hæc est
scientia: nõn em adhuc sciet exactè, q est pei
melius: si em sic accidit, nihil est deterius
Quapropter palam est quod necessarium
nouerit quis aliquod relatiuorũ definitè
ad quod dicitur definitè necesse est nosse.
put verò, & manus, & eorũ singula, quæ
tię sunt, ex ipsa quę sunt sciri definitè po
ad quod vero dicãtur, non est necessa rũ
cuius enim hoc caput, vel cuius hęc manus
non est scire definitè. quare non erunt hæ
aliquid. Si verò non sunt hæc eorum, quæ
ad aliquid, verum erit dicere, q nulla fabr
tia eorum est, quæ sunt ad aliquid. Forta
tè difficile sit de eiusmodi rebus vehemẽter
serere, nisi ea sæpe pertractata sint: dubi
autem de horum vnoquoque non est inu

AN-

ANNOTATIONES.

Ad aliquid] .i. relatiua, sine respectiua [*hæc ipsa quæ sunt*] idest quorum esse, sine natura refertur ad aliud [*vel quomodolibet aliter ad alterum*] hoc est, vel genitiuo casu, vel datiuo, vel alio [*at verò sunt etiam*, & hæc ad aliquid] hoc est, dicuntur ad ali- quid: quædam enim sunt ad aliquid, vt dominus, & seruus: quædam dicuntur ad aliquid; vt habitus, alii enim habitus dicitur. [*denominatiuè dicuntur*,] id est denominantur. [*insunt contraria*] aliàs inest con trarias [*ad conuertentia dicuntur*] hoc est, inter ea est natura conuertentia, sine mutuo conuertuntur; vt dominus est serui dominus, & seruus est domini seruus. [*aliquoties non videtur conuerti, nisi conue- nientes ad quod dicitur, assignetur*] .i. relatiua non conuertuntur mutuo quandoque, nisi recta fiat assi- gnatio relatiui ad correlatiuum. idq; sæpè fiet sinceps do motum, vt ab ala alatum à capite capitatum. [*quæ dam sunt accidentia*] vocat omnia, quæ rei insunt acci- dentia vt ante quàm ea quæ sunt ad aliquid. [*in plu- ribus præexistentibus rebus scientiam accipimus*] hoc est, in plurib. rebus præexistentibus scientiam accipimus. [*hoc pacto, aut in nullis scientiam accipimus à re- bus pòst res præexistant adeo, quod res primũ sint, & postea acquiramus scientiam.* [*scientia quidem erit quidam est*] .i. reperta. [*sensibilium verò*] .i. aliàs legatur *sensibile autem erit corpus*; vt calidum] *sensibile autem*] aliàs lege, *an hoc contingat.* [*quidam in- quirere dicat*; [*quædam magna*] .i. hæc manus. [*si verum sufficienter*] .i. si vellè data sit definitio eo- rum, quæ sunt ad aliquid [*quibus hoc ipsum est esse, ad aliquid, &c.*] .i. ad aliquid sunt, quibus hoc ip- sum esse quod sunt, est ad aliud quodammodo se ha-

bere

bere. [prior vero definitio] .s. quam dedimus
quitur quidem omnia, &c.] si conuenit relativ
secundum esse, & hic quæ sunt secundum dici
definitio competit solum relativis secundum
enim nouit aliquis hoc] .s. singulare, & definit
illud nouit, ad quod hoc aliquo modo se habet
singulariter, ac definitè uoscet & reliquum. [
vero dicantur, non est necessarium scire] hoc
test aliquis cognoscere definitè partes
substantiarum, & non ea, quorum sunt partes
gnoscere possunt manum, vel caput, sed non
manus, vel caput.

Argumentum, & diuisio in cap. 6.

Qualitas est, secundum quam quales esse
quatuor habet species. prima est habitus &
rio. habitus est diuturnior, ac permanentior
existit naturalis potentia, vel impotentia
dicitur, quod habet naturalem potentiam, ut
to secetur; molle, quod habet naturalem im
vt cito secetur. naturalem dicimus, vt differat
bitu. tertia species est passio, ut albedo ex
passibilis qualitas, vt dulcedo: quia inferi
gustui, vel inferantur à passione, vt albedo
differunt: quia illa qualitas, quæ difficulter
tur, dicitur passibilis qualitas: qua facili
quarta species, vel modus est forma, & circu
quid constans figura, vt rectitudo, & curvi
rarum, densum, asperum, & lene, quæ sunt
nam densum est, cuius partes inter se propin
rarum contrà. asperum, cuius pars est supra
fra, lene contrà. Et quoniam quale dicitur
sequot sunt species qualitatis, tot quales,
dine albus quãquam aliquando nomina non

positæ, vt a virtute non dicitur Latinè virtuosus, sed
studiosus. Tres præterea insunt qualitati proprieta-
tes. prima est. qualitati ineſt contrarietas, vt insti-
tia iniustitiæ; quamuis media, vt calores medij non
obtineant contraria. secunda est. qualitas suscipit
magis, & minus, vt album dicitur magis, & minus
tertia existit. proprium est qualitati secundum eam
simile, vel dissimile dici. & hæc omni, & soli quali-
tati competit. Et, cum multa sint, quæ ad prad. re-
Latinorum referantur; tamen illa sunt genera, vt di-
sciplina est disciplinati disciplina, non species, nec in-
diuidua. sed non inconuenit idem esse quale, & ad
aliquid. Hæc est cap. summa. At verò in tres partes
secatur. in prima differit Aristot. de speciebus, siue
modis qualitatis sic. [Qualitatem verò dico] quæ
cum sint quatuor; partes quatuor constituit, quarum
prima est [vna ex iis species qualitatis] quæ duplex
est, altera habitus, de quo agit [differt autem habitus
a dispositione] altera est dispositio, de qua ibi [dispo-
sitiones verò dicuntur] & quantum inter se differãt
prosequitur, & quid vnaquæque sit narrat sic [ma-
nifestum est autem, &c.] secunda species est [alterum
vero genus qualitatis est] quã explicat pluribus exẽ-
plis vt [secundum quod pugillatores] tertia est [ter-
tium verò genus] quam & exemplis declarat [vt dul-
cedo] & hæc pars in duas diuiditur sicut & duæ sunt
passiones. & passibilis qualitas. de vtriusque differen-
tia, & natura agit. quarta verò existit [quartum ve-
rò genus qualitatis] exponit hanc sic [rectitudo &c.]
comprehendat autem per formam circumductionis sepa-
ratim. ab hac quæ sunt positimis ibi [rarum verò] con-
cludit. postea [qualitates itaque sunt.] In secunda par
te realiat de qualibus sit [qualia verò sunt] & ex-
plicat hoc pacto [in plurimis itaque] postea concludit
[qualia ergo dicuntur] tertiam partem prosequitur.

quæ

quæ cum sit de tribus proprietatibus, in tres diuiditur partes. prima est [ineſt autem contrarietas] quam explicat sic [vt iniuſtitia iuſtitiæ] & contrarietatem remouent ab hac quadam permodum circumlocutionis, dum ait [non in omnibus autem] & declarat [rubro enim] addit quoque [amplius ſi contrarium alterum] deinde hoc pacto oſtendit [hoc autem eſt] ſecundam proprietatem ibi recitat [ſuſcipiunt autem qualia magis, & minus] quam ſic declarat [habent enim magis, & minus] remouet quædam prius quam circumductionis his verbis [non tamen omnia] & exponit ſic [iuſtitia namque] & alia addit explanat. tertiam proprietatem ſcribit hoc loco [ſimilia vero aut diſſimilia] quam ſic explanat [ſimile enim] & autem concluſionem de qualitate, & quali inferebat, eam ſuppoſuit. cui addidit ſub forma circumductionis, ac per ornamentum dubitationis [ſub genere qualitatis eſſe, & de præd. ad aliquid] & vltrò inquit [at vero non decet conturbari] & explicat duplicitèr. primo ſic [penè enim in omnibus] ſecundo ibi [amplius ſi contingit] & ambo explanat.

De Qualitate, & Quali. Cap. IIII.

QValitatem verò dico, ſecundum quā quales quidam eſſe dicuntur. Eſt autem qualitas eorum, quæ multipliciter dicitur. Vna quidem igitur ſpecies qualitatis, habitus, & diſpoſitio dicūtur. Differt autem habitus à diſpoſitione, quòd permanentior, & diuturnior eſt. Tales verò ſunt ſciētiæ, & virtutes. Scientia enim videtur eſſe permanentium, & diuturnorum; vt ſi quis vel mediocriter ſumat ſcientiam, niſi grandis permutatio facta ſit, vel ab ægritudine, vel ab aliquo huiuſmodi. ſimiliter autem

autem & virtutes; vt iuſtitiā, & temperantia, & ſingula talium non videntur poſſe facilè moueri, neque facilè permutari. Diſpoſitiones verò dicuntur, quę ſunt facilè mobilia, & cito permutabilia: vt calor, infrigidatio, & ægritudo, & ſanitas, & quæcunque alia huiuſmodi: afficitur enim quodammodo ſecundum eas homo: cito facilè permutatur, & ex calido frigidus fit, & ex ſanitate in ægritudinem tranſit. ſimiliter autem & in aliis; niſi aliqua earundem contingit per temporis longitudinem congenita, & immobilis, vel omnino difficilè mobilis exiſtens, quā habitum quiſpiam, vt habitum vocet. Manifeſtum eſt autem, quòd hæc volunt habitus dicere, quę ſunt diuturniora, & difficilius mobilia: nanque diſciplinas non multum retinentes, ſed facilè mobiles exiſtentes, non dicunt habitum habere. ſi tamen diſpoſiti ſunt aliquo modo ſecundum ſcientiam peius, meliuſve. Quare differt habitus à diſpoſitione, quòd hæc quidem facilè mobilis fit: ille verò diuturnior, & difficilius mobilis. ſunt autem habitus diſpoſitiones; diſpoſitiones verò non neceſſe eſt habitus eſſe: qui enim retinent habitum, & quodammodo diſpoſiti ſunt ſecundum ipſos: qui autem diſpoſiti ſunt, non omnino retinent habitum. Aliud vero genus qualitatis eſt, ſecūdum quod pugillatores, vel curſores, vel ſalubres, vel inſalubres dicimur; & ſimpliciter quæcunque ſecundum potentiam naturalem, vel impotentiam dicuntur. Dicimus enim, quoniam ſunt diſpoſiti aliquo modo, vnumquodque huiuſmodi dicitur: ſed quod habeat naturalem potentiam, vel impotentiam ſecundum aliquid facere, vel nihil pati, vt pugillatores, vel curſores dicuntur, non quod ſint diſpo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

siri aliquo modo, sed quòd habeant potentiam naturalem, vel impotentiam aliquid facile patiendi. Salubres autem dicuntur; eò quòd habeant potentiam naturalem, vt nihil à quibuslibet accidentibus facilè patiantur: insalubres verò, quod impotentiam habeant naturalem nihil facile à quibuscunque accidentibus patiendi. Similiter autem his durum, & molle se habent: durum enim dicitur, quod habeat potentiam non facile secari: molle verò, quod eandem ipsius habeat impotentiam. Tertium vero genus qualitatis est, passibiles qualitates, & passiones. sunt autem huiusmodi, vt dulcedo, & amaritudo, & austeritas, & omnia his cognata: amplius, & calor, & frigus, & albedo, & nigredo. Quod quidem igitur, & hæ qualitates sunt, manifestum est: quæcunque enim has susceperint, ipsa qualia dicuntur secundum ipsas: vt mel, quoniam dulcedinem susceperit, dicitur dulce: & corpus album, quoniam albedinem suscepit: similiter & in cæteris. Passibiles verò qualitates dicuntur, non quod ea, quæ has susceperint qualitates, aliquid patiantur. Quæ enim mel, quoniam aliquid passum fuerit, dicitur dulce, neque aliquid aliud huiusmodi. Similiter autem his & calor, & frigus passibiles qualitates dicuntur, non quod ea, quæ illa susceperint, aliquid passa sint: sed quoniam secundum sensus vnaquæq; dictarum qualitatum factionis effectiua est: passibiles qualitates dicuntur. Dulcedo enim passionem quandam in gustum efficit, & calor secundum tactum: similiter autem & alix. Albedo autem, & nigredo, & cæteri colores non eodem modo ijs, quæ habent sunt, passibiles qualitates dicuntur: sed quòd

quòd ipsæ ab aliqua passione innascuntur. Quòd enim aiunt propter aliquam passionem multæ colorum mutationes, manifestum est: erubescens enim aliquis, rubeus factus est: & timens pallidus, & vnumquodque talium. quare etiam si quis natura, aliquid talium accidentium, perturbationumve passus est; similem colore verisimile est eum habere. Quæ enim affectio anime in eo quod verecundetur circa corpus facta est, etiam secundum naturalem constitutionem eadem fieri potest affectio, vt & naturalis color similis fit. Quæcunque igitur talium accidentium ab aliquibus passionibus difficile mobilibus, & permanentibus principijs susceperunt, passibiles qualitates dicuntur: siue ex sui, aut nigredo, qualitates dicuntur (quales enim secundū eas dicimur) siue propter ęgritudinem longam, vel propter æstum eidem contigit nigredo, vel pallor, & non facilè transierunt, vel etiam per vitam permanent, passibiles qualitates & ipsæ dicuntur: similiter enim quales secundum eas dicimur. Quæcunque verò ex ijs, quæ facilè soluuntur, & cito transeant, fiunt, passiones dicuntur, qualitates verò minimè. Non enim aliqui secundum ipsas dicuntur quales: neque enim qui propter verecundiam rubeus factus est, rubeus dicit: neque cui pallor propter timorē venit, pallidus adhuc magis eò quod aliquid passus est. Quasdam passiones quidem huiusmodi dicuntur: qualitates verò minimè. Similiter autem his, & secundum animam passibiles qualitates, & passiones dicuntur: quæcunque. n. mox in natæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus sunt, qualitates dicuntur & ipsæ: vt amentia, mentis alienatio, & ira, & alia huiusmodi. quales enim secundum eas dicuntur, idest secundi, atque amentes. Similiter autem, & quæcunque alienationes non naturales, sed quæ ab aliquibus alijs accidentibus factæ sunt. Adesse prætereuntes, & omnino immobiles, qualitates sunt etiam huiusmodi: quales enim secundum eas dicuntur. Quæcunq; verò ab his quæ facile, & cito prætereunt, fiunt, passiones dicuntur; vt si quis contristatus, iracundior. Non enim dicitur iracundus, quia huiusmodi passione iracundior est: sed magis quia aliquo passus. Quare passiones quidem huiusmodi dicuntur: qualitates verò minimè. Quartum verò genus qualitatis est figura, & circa vnumquodque constans forma. Amplius autem & hæc rectitudo, & curuitas, & si quid aliud huiusmodi simile est: secundum enim vnumquodque eorum quale quid dicitur. Triangulum enim, vel quadrangulum esse quale quid dicitur, aut rectum, aut curuum: & secundum etiam hoc vnumquodque quale dicitur. Rarum verò, & spissum, & asperum, & lene putabuntur quidem quale quid significare: sed aliquo huiusmodi putantur esse a diuisione, quæ circa quale est: quandam enim positionem magis videntur partium vtrunque monstrare. Spissum enim dicitur, eò quòd partes sibi ipsis propinquæ sint. rarum verò, eo quòd distent à se inuicem. & lene quidem, quod in rectitudine aliquo modo partes iaceant: asperum verò, quod hæc quidem superet, illa verò sit inferior. Potuisse quidem igitur alius quispiam modum apparuerit qualitatis: sed fere qui maximè dicitur

tur hi sunt, qualitates itaque sunt, quæ dictæ sunt. Quales verò sunt, quæ secundum has denominatiue dicuntur, vel quomodolibet aliter ab his. In plurimis itaque, & fere in omnibus denominatiue dicuntur: vt à cãdore candidus; & à grammatica grammaticus, & à iustitia iustus, similiter & in alijs. In aliquibus verò, eò quod non sunt posita qualitati nomina, non contingit ea quæ dicuntur, ab ijs denominatiue dici. vt curior, aut pugillator, qui secundũ naturalem dicitur potentiam, à nullis qualitate denominatiue dicitur: non enim posita sunt nomina potentijs, secundum quas illi quales dicuntur: sicuti disciplinis, secundum quas pugiles, vel palestrici secundum dispositionem dicuntur: pugillatoria enim, & palestrica disciplina dicitur: quales verò ab his denominatiue dicuntur, qui disponũtur. Aliquando autẽ & posito nomine nõ dicitur denominatiue, quod secundum eã quale dicatur: vt à virtute studiosus; eo enim quod virtute habeat studiosus dicitur: sed non denominatiue à virtute. non aũt in pluribus hoc tale est. Qualia ergo dicuntur, quæ denominatiue a dictis qualitatibus dicuntur, aut aliquo modo aliter ab eis. Inest autem & contrarietas secundum qualitatem: vt iustitiæ iniustitia contraria est, & albedo nigredini, & aliarsimiliter autem & ea, quæ secundum ea qualia dicuntur: vt iniustum iusto, & album nigro. Non in omnibus autem hoc accidit. rubro enim, aut pallido, aut huiusmodi coloribus nihil est contrarium, qualibus existentibus quale, & reliquum erit quale: hoc autem patebit ex singulis proponenti alia prædicamẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra, vt si ex iustitia iniustitiæ contrarium: ...le autem est iustitia: quale igitur & iniustitia nullum enim aliorum prædicamentorum ... bitur iniustitiæ, neque quantum, neque ad ... quid, neque vbi, nec omnino aliquid huiusmodi, nisi quale. sic autem & in alijs, quæ secundum quale sunt contraria. Suscipiunt autē ... lia magis, & minus: album enim magis, & ... nus album alterum altero dicitur: & iustum alterum altero magis, & minus. sed & ipsa intentionem suscipiunt: cum candidū nanque fit, contingit amplius candidū fieri. Nō tamen omnia, sed plurima: iustitia nanque, si dicatur magis, & minus iustitia; potest quilibet amplius: similiter autem & in alijs dispositionibus quidam enim dubitant de talibus. iustitiā nanque iustitia nō omnino aiunt magis, & minus debere dici, nec sanitatē sanitate. minus autē habere alterum altero sanitatē aiunt: & ... tiam alterū minus altero habere dicitur. figurā tem & grammaticā, & alias dispositiones, tamen ea, quæ secundum eas dicuntur, indubitanter recipiūt magis, & minus: grammaticus enim alter altero dicit, & iustior, & sanior autē & in alijs. Triangulus verò, & quadrangulus nō videtur magis, & minus suscipere: neque aliqua aliarum figurarum: quæ enim diffinitionem trianguli recipiūt, & circuli, omnia sunt inter trianguli, vel circuli sunt. eorum autē, quæ non recipiunt rationem eādem, nihil magis alterum altero dicetur: nihil enim quadratum magis, quàm parte altera longius, circulus est, neque alterum enim recipit circuli rationē. Simpliciter autem, si vtraque non recipiunt propositi rationem; non dicetur alterum alterō magis.

magis. non ergo omnia qualia recipiunt magis, & minus. Horum itaq;, quæ prædicta sunt, nullum est proprium qualitatis. Similia verò aut dissimilia secundum solas dicuntur qualitates: simile enim, & dissimile alterum alteri non est secundum aliud, nisi secundum id quod quale est. Quare proprium est qualitatis secundum eam simile, vel dissimile dici. At verò non decet conturbari, ne quis nos dicat de qualitate propositum facientes, multa eorum, quæ sunt ad aliquid connumeratasse: habitus enim, & dispositiones eorum, quæ ad aliquid sunt, esse dicebamus. Penè enim in omnibus qualitatibus genera ad aliquid dicuntur, nihil autem eorū, quæ sunt singularia: nam cum disciplina genus sit; idipsum quod est alterius dicitur: alicuius enim disciplina dicitur, eorum verò quæ singularia sunt, nihil ipsum quod est alterius dicitur, vt grammatica non dicitur alicuius grāmatica: nec musica alicuius alterius musica, sed forte secundum genus, & hæc ad aliquid dicuntur: vt grammatica alicuius dicitur disciplina, non alicuius grammatica: & musica alicuius disciplina, non alicuius musica. Quapropter quæ singularia quidem sunt, non sunt ad aliquid. dicimur autem quales secundum singula: hæc enim & habemus: scientes enim dicimur, eo q habemus singularum scientiarum aliquas, quare hæ erunt etiam qualitates, quæ singulares sunt, secundum quas aliquando & quales dicimur: hæ autem non sunt eorū, quæ sunt ad aliquid. Amplius, si contingit idē ipsum & quale & ad aliquid esse; nihil est inconueniēs in utrisque hoc generibus enumerare.

ANNOTATIONES.

Secundum quam] hoc est, quæ reddit eos, qui habent, quales sive qualitate prædictos [multiciter dicuntur] .i. multis modis [habitus] qui est qualitas iandiu acquisita ac retenta [dispositio] est qualitas nova, quæ si diu permaneat, dicitur tunc habitus [& diuturnorum] aliàs difficulter mobilium [quisquam vt habitum vocet] aliàs quispiam [habitus dicere] .i. significare [tamen dispositi sunt] .i. habent dispositionem [propriorem, vel meliorem ad sciendum [secundum pugillatores, vel cursores] .s. natura, non ab exercitio [& simpliciter] .i. in summa, vel tandem [dosum sunt dispositi] .s. ad cursum, vel palestram [passibiles qualitates, &] aliàs vel passiones. [passiles verò qualitates dicuntur] .s. ales dicta quales [non quòd ea] .s. subiecta [secundum sensum] .i. quia inferunt passiones sensibus, vt dulcedo, & calor tactui. [ab aliqua passione] .s. timore, ira, verecundia [quare etiam si quis naturaliquid, &c.] alij sic legunt, quare & si quis natura aliquam harum passionum passus sit ex aliquibus naturalibus accidentibus. [quà itaque verò mixtiones passibiles. [in nascendo] .i. à natura [amplius ad hæc] quidam legunt. Vt. & illa vel ha autem [quale quid dicitur] .s. subiectum dicitur quale [talia verò sunt] .s. subiecta [quæ secundum hæc nominatiuè dicuntur] .i. quæ ducuntur ab ipsis qualitatibus, vt à candore candidus [vel quomodo] aliter ab his] .s. proficiscuntur à qualitatibus modo, quæ per denominationem; vt à virtute nominatur [at no more virtuosus, sed studiosus] & ipsa inclinatione [suscipiunt] .i. augmentum, plus est candidum, quàm illud. [in omnibus quæstionibus] quidam addunt talibus, sive dictis [hæc enim & habemus] alij sic legunt, has enim & habemus scientias.

Argumentum, & diuisio in cap. 5.

Disserit Arist. de sex præd. & incipit actionem, & passionem duas possidere proprietates. prima est [recipit autem magis, & minus] secunda est [magis, & minus] .s. recipit. id exponit ibi [est enim calefacere] deinde concludit.

De agere, & pati. Cap. V.

RECipit autem agere, & pati contrarietatem, & magis, & minus: Calefacere .n. ei quod est frigefacere contrarium est, & calefieri ei quod est frigefieri, & delectari ei quod est contristari. quare suscipiunt cõtrarietatem. Et magis & minus: est enim calefacere, & magis, & minus, & calefieri magis, & minus, & tristari magis, & minus. suscipiunt igitur magis, & minus agere, & pati. De his igitur tot dicuntur. Dictum est & de eo quod est situm esse in ijs, quæ sunt ad aliquid, quod denominatiue à positionibus dicitur. De reliquis verò, id est, Quando, & Vbi, & Habere: propterea quod manifesta sunt, nihil de ipsis aliud dicitur, quàm quæ in principio dicta sunt: quod Habere quidem significat calceatum esse, armatum esse: Vbi vero, vt in lycio, in foro: & alia quæcunque de his dicta sunt. Igitur de omnibus generibus, quæ proposuimus, sufficiunt quæ dicta sunt.

TRACTATVS TERTIVS.

De post prædicamentis.

ARGVMENTVM, & diuisio in Caput 1.

Opponi alterum alteri dicitur quatuor modis: vel ad aliquid sicut duplum dimidio: secundò vt contraria, velut bonum malo: tertio vt habitus, & negatio, sicut efectas visus opponitur, quarto vt affirmatio, & negatio; sicut homo sedet, & homo non sedet contraria & relatiua differunt: quia bonum dicitur mali bonum, sed malo contrarium. contraria verò alia sunt immediata, vt homo aut sanus aut æger: vel mediata, quorum altero ablato necessariò succedit alterum, sed medium, vt color vel dius, qui non est nec albus nec niger. & id habitumen, vel non. differunt etiam relatiua ab habitu priuatione: quoniam habitus, & priuatio non runtur inter se, vt visus non dicitur cæcitati nec contrà. differunt quoque à contrarijs: quia contrariorum immediatorum alterum semper vt animal aut est sanum, aut æger. non sic fiunt à natura. sed non est necesse alterum priuum inesse à natura nisi tempore determinato de contrariorum immediatorum in aliquibus determinatum semper inest, vt calor in igne, quàm frigus. sed in priuatiuis vnum aliquando & postea alterum. tertiò contrariorum media

non necesse est si vnum non adesset, alterum adesse oportere, vt si homo non sit albus, necesse est, vt niger sit: potest enim alio colore affici. sed in priuatiuis oppositis necessariò à natura alterum adest tempore determinato. quartò contrariorum mediorum potest fieri regressus. sed de priuatione ad habitum non item. quare priuatiuè opposita sunt, quæ habent fieri circa idem ordine irregressibili, & tempore determinato, & a natura: vt edentulus non dicitur is, qui dentes non habet, sed is, qui non habet eo tempore, quo natura eos producere solet. Verum contradictoriè opposita sic differunt ab alijs, quòd in eis vnum est verum, alterum falsum. alia verò opposita cum incomplexa sint, ac simplicia verba, non dicuntur vera, vel falsa. & quæquam, & orationes contrariæ, priuatiuæ, & relatiuæ appellantur quædam; tamen non est necesse vt, si vna sit vera, altera sit falsa, sed ambæ, vel neutra verè, vel falsè vt in contrarijs, Socrates est sanus, Socrates est æger: si Socrates non sit, ambæ sunt falsæ. in priuatiuis si non sit tempus à natura definitum, vtraque est falsa, vt Socrates videt, Socrates est cæcus. in relatiuis nisi in subiecto existunt, sunt ambæ falsæ, vt si Socrates non sit pater, nec filius, falsò dicitur, Socrates est pater, Socrates est filius. sed in contradictorijs semper altera est vera, altera falsa, siue Socrates sit, siue non sit, vt Socrates sedet, Socrates non languet. Contraria autem quinque habent proprietates. prima est. bonum semper est contrarium malo, vt iustitia iniustitiæ: & contrà malum bono, & quandoq; malo, vt excessus defectui. secunda est. non est necesse, si alterum contrariũ sit, alterum esse, vt cum omnis ignis est calidus; non est omnis aqua, vel aliquis frigidus. tertia est. si alterum est, alterum abest, vt si Socrates est sanus, abest morbus. quarta. contraria sunt circa idem subiectum, vt mor-

bus, & sanitas in corpore animalis. quinta est, omnia sunt, uel sub eodem genere, ut albedo, & nigredo sub colore: uel sub contrariis generibus: ut iustitia sub uirtute, iniustitia uero sub uitio. Hæc est huius cap. summa. Diuiditur autem hic tractatus, sicut de Post prædi. in quinque capita in primo differuit Arist. de oppositis, ut primum proponit se dicere quot modis dicantur, ibi [de oppositis autem] deinde explicat propositum, & ait [dicitur enim alteri alteri] explanationem uero exemplis declarat ibi [ut ea, quæ ad aliquid] postea singula opposita demonstrat, ac primum de oppositis ad aliquid hoc facit [quæcunque igitur ad aliquid opponuntur] & explicat declarat sic [ut duplum dimidio] secundo de oppositis contrariis ibi [illa uero, quæ opponuntur ut contraria,] & explanat [neque enim bonum] tertio de oppositis priuatiue hoc in loco [priuatio uero, & habitus] & explicat sic [ut uisio, & cecitas] postremo de contradictorie oppositis ibi [non est autem horum hoc quod sub affirmatione.] Explicatis oppositis generibus, secundo loco recitat quantum hæc inter se differant, & primum opposita relatiua, & proponit, tum inquit [quod autem priuatio, & habitus sunt hoc patet] ostendit [nisus enim] deinde [amplius autem aliquid] secundo opposita priuatiua, & contradictorie mediata quantum differant ibi [quod autem oppositum contrarium] mediata uero [insuper autem, & enim erat] præterea & ibi [amplius in contrariis quidem] tertio declarat quantum opposita contradictoria ab aliis oppositis differant, sic [quæcunque autem tanquam affirmatio, & negatio] & in singulis hoc ostendit [neq; enim in contrariis] ac secundo magis explanat per modum circunductionis ibi [nemo uero maxime] postquam autem oppositorum differentias recensuit Arist. tertio loco narrat, quæ, & quot

contrariorum proprietates: atque eas quinque esse ostendit, prima [contrarium autem boni] secunda [amplius contrariorum] tertia [si ei quod est] quarta [malum uero est] quinta existit [necessarium autem est omnia].

De Oppositis. Cap. I.

DE Oppositis autem quot modis solent opponi dicendum est. Dicitur enim alterũ alteri opponi quadrupliciter, aut ut ea, quę ad aliquid, aut ut contraria, aut ut priuatio, & habitus, aut ut affirmatio, & negatio. Oppónitur autem vnumquodque istorum ut sit separatim dicere, tanquam ea quæ ad aliquid quidem, ut duplum dimidio: tanquam contrarium, ut malum bono: tanquam autem secũdum priuationem, & habitum: ut cęcitas, & visio: tanquam vero affirmatio, & negatio: vt sedet non sedet. Quæcunque igitur ad aliquid opponuntur, ea ipsa quæ sunt, oppositorum dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ipsa: vt duplum dimidij, hoc ipsum quod est, alterius dimidium dicitur: alicuius enim duplum dicitur: & scientia scibili, tanquam ea quæ sunt ad aliquid opponuntur, & dicitur scientia ipsum quod est scibilis: & scibile dicitur ipsum quod est ad oppositum ad scientiã: scibile enim aliquo dicitur, quia scilicet scientia scibile: quæcunque ergo oppositorum sunt tanquam ad aliquid, ea ipsa quæ sunt oppositorum, vel alio quolibet modo ad inuicem dicuntur. Illa vero, quæ opponuntur vt contraria, ea ipsa quidem quæ sunt nullo mo-

do

do ad se inuicem dicuntur: contraria tamē
inuicem dicūtur: neque enim bonum mal
tur bonum, sed contrarium: quare differun
inuicem hæ oppositiones. Quæcunq; vero
trariorum talia sunt, vt in quibus nata fuit
ri, & de quibus prædicantur necessarium
terum ipsorum inesse, horum nihil est me
Quorum verò non est necessarium alterum
esse, horum omnino aliquid medium: vt
tudo, & sanitas in corpore animalis nata
fieri: & necessarium est alterum ipsorum
esse animalis corpori, vel ægritudinem, vel
nitatem, & par quidem, & impar de num
prædicatur: & necesse est horum alterum
mero inesse vel par, vel impar: & nō est ho
aliquod medium, neque ægritudinis, & sa
tis, neque imparis, atque paris. Quorum
non est necessarium alterum inesse, eorum
aliquod medium: vt nigrum, & album in
pore animalis nata sunt fieri, & nō est nec
rium alterum eorum inesse corpori: non
omne corpus vel album, vel nigrum est. Sed
prauum, & studiosum prædicantur quidem
homine, & de alijs autem complurib⁹: nō
necessariū alterum eorum inesse ijs, de quib
prædicantur: nō enim omnia aut prauа, aut
diosa sunt, sed est aliquid eorum medium:
albi, & nigri, fuscum, & pallidum, & quic
alij colores: praui vero, & studiosi, quod ne
prauum neque studiosum est. In aliquibus
tur medijs posita sunt nomina: vt albi, &
fuscū, & pallidū, & quicunq; alij huiusmo
lores: in aliquibus verò non est nosse facile
dium assignare, vtriusq; verò extremorum
gatione medium definitur: vt quod neque

nium, neq; malū est, neq; iustū, neq; iniustum.
Priuatio verò, & habitus dicuntur quidē circa
idem aliquid: vt visio, & cæcitas circa oculum:
vniuersaliter autem dicere est in quo natus est
habere, circa hoc dicit vtrunq; eorum: ha
bere susceptibiliū, qñ in quo natum est inesse,
vel qñ illud natum est habere, nullo modo in
est: edentulum.n. dicimus, nō quod non habet
dentes, & cæcum, non quod nō habet visum: sed
quod non habet, qñ natum est habere: aliqua
em ex natiuitate, neque dentes habent, neque
visum: sed non dūr edentula, neque cæca. Pri
uari vero, & habere habitum nō est priuatio, &
habitus: habitus em visus est, priuatio verò cæ
citas: habere aūt visum nō est visus, nec cæcum
esse cæcitas: priuatio em quædam est cæcitas:
cæcum vero esse priuari, non priuatio est. Am
plius, si idē esset cæcitas, & cæcum esse: vtraq;
de eodē prædicarent. sed cæcus quidem dī ho
mo, cæcitas verò homo nullo modo dicitur.
Opponi quidem et ista videnf, priuari. s. & hīe
habere, quēadmodum priuatio, & habitus: idē
enim modus est oppositionis: nam sicut cęcitas
visui opponitur, sic cæcum esse, & visum habe
re opponuntur. Non est autem neq; hoc quod
sub affirmatione, & negatione est, affirmatio
& negatio: affirmatio nāque oratio affirmati
ua est, & negatio oratio negativa: quod verò
sub affirmatione, & negatione est, nulla est ora
tio, sed res. dicuntur autem hæc esse opposita
adinuicē, tanq; affirmatio, & negatio. Nam &
in his modus oppositionis idem est: sicut enim
affirmatio ad negationē opponitur, vt quod se
det, sti quod non sedet, sic & res, quæ sub vtro

que

que est opponitur, s. sedere aliquē ad non se-
re. Quod autem priuatio, & habitus non op-
nant vt ad aliqd, manifestū est; non em dicit
idipsum qđ est oppositorum: visus enim
cecitatis visus, non vllo alio modo ad ipsum
citur. similiter autem neq; cæcitas visionis
citas dicitur: sed priuatio quidem visionis
tur, cæcitas vero visionis non dicitur, neq
sus cæcitatis. Amplius ad aliquid omnia ad
nertentia dicūtur. quare, si cæcitas eorum
ad aliquid sunt, esset; vtique & conuertere
ad illud ad quod dicitur. sed non conuertit
non enim dicitur visus cæcitatis visus. Q
autem neque vt contraria opponuntur qua
cundum priuationem, & habitum dicun
ex his manifestum est. Contrariorum ex
quorum nihil ē medium, necesse est vel
bus fieri nata sunt, aut de quibus prædicar
alterum ipsorum inesse semper: eorum
nihil medium erat, quorum alterum in
susceptibili necessarium erat: vtrūm languor
sanitate, & impari, atque pari. quorum vero
quid medium est, nūquam necesse est om
esse alterum: Neque enim necesse est om
susceptibile vel candidum, vel nigrum esse,
frigidum, vel calidum: horum enim me
aliquid nihil esse prohibet. insuper autem
horum erat aliquid medium, quorum alter
inesse susceptibili non necessarium erat
ter illa, quibus vnum inest naturaliter, vt
calidum esse, & niui candidum. In his enim
terminate necessarium alterum est inesse
non vtrumuis contingit: nō enim possibile
ignem frigidum esse, neque niuem nigrum
Quare omni quidem susceptibili non nec-

sium est alterum ipsorum inesse, sed solis, qui
bus natura vnum inest: & his determinate v-
num, non vtrumuis contingit. In priuatione
autem, & habitu neutrum eorū quæ dicta sunt
verum est: non enim semper alterum eorū in-
esse susceptibili necessarium est. Quod enim
nondum natum est habere visum, neque ca-
cum, neque visum habens dicitur. quare non
erūt hæc, vt ea contraria, quorum nihil est me
dium. Sed neque vt ea, quorum aliquid est me
dium: necessarium enim est aliquando omni
susceptibili alterum eorum inesse: quando em
ram ad habendam visionem natum fuerit: tūc
aut cæcum, aut habens visum dicetur: & eorū
non determinate alterum, sed vtrumuis cōtin-
sit: non enim necessarium est, vel cæcum, vel
visum habens esse, sed vtrumuis contingit. In
cōtrarijs autem, quorum aliquid medium est,
nunquam necessarium erat, omni susceptibili
alterum inesse, sed quibusdam: & his determi
nate vnum, & non vtrumuis contingit. Vnde
palam est, quod secūdum neutrum modorum
tanquam ē contrariis opponuntur ea, quæ secun
dum priuationem, & habitum opponuntur.
Amplius, in contrarijs quidem cum sit suscep-
tibile: ad inuicem mutationem fieri possibile
est: nisi alicui vnum natura inest, vt igni cali-
dum; etenim sanum possibile est languere, &
candidum nigrum fieri, & calidum frigidum,
& ex studioso prauum, & ex prauo studiosum
fieri possibile est: prauus em ad meliores exer-
citationes deductus, & doctrinas (etsi ad mo-
dicum aliquid proficiat, vt melior sit) si certe
semel quamuis modicum incrementum sum-
serit, palam est, quia aut perfecte mutabitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut satis multum incremẽtum sumet: semp
enim bene mobilior ad virtutem sit, etiã q
cunque incrementum sumpserit à princip
Quare etiam verisimile est plenius eum
re incrementum. & hoc dum semper fit; p
ctè in contrarium habitum restituetur; nis
te tempore prohibeatur. Verum in priua
& habitu impossibile est adinuicem mutu
nem fieri: ex habitu enim in prinationem
ratio fit, à prinatione verò in habitum im
bile est: neque enim cæcus factus aliquis
sus vidit: neq; cum caluus fuerit; rursus co
tus factus est: neque eum fuerit edentulus,
tes ei iterum orti sunt, Quæcunq; verò tan
affirmatio, & negatio opponuntur, palam
q; nullo prædictorum modo opponuntur.
lis enim his necessarium est semper, hoc
dem eorum verum, illud autem falsum
neque enim in contrarijs necessarium
per alterum verum esse, alterum autem
sum: neque in ijs, quæ ad aliquid sunt, ne
in habitu, & prinatione: vt sanitas, & langu
contraria sunt: & neutrum horum, neque
rum, neque falsum est: similiter autem &
plam, & dimidium tanquam, quæ ad aliq
oppolita sunt: & non est eorum neutrum
que verum, neque falsum. sed neque ea qua
cundum priuationem, & habitum dicuntur
cut visio, & cæcitas. Omnino autem eorum
secundum nullam dicuntur complexionem
hil neque verum, neque falsum est. omnia
tem, quæ dicta sunt, sine complexione dic
tur. Verumtamen maximè tale hoc contin
videbitur in ijs quæ secundum complexion
cõtraria dicuntur: Sanum namque esse So
tem

tem ad languere Socratem contrarium est.
Sed neque in his necessarium semper alterum
verum esse, & alterum falsum: cum enim So-
crates sit; aliud quidem verum, aliud autem
falsum erit: cum verò non sit; ambo falsa sunt:
neque enim languere, neq; sanum esse verum
est; cum ipse non sit omnino Socrates. In priua
tione verò, & habitu cum nõ sit omnino; neu
trum verum est. cum autem sit; non semper al
terum quidem verum erit, alterum autem fal-
sum: habere nanque visum Socratem, ei, quod
est cæcum esse Socratem, opponitur, sicut pri-
uatio, & habitus. & cum sit; non necessarium
est alterum verum esse, vel falsum; cum enim
nondum sit natus habere; vtraque falsa sunt,
& cum non sit omnino Socrates; similiter quo
que falsa sunt vtraque, & visum eum habere,
& cæcum eum esse. In affirmatione verò, & ne
gatione semper siue sit, siue non sit, hoc qui-
dem falsum erit, illud autem verum. Langue-
re nanque Socratem, & non languere Socra-
tem, cum ipse sit, palam est, quod alterum eo-
rum verum, alterum verò falsum est, & cum
falsum est: non languere autem verum. Quare
in his solis proprium erit semper alterum eo-
rum verum, alterum falsum esse, quæcunque
tanquam affirmatio, & negatio opponuntur.
Contrarium autem bono quidem ex necessita
te malum est. hoc autem per singulorum indu
ctionem palam est: vt sanitati languor, & iusti
tiæ iniustitia, & fortitudini timiditas. similiter
autem & in alijs. Malo autem aliquando qui-
dam bonum est contrarium, aliquando ma-
lum: defectui enim, cum malum sit, superabun

dantia cõtraria est: cum sit etiam ipsa malum similiter autem, & mediocritas, cũm vtraque contraria sit, bonum est. Sed in paucis quidem hoc aspicies, in pluribus vero semper bonum contrarium est. Amplius, contrariorum non necessarium est, si alterum sit, & reliquum esse: sanis namque omnibus, sanitas quidem erit, languor vero non similiter autem bis omnibus, albedo quidem erit, nigredo vero non. Amplius, si ei quod est Socratem esse, Socratem languere contrarium est, non contingit autem, simul vtraque eidem inesse, non vtique continget cum alterum contrariorum sit, & reliquum esse: cum enim Socratem sanum esse, languere Socratem non erit. Falsum vero est, quod circa idem aut inest, aut generenata sunt fieri contraria: Languor nãque, & sanitas in corpore animalia nata sunt fieri; albedo autem, & nigredo simpliciter in corpore, iniustitia vero, & iniustitia in anima hominis. Necessarium autem est omnia contraria, vel in eodem genere esse, vel in contrarijs generibus, vel ipsa genera esse: albedo enim, & nigrum in eodem genere sunt: color enim eorum genus est. iniustitia vero, & iustitia, in contrarijs generibus: illius namque virtus genus est, huius autem vitium. bonum vero, & malum non in genere sunt, sed ipsa genera aliquorum existentia.

ANNOTATIONES.

Privatio] *dicitur de his, quæ nata sunt habere aliquid, & non habent, vt si Socrates, qui natus est habere visum, si non videat, dicitur visu privari: si*

eatur habitus contrà [*nata sunt*] *i. à natura habere solent, vel debent.* [*quæcunque verò contrariorum*] *dicit quæ contraria habeant media, & quæ non.* [*alterum ipsarum inesse*] *scilicet propriè subiectum, vel album, vel nigrum est,*] *scilicet sed pallidum, vel fuscum* [*sed & pravum, & studiosum*] *aliud exemplum.* [*vtrumque extremorum negationem*] *hoc est, neque bonum, neque malum, neque album, neque nigrum.* [*aliqua enim ex natiuitate nec dentes habent.*] *vt infantes* [*neque visum*] *vt canes parui* [*privari, & habere habitum*] *sunt denominativa ab habitu, & privatione* [*neque hoc quod dicimur, ac subiacent sententiæ affirmandi, vel negandi.* [*idipsum quod est oppositorum*] *i. opposita dum erat*] *i. ea contraria non habent medium* [*vtrumque inest naturaliter*] *i. à natura semper, vt ignis est natura calidus, & omnipotens frigidus.* [*etenim idem*] *scilicet subiectum, vt corpus* [*susceptibile*] *falsum*] *i. una sententia vera erit, altera falsa; vt Socrates sedet, Socrates non sedet. altera harum est vera, altera falsa.* [*circa idem*] *scilicet subiectum*] [*simpliciter in corpore*] *i. absolutè, solo, non anima*] [*in eodem genere*] *i. sub eodem genere.*

Argumentum & diuisio in cap. 2.

Prius quinque modis dicitur, primò tempore, secundo subsistendi consequentia, tertiò ordine, quartò dignitate, quintò causa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Priori. Cap. 11.

PRius autē alterum altero dicitur quadru
citer. Primo quidem, & maximè propriè
cundum tempus: secundum quod antiquius
terum altero, & vetustius dicitur: in eo
quòd tempus amplius est, & antiquius, & vet
stius dicitur. Secundò autem, quod non co
titur secundum subsistendi consequentiam
vnum duobus prius est: duobus enim exis
tibus, mox vnum esse consequens est: vno
existente, duo esse non necessarium est. Q
non conuertitur ab vno cōsequētia, vt re
sit. prius autem illud esse videtur, à quo
uertitur eius quod est esse consequentia. T
tiò vero secundū ordinē quenda prius dic
quemadmodū & in scientijs, & in oration
nam in demonstratiuis scientijs est prius,
sterius ordine: elementa enim priora sun
dine ijs, quæ describuntur. sed & in Gram
ca elementa syllabis priora sunt, & in orat
bus similiter proœmium narratione prius
ne est. Amplius præter ea, quæ dicta sunt,
ri etiam, & honorabilius est, prius natura
detur. Consueuerunt autem & multi ho
liores, & magis dilectos à se priores
dicere. est quidem & penè alienissimus
hic modus. Modi igitur qui dicti sunt de
re, fere tot sunt. Videtur autem præter co
dicti sunt, alter esse prioris modus: eore
quæ conuertuntur secundum esse consequ
quod alteri quomodolibet causa est, con
ter prius natura dici possit. Quod verò qu
sunt huiusmodi, palam est: esse namque ho

nem, secundum ipsius esse consequentiam ad
veram de se conuertitur orationem: nam, si ho
mo est; vera est oratio, qua dicimus, quòd ho
mo est, & conuertitur: nam, si vera est oratio,
qua dicimus, quòd homo est; est homo. Est au
tem vera oratio, nequaquam causa, vt sit res:
veruntamen res quodammodo causa videtur,
vt sit vera oratio: eo enim quod res est, aut non
est, vera oratio, aut falsa dicitur. Quare secun
dum quinque modos prius alterum altero dic
potest.

ANNOTATIONES.

*Quod non conuertitur secundum subsistendi con-
sequentiam] vt vnum est prius duobus, & duo tri-
bus, & quodlibet superius prius est suo inferiori.
elementa enim priora sunt].s. in Geometria, vt ad-
dit Boetius. [quæ conuertuntur secundum esse con-
sequentiam].i. quando illa duo conuertuntur inter se
secundum essendi consequentiam, & vnum est quo-
dam modo causa alterius [esse namque homini, &c.]
hominem esse, & orationem significantem eo ho-
minem esse, conuertuntur secundum essendi conse-
quentiam.*

Argumentum, & diuisio in cap. 12.

*Simul dicuntur ea, quæ fiunt eodem tēpore, & quæ
conuertuntur inter se, & vnum non est causa alte-
rius, vt duplum, & dimidium. tertio ea, quæ aliquid
ex opposito diuidunt, vt animal in volatile, gressibile,
& æquatile, quorum neutrum est prius.*

De Simul. Cap. III.

SImul autem dicuntur simpliciter quidem & proprijssimè, quorum generatio in eodem tempore: neutrum enim eorum, neque prius neque posterius est. Simul autem secundum tempus hæc dicuntur. Natura verò simul sunt, quæcunque conuertuntur quidem secundum consequentiam, quod est esse consequentiam, sed nequaquam alterum alteri causa est, vt sit: vt in duplo, & dimidio: conuertuntur etenim hæc. Nam cum duplum sit: dimidium est: & cum dimidium sit duplum est: sed neutrum alteri causa est, vt sit. Conuertuntur autem simul natura, & quæ ex eodem genere è diuerso ab inuicem diuiduntur. E diuerso autem diuidi ab inuicem dicuntur, quæ secundum eandem sunt diuisionem: vt volatile, gressibile, & aquatile. hæc enim ab inuicem è diuerso diuiduntur, cum sint ex eodem genere animal nanque diuiditur in hæc, in volatile, gressibile, & aquatile: & nihil horũ prius, vel posterius est, sed simul hæc natura esse videntur. Diuiditur autem & vnumquodque horum in species rursus, vt volatile, gressibile, & aquatile. Erunt ergo, & illa simul natura, quæcunque ex eodem genere secundum eandem sunt diuisionem: genera verò speciebus semper prius sunt: neque enim conuertuntur secundum id quod est esse consequentiam: vt cum quidem aquatile sit: animal est: cum verò sit animal, non necesse est, vt aquatile sit. Simul ergo natura dicuntur, quæcunque quidem conuertuntur secundum eius, quod est esse consequentiam, nequaquam alterum alteri vt sit, causa est: & quæ

quæ ex eodem genere è diuerso diuiduntur ab inuicem. Simpliciter autem simul sunt, quorũ generatio in eodem est tempore.

ANNOTATIONES.

Simul dicuntur] *s. tempore.* [*conuertuntur enim hæc*] *vt duplum est dimidij duplum, & dimidium est dupli dimidium.* [*ex eodem genere*] *s. vt animali.*

Argumentum, & diuisio in cap. 4.

Motus speciei sunt sex: generatio, corruptio, accretio, decretio, alteratio, & latio. latio opponitur quieti priuatiuè, generatio corruptioni contrariè, decretio accretioni itidem, latio supernæ infernæ, albefactio nigrefactioni.

De Motu. Cap. IIII.

MOtus autem species sunt sex: generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, & secundum locum mutatio. Alij itaque motus palam est, quod ab inuicem diuersi sunt: non enim est generatio corruptio, neque augmentum diminutio, neque secundum locum mutatio: similiter autem & alij. In alteratione verò habet quædam dubitationem: ne sit fortè necessarium id, quod alteratur, per aliquam aliarum motionum alterari. Hoc aũt nõ verum est. Etenim secundum omnes penè passiones, aut complures accidit nos alterari, nulla aliorũ communicante motionum: nam neque augeri necessarium est quod per passionem monetur, neq; diminui: Similiter autem & in alijs. Qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re alia præter alios motus erit alteratio? [esset eadem] .i. si alteratio, & alij motus non different; sed idem esse [mox] .i. eodem tempore [sunt ab inuicem] .i. diuisi sunt inter se. [simpliciter] .i. uniuersaliter, in genere, in uniuersum. [his uerò quæ per singula sunt, & singula] .i. & singulæ aliæ species sunt contrariæ proprie celebrat cõtrarias. [maximè ante uidetur, &c.] tio est, maximè opponuntur lationes contrariæ, ut sa superæ, & inferæ [reliquo autem assignatorum motuum] .i. qui est motus alterationis [nisi quis op primat &c.] .i. nisi quis dicat alterationi secundum eandem qualitatem oppositam esse priuatiuè secundã eandem qualitatem, uel alterationem oppositam mutationi contrario, ut album nigro.

Argumentum, & diuisio in cap. 5.

*Habere habet o*ſto *significatur: habet enim qualitatem quia, ut uirtutem: quantitatem, ut magnitudinem: ea quæ circa corpus sunt, ut unicam: ea quæ per ornamentum, ut annulum in digito: partem integralem, ut manum, uel pedem: contentum, ut uas habet uinum: possessionem, ut agrum, uel domum: denique consortem, ut uir habet uxorem, & uxor uirum.*

De Habere. Cap. V.

HAbere secũdum plures modos dicitur. Aut enim vt habitum, & dispositionẽ, aut aliquam qualitatem: dicimur enim disciplinã aliquam, atque virtutem habere. Aut, vt quãtũ, vt quando contingit aliquis habens magnitudinem: dicitur enim triçubitam habere magnitudinem, vel quadriçubitam. Aut, vt ea quæ circa

aliis motibus moueri. [si esset eadem] .i. si alteratio, & alij motus non different; sed idem esse [mox] .i. eodem tempore [sunt ab inuicem] .i. diuisi sunt inter se. [simpliciter] .i. uniuersaliter, in genere, in uniuersum. [his uerò quæ per singula sunt, & singula] .i. & singulæ aliæ species sunt contrariæ proprie celebrat cõtrarias. [maximè ante uidetur, &c.] tio est, maximè opponuntur lationes contrariæ, ut sa superæ, & inferæ [reliquo autem assignatorum motuum] .i. qui est motus alterationis [nisi quis op primat &c.] .i. nisi quis dicat alterationi secundum eandem qualitatem oppositam esse priuatiuè secundã eandem qualitatem, uel alterationem oppositam mutationi contrario, ut album nigro.

Argumentum, & diuisio in cap. 5.

*Habere habet o*ſto *significatur: habet enim qualitatem quia, ut uirtutem: quantitatem, ut magnitudinem: ea quæ circa corpus sunt, ut unicam: ea quæ per ornamentum, ut annulum in digito: partem integralem, ut manum, uel pedem: contentum, ut uas habet uinum: possessionem, ut agrum, uel domum: denique consortem, ut uir habet uxorem, & uxor uirum.*

De Habere. Cap. V.

HAbere secũdum plures modos dicitur. Aut enim vt habitum, & dispositionẽ, aut aliquam qualitatem: dicimur enim disciplinã aliquam, atque virtutem habere. Aut, vt quãtũ, vt quando contingit aliquis habens magnitudinem: dicitur enim triçubitam habere magnitudinem, vel quadriçubitam. Aut, vt ea quæ circa

ANNOTATIONES.

Id quod alteratur, per aliquam reliquarum motionum alterari] .i. id quod alteratur, videtur necessario alte-

ca

ta corpus sunt, vt vestimentum, vel tunica. Aut in parte, vt in manu annulum. Aut vt in vase modius grana tritici, aut amphora vinum: nam enim habere amphora dicitur, & modius grana tritici: hæc enim omnia habere dicuntur in vase. Aut vt possessionem: habere enim mum, & agrum dicimur. Dicitur autem vxorem habere, & vxor virum, sed qui mus est modus alienissimus est eius, quod habere; nihil enim aliud vxorem habere significamur, quàm quod cohabitamus. Forte tamen & alij quidam eius, quod est habere, apparebūt modi, sed qui dici consueuerūt, pene omnes enumerati sunt.

Aristotelis Prædicamentorum Finis.

GILBERTI PORRETANI,

Peripatetici sex principiorum Liber.

SVMMA LIBRI.

De Forma, Actione, Passione, Quando, Vbi, Positione, Habitu: Et de eo quod est suscipere magis, & minus.

De Forma, siue Ratione. Caput 1.

FORMA est cōpositioni cōtingēs, simplici, & inuariabili essentia consistens. Cōpositio etenim nō est: quoniā à natura cōpositionis se iungitur. Cōpositio etenim alteri vnaquęq; aduenies maiorē, eiusdem hanc commune non est. Nam in eo quod corpus album est, non dicitur maius, aut minus ipsum non albo, nec si non album intelligatur. Talis est compositionis, vel minoratio aliqua fiendi est, sed alteratio solum. Quoniam autem in alijs idem contingit proferri, additū existimo, inuariabili essentia cōtrarietatem. In anima enim alteratio contrarietatis inge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in nenitur, vt tristitiæ, & gaudij. Sed quon-
(vt aiunt quidam) simplicitati, nulli ver-
xistioni subiecta est, vt ea quæ est anima
di, dissocians hanc ab omnibus, addidi
sitioni contingens. Erit itaque terminus
dicta definitio. neque enim superflua, ne
minuta, si quis subtiliter inuestigauerit,
rietur. Habet autem dubitationem ex
dentibus, vtrum aliqua forma variabilis
autem videtur in plurib⁹; nam eadem
susceptiua veri, & falsi est; & albedo cla
& obscuritatis: & oratio eius quod est in
non est. Sed non est ita. nam nihil differt
dinem claram dicere, quàm, susciens
dicere. non est autem oratio eadem susce
contrariorum, nec oratio eius quæ in re
nō est; sed orationes notæ sunt earum, quæ
in anima passionum. de his autem dictum
alibi. Substantiale verò est, quod cōfert ex
dam compositione compositioni, vt in
quod impossibile é deesse ei, vt ratio, &
siue horum similia, ut continuum, &
Hoc vero erit, vt materia, & illud vt forma
corpus, quod est hominis materia, anima
forma. erit itaque substātiale, vt corpus,
& ratio. hæc autem in his, quæ de Categ
dicta sunt, expedita sunt.

Videtur autem forma quędam à natura
quædam vero ab actu. ratio enim à natura
color vero, & passio quædam in actu cōsi
In quibusdam autem dubitatio est, vtrum
tura, an ab actu incipiant esse, vt in figu
cisionis. Nam nihil additionis fit, sed sequ
quædam partium. Dico autem figuram
natura: assentiri vero ab actu. sed quæ

tionis est, ab actu est, vt domus. manifestū au-
tem de his. Sed in his quæ in pluribus sunt, pa-
lam non est: nam ea quæ in pluribus sunt, in
actione esse impossibile est. A natura autem nō
videtur fieri: quoniam ea, quæ à natura sunt, à
creatura præexistente sumunt principium: pa-
lam vero est creaturam non esse: nihil enim
rationis omnino, quare hæ creaturæ sint, pote-
rit explicari. Natura igitur in his occultè ope-
ratur. Nam sicut ex plurium partium coniun-
ctione constitutio quædam primorum excedēs
quantitatem efficitur, sic ex singularium discre
tione vnum quoddam intelligitur, eorum exce-
dens prædicationem. Quapropter communitas
omnis naturalis est, quia a singularitate proce-
dit, quæ creationi adæquatur. Subtiliter autem
rerum speculantes, sicut naturam, in actionibus
operari latenter inuenimus, sic creaturarū crea
torem in natura, ex actu, qui numero naturam
stabilitat. Sed hæc hactenus: alterius enim con-
siderationis sunt. Formarum verò alia quidem
est in subiecto, & de subiecto dicitur, vt scientia
in subiecto quidem est, vt in anima, & de subie-
cto quidem dicitur, vt de Grammatica. Quędā
autem in subiecto est, de subiecto autem nullo
dicitur, vt albedo Socratis. Quędam vero neq;
in subiecto est, neq; de subiecto dicitur, vt hu-
manitas Socratis, & Platonis. similiter autem &
dam vero dicuntur de subiecto, & in subiecto
nullo sunt, vt rationale, mortale. Eorum vero,
quæ in subiecto sunt, & quę de subiecto non sunt
sibilia, alia quidem sensibilia sunt, alia insen-
sibilia. Sensibile verò est, quod sensu compre-
henditur, vt albedo, color, sonus, sapor, percussi-
sio,

ro, dulcedo. Insensibilia, quæ ratione corp
lenduntur: vt doctrina, disciplina. simpli
autem nihil eorum, quæ de subiecto dicun
sensibilia sunt. manifestum est autem ex
quæ proposita sunt sita alicubi, vt nigredo
culo: quædam verò difficile est assignare, v
tia, paternitas, filiatio: nisi forte in comp
tum, & generatium complexione. singul
autem quæ dicta in complexionis eius, q
voce est notatio est: hoc vero subsistens
contingens eorum verò quæ continguntur
ri singulum aut extrinsecus aduenit, aut
subsistentiam consideratur simpliciter: vt lin
superficies, corpus. Ea verò quæ extrinse
tingut, aut actus, aut pati, aut dispositio, aut
alicubi, aut i mora, aut habere necessario
Sed de his quæ subsistunt, & quæ non solu
quo existunt, exigunt, in eo, qui de Cate
libro inscribitur, disputatum est. de relig
rò continuo agamus.

De actione. *Caput 1.*

ACtio verò est, secundùm quam in id q
icitur, agere dicimur: vt secans quia
quod secet, secans dicitur. Est autem alia
dem animæ, alia verò corporis. Differunt
quoniam ea quæ corporis est, mouens
cessario illud in quo est: idem enim quod
pus agens est, & mobile est, actio autem
non id mouet in quo est, sed coniunctum
ma autē dum agit immobilis est: mouet
corpus, anima autē permanet immutabilis,
nia monima nec secēdum locum mouetur,
secundum quemquam aliorum motuum,
secun-

secundum alterationem, non in suscipiēdo cre
mentum, neque decrementum mouetur, neque
diminuendo, neque ad oppositum locū tran
feundo. locus enim corpus est: anima verò nō
est corpus, impossibile est autem non corpus
corporē moueri, quia nullam loci susceptit mu
tationem: solum verò corpus, eò quòd de loco
ad locum transit, mouetur. Hoc autem in qui
busdam dubitabile apparebit. speculo enim per
manente immobili, imaginis motus fieri vide
tur ad oppositi mutationes. impossibile ergo erit
soluere, concesso quod ibi forma existat verè.
Si verò non est incredibilis error, in vulgo pu
tabitur, licet sit conuenientius. Scire autem
oportet, quod omne quod in motu est, in actio
ne est: moueri enim actio est. si quid enim mo
uetur, agit necessario. omnis ergo actio in mo
tu est, omnisq; motus in actione firmabitur.
Proprium igitur actionis est in motu esse sicut
proprium motus in actione, & in his quidem
actionibus, in quibus est generatio aliqua, palā
est. de his verò quæ corrūpuntur fortasse obij
ciunt. nam qui destruit in motu est, nihil autem
facere videtur. nam nihil efficitur, sed quod fa
ciendum est destruitur. Dico autem actionem, non
motus actio: sed quale, quiescere enim quale
est. quare & motus quidem quale erit. Simpli
citer autem quæcunque contrariorum oppositi
onem suscipiunt, eiusdem suscipiunt generis
predicationem. Naturalis verò actionis proprie
tas est passionem ex se in id quod subiicitur, in
ferre. omnis enim actio passionis est effectiua,
& omne passionem inferens, actio est. Contingit
autem actionem actione effici. actio enim eius,
quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod per se mouetur, eius actionis, quæ [illegible]
illud mouetur, generatiua est. actio enim [illegible]
mali illata, ab ea quæ est animalis, prius [illegible]
sumit. Nihil autem interest siue agere, siue [illegible]
ti, animalis eius quod ab animali agere [illegible]
cipium dicatur. Et sic actus quidem est [illegible]
diale principium: pari vero permixtum, [illegible]
obrem actionis, passionisque actus est [illegible]
tiuus. Facere vero id, quod quale est ex [illegible]
gnit. Qualitas, quæ calor est, eam efficit [illegible]
calefacere est, actionem. Quantitatum vero [illegible]
ticularium positio effectrix est, & qualitatum [illegible]
asperitas enim, & similia, qualia sunt: linea [illegible]
ro & superficies, & solidítas quantitates [illegible]
vniuersa enim è situ subsistantiam, & genera [illegible]
nem habent. Quantitas autem quantitatis [illegible]
longitudinis linea, latitudinis planum, [illegible]
nis solidum corpus. Qualitatis vero qualitas [illegible]
calor calidi actis. Situs autem agere & [illegible]
dispositionis tamque compositione quæ [illegible]
neratio simplicium sit, qua in motiua actio [illegible]
consistere necesse est. Quando vero tempus [illegible]
vero locus. Habere autem corpus, ea [illegible]
citca corpus sunt, habere dicuntur. Eorum [illegible]
rò, quæ in subiecto non sunt, individuorum [illegible]
ruptio quidem est in primis: generatio [illegible]
in his quæ mox post primorum constitutionem [illegible]
constituunt. Eorum vero, quæ de ipsis [illegible]
sunt, ea a quibus omnino generaliter [illegible]
prædicatio, vt omnes quidem homines [illegible]
minis, qui communis est, & vniuersalis [illegible]
pit autem facere, & pati contrarietatem [illegible]
gi, & minus: secare enim ad plantare [illegible]
tium est, & vrere ad humidum facere, [illegible]
fieri magis, & minus dicitur, & in frigidis [illegible]

nari & humidum fieri, tristari, & gaudere magis, & minus dicitur.

De Passione. Cap. II.

PAssio est effectus, illatio actionis, secundū quam hęc quidem patiuntur magis, ii in vero minimè. secundum quod quædam animantia sunt alijs: vt animantius quidem brutum est arbore, animantius uero irrationali rationale. Omnia vero, quæ de generatione dicta sunt, eadem dici possunt de ea, quæ in rebus est, passione. quædam autem probatione non tecta, sed manifesta. Est autem pari eorum, quæ multipliciter dicuntur. animæ enim actionum vna quæque passio dicitur, quas quidem sub actione posuimus: vt amor, odium, tristitia, & gaudere, quæ omnia qualitates passibiles, actiones animarum agit: vt morbus, febris, ægritudines, & reliqua, quæ qualia dicta sunt. Passio verò, vt diximus est, prima est generatio actionis. Non est in agente passio, sed in eo in quod agitur. & operantis actum suscipit. percutiens enim patiens non dicitur, sed materia actum suscipiens: de quo verò, quæ nunc relinquuntur, in eo qui est de Generatione libro tractantur. Et de passione hæc sufficiant.

De Quando. Cap. IIII.

QVando verò est, quod ex adiacentia temporis relinquitur. Tempus vero quādo nō est, vtriusque autem ratio cōiuncta est, vt tempus quidem præteritum quando non est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

effectus autem eius, & affectio, secundū quā
dicitur aliquid fuisse, quando est. Instans
quando non est, sed secundum quod
æquale, vel inæquale est. eius autem affec
secundum quam aliquid dicitur instanti
quando est. Futurum similiter tempus qua
non est, sed id quod futurum est: quoniam
tingere necesse est, secundum quod aliq
citur futurum esse cras, vel in aliquo temp
Est igitur quando, aliud ex eo quod abijt,
ex eo quod instat, aliud vero ex eo quod
se est contingere. Dictum est enim in C
rijs præteritum, & futurum esse quantita
quod magis est continuans ad præsens: le
terito quidem dictum est hoc, non quod in
stantia permaneat, sed quoniam in excell
nondum præterijt: de futuro autem quo
necesse est contingere, quod tantum est
instaret. nulla enim differentia est in eo
permanet, & quod futurum sit, & quod
abijt. Quamobrem & de futuris agitur, &
dum ea aliquid dicitur, & nuncupationes
stentium sortiuntur. vt Sol orietur cras,
erit nauale bellum, heri obijt Socrates,
quid dicitur secundum tempus id, quod
est, de eo qui nascetur futurum, aut nece
de eo, quod est, vt Callias disputabit cras,
non disputabit cras, disputabit enim fut
actionem significat, nihil autem inde est,
in substantia adhuc sit. Differt enim, qua
eo, quod est vbi, quoniam in quocunque
pus est, vel fuit, vel erit in eo quidem
est, vel fuit, vel erit, quod secundum
pus dicitur. quando enim quod existens
cum ipso instanti est, & simul in eodem

quando vero ex eo quod abijt, & quod futurū
est, nunquam simul erunt. vbi vero & locus, à
quo est, vel sit, nunquam, simul in eodem, vbi
autem in circunscriptione est: locus autem in
complectente. Differt autem quando quod ex
præterito est, ab eo quod ex futuro procedit:
quoniā quando quod ex futuro præterito poste
rius est, quod vero ex præterito, est prius futu-
ro. Quando autem vnum & idem, primum qui
dem ex futuro est, secundum ex præsenti, po-
stea vero ex præterito: quemadmodum tem
pus. primum quidem nunc est futurum, postea
vero præsens, deinde præteritum. Sicut autem
de tempus, aliud quidem compositum est, aliud
vero simplex. Est autem compositum, quod in
ea ordine actione consistit: simplex vero, quod
non simplici procedit. Et ita quando, aliud sim
plex, aliud compositum. simplex quidem, vt in
momento, & nunc esse: compositum autem, vt
in hora, die, hebdomada, & similibus. Amplius,
quemadmodum temporis partes sine mora suc
cedunt, similiter & partes quādo. quando quip
pe præteritum, & futurum ad præsens copula-
tione tolluntur. Differt autem & tempus ab eo
quod quando: quoniam secundum tempus ali-
quid est mensurabile: vt motus annuus quis, &
mensis multus dicitur, eo quod multo tempore
permanet. At vero secundum quando nihil
mensuratur, sed aliquando dicitur esse, & secū
dum idem temporale, & variabile pronunciat.
Sed autem quando non suscipere magis, &
minus. non enim dies, vel diurnus magis, & mi
nus fit, vel diurno dicitur, nec vnumquodque
horum alio sic & de alijs. quare omni quādo
non dici secundum magis, & minus. Am-

plius quando nihil est contrarium. etenim
do ex præsenti est vnum, & idem quan
futuro & præterito. impossibile est autem
de eodem prædicari indiuiduo contra
tes. Amplius autem contraria nunquam
eodem erunt in simul: quando autem, s
cundum præteritum & futurum, in simul
in eodem. idem nanque quod est fuisse
est esse, & permansurum. contrariorum
ratio est, nunquam in eodem simul co
re, neque de indiuiduo eodem dici, & in
tempore. Quare contrarietas in eo, quod
do est, non enunciabitur. Est autem quan
omni eo, quod incipit esse. vt corpus qu
vniuersum aliquando est in tempore
pit enim temporũ alterationes. alteratur
corpus in æstu, vere, hyeme, & autumn
liter autem & animalia acutius quæda
me, quædam in æstate, quædam in vere
lantur secundum instrumenti complexi
Anima enim coniuncta corpori imitatur
plexiones ipsius, vt qui aride, vel gelida co
ginationis, dementiores seipsis in autu
fiunt sæpe: quibus verò sanguis principa
vere. Similiter autem & in alijs secun
militudinem complexionis animalium. &
porum. Erit igitur in tempore, quisquis
poris suscipiens variationes alteratur se
tempus. Huiusmodi verò sunt quę dicta
de pauci autem, aut de nullis alijs eo
tius erit proferre.

De Vbi. *Cap. V.*

VBi verò est circunscriptio corporis
cunscriptione loci prouenien

dem in eo, quod capit, est, & circunscribit. Est
ergo in loco, quicquid à loco circunscribitur,
& complectitur. Non est autem in eodem lo-
co, & vbi. locus autem in eo, quod capit: vbi
verò in eo, quod circunscribitur, & complecti-
tur. Videtur autem non omni adesse. anima. n
quidem est. nullũ enim locũ occupat, neque im-
petu animatum nanq; aliud capere potest. Nõ
dum autẽ cõtingere palam est occupatũ qui-
dem aliquo locũ capere aliud, & cõpleti posse
coexpante permanente. granũ enim modio ad-
uenies retineri non posset, aere quo implebā-
tur, euescente. aere enim expulso granũ vti-
que recipitur. Nequaquam igitur duo in eode
loco esse simul possunt, nec idem vnum in di-
uersis. Quamobrem nec anima quidem localis
est. Eum locum nullatenus occupet. Similiter
autem & quęcunque à corporis ratione disse-
dunt, licet carent circunscriptione. Mouet au-
tem quis quæstionem fortasse, idem in diuersis
& pluribus concludens. etenim vox in auribus
est eorum est: vox autem, & si aer non sit, es-
se non poterit sine aere: & in auribus diuerso-
rum est. Quare dicitur & corpus idem esse in di
uersis locis. vox enim omnino vna, & eadem
est. diuersis quidem aeris partibus esse non po-
test. Concedentibus itaque nobis vnam, & eã-
dem vocem omnino in auribus diuersorum sen
tiri, vtique & confiteri oportet omnino vnam
& simpliciter aeris ad aures diuersorum peruenis-
se. simpliciter autem vnum, & idem in pluribus
locis impossibile est inueniri. Quamobrem
aliam concedere cogimur, vel diuersum quidẽ
in pluribus diuersorum sentiri, vel vnum & idẽ
omnino in pluribus locis. Relinquitur igitur di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

versum sensum esse imaginabiliter se genera-
tium, & similiter. quare & vox quædam
animalis est: ea enim, quæ imaginabiliter
similiter animalis non est, quoniã ab
non profertur. Adhuc autem dicimus quæ
vocem animalis esse. Quis enim vocem
tio audiuit, in silentio quidem simpliciter
animalium? quare vox quidem anima
tur, quæcunque quidem ab ipso profertur
vnius ergo vox ad aures diuersorum dicitur
vna autem, & eadem non contingens est
autem, aliud quidem simplex, aliud vero
positum. Simplex quidem, quod à
loco procedit: compositum autem, quod
posito. Locus autem simplex est origo, &
stitutio eius quod est continuorum. Locus
tem, vt dictum est quidem, compositus
particulas copulatas ad eundem terminum
quem particulæ corporis copulantur. corpus
verò partes iuxta punctum loci ergo par-
solidorũ particulas claudunt. etenim loci
plicia corporis minimi occupatiua sunt.
nec locus sine corpore, nec soliditas sine
erit. Contentio autem de sphæræ extre-
oritur: nihil enim extra ipsam est. In ea
locus esse non poterit, vt dictum est à
ribus, quod ab eo quidem loco ambitur.
tentibus ergo nobis sphæram localem esse
fiteri vtique necesse est, aliud quidem
eam, in quo extremitatis locus existat:
autem præter ipsum est; quare extremitas
dem in loco non est. de huiusmodi autem
solitum & occultum est pronuntiare, &
tra sensibilia. Caret autem vbi intensione
missione. non enim dicitur alterum alterum

dis in loco esse, vel minus, licet etiam maiorẽ,
vel minorem locum possideat. non autem se-
cundum vbi, vel secũdum quantitatem aliquã
est magis & minus, sed secundum id quod qua
le est. Inest autem vbi nihil esse contrarium:
eo quòd nec loco quidem inest contrarietas:
locus enim loco non est contrarius. Quod autẽ
nec aliis manifestum est. sursum enim & deor
sum esse contraria pluribus videntur. multum
enim distare videtur id quòd sursum est, ad id
quod deorsum est, quemadmodum sursum, &
deorsum. quare contrarietas videtur vbi circa
sursum esse, & deorsum, quemadmodum cir-
ca locorum quantitates. Contingit autem con
traria in eodem esse. sursum enim, & deorsum
esse, in eodem sunt. idẽ enim sursum, & deor-
sum est ad diuersa quidem sumptum. nam tur-
pis altitudo sursum est ad nos, sphæræ autem
extremitati comparata inferior est. Amplius
contrarium sibimet quidam idem fore contin-
git. si enim sursum esse, & inferius esse contra-
ria sunt, cum idem sursum, & deorsum sit: col-
ligitur idem sibimet contrarium fieri. Non er-
go contrarietas vlla in eo, quod in loco est.

De positione. Cap. VI.

POsitio est quædam partium situs, & genera-
tionis ordinatio, secundum quam dicuntur
stantes vel sedetia, vel aspera, vel lenia, vel quo
modolibet aliter dispositа. sedere autem, & ia-
cere positiones non sunt, sed denominatiue ab
his dicta sunt. Solet esse quæstio induci de cur-
so, & tecto, aspero & leni, quadrãgulo, & trian
gulo, bicubito, & tricubito, magno & paruo,

breui, & longo, & similibus: quandam enim positionem partium significare videntur. Aspectus enim dicitur, cuius partium vna alteri fugiens minet. Lene verò dicitur, cuius particulæ aequaliter porrectæ sunt, similiter autem & de alijs. Non sunt autem positiones ea, quæ dicta sunt omnia, sed qualia circa situm existentia, ex quibus nanque quod partes si sunt dispositę, ex eo sensibus iudicantur: non autem ex eo, quod talia, scilicet & aspera & lenia, vel bicubita, tricubita sunt, similiter autem & de alijs huiusmodi, quæ partium habent positionem. Positio igitur vnumquodque prædictorum nō positio, sed quale, quod circa positionem nascitur. Inesse autem videtur situs cōtrarietates. Sedere ad id quod stare cōtrarium esse videtur. contraria enim sunt, quæ in eodem indiuiduo eodemq; tempore impossibile est reperiri. Possunt tamen possibilia inesse. sedens autem homo stare potest, & stans sedere. quocunque autem sedente, impossibile est eundem stare. Forsitan autem nobis hæc contraria esse, incongruentia recipere cogimur, hoc, quod vnum contrarium plurium. secundum enim diuisionem consequentiam non magis sedere ad id, quod est stare contrarium est, quam ad accumbere. Similiter autem, & quemadmodum sedere, & stare nunquam in eodem simul reperiuntur, & accumbere, & sedere, & stare. secundum tantur huiusmodi dispositiones situi nulla contrarietas inerit. Forsassis autem, nec insolitum videbitur putabitur vnum plurium esse contrarium. pallor etenim ad album, & nigrum contrarium esse uidebitur. nam sub eodem genere colorum sunt, nunquam simul inueniuntur, & vicissim transmu-

transmutatur, relinquitur ergo vnum pluribus esse aduersum. Non est autem pallidum ad nigrum, vel album contrarium: etenim eum vtroque in eodem est. pallidum enim & colores reliqui ex albo, & nigro confleiuntur: necessarium ergo in quocunque pallidum est in omni eo esse album, & nigrum. Similiter autem & de ęcteris quidem coloribus. amplius autem contrariorum quidem ratio est circa idem natura existere. sedere enim & iacere, non circa idem natura sunt se iuncta. est enim sedere proprie circa rationalia: iacere vero & accumbere circa diuersa. huius autem signum est equi, & hominis similitudo, quibus sine dubio accubitus esse probatur. Proprium autē positionis, neque magis, neque minus dici. Sedere autem non magis positio est quam accumbere, neque minus, neque sedens alterum alterò magis, & minus dicitur, neque accumbens, neque vniuersaliter secundum aliam positionem. Magis autem proprium videtur esse positionis, substantiæ proximè assistere, omnibus quidem alijs formis suppositis. Positio autem nihil aliud est, quàm naturalis ipsius substantiæ ordinatio, qualis vel à principio quidem innata est, vt ea quæ asperis & lenibus, æqualibus & inæqualibus inest: vel à naturaliter & motu consueto, vt sessio, & accubitus & similia. Quicquid igitur proximè substantiæ est assistens, id necessario positio est, & omnis quidem positionis huius ratio suscipit prædicationem.

De Habitu. Cap. VII.

HAbitus est corporum, & eorum quæ circa corpus sunt, adiacentia: secundum quam hoc quidem habere, illa verò dicuntur habere. Hæc autem non secundum totum dicuntur: sed secundum particularem diuisionem: vt armatum esse, calceatum esse. his autem nequaquam simplicia nomina imposita sunt, quibus ea appellantur, sed sunt eis posita, armatio, calceatio: horum autem secundum proportionem & in reliquis. Suscipit autem habitus magis, & minus. armatior enim est eques pedite. dicitur & calceatior, qui calceamentis, & caligis vtitur, quàm qui solis calceamentis, vel caligis vtitur. In quibusdam autem non videtur, quod dicatur magis, & minus prædicentur: vt vestitum esse, & similia. Habitui quoque nihil est contrarium. etenim armatio calceationi non est contrarium. idem etenim armatus, & calceatus. quod autem alijs contrarium non est palam est. similiter autem his & reliqua. Proprium quidem habitus est in pluribus existere, vt in corpore, & in his quæ circa corpus sunt existentia. dictus enim corpori, & his quę circa corpus sunt, habitus autem, vt dictum est, fit secundum eam quæ est in partibus diuisionem. In paucis autem principijs huiusmodi inuenies, in quantitate enim totum, & in his quæ ad aliquid sunt similia reperies. ad aliquid autem, vt figuraliter dicatur, & similitudo, & dissimilitudo, quę in pluribus similibus, & dissimilibus quantitatem vt numerus qui innumerabilibus inest, semper crescens secundum vnitatum multi-

tiam ascensionem. simpliciter autem nihil inueniet tot distribui partibus, vt numerum. non autem omnis quantitas, aut relatio talium est. Habitus autem omnis in pluribus necessariò existit, vt in corpore, & in his quæ circa corpus sunt. Omne igitur quod in corpore, & circa corpus est existens, habitus nomen sortitur. Quare magis proprium quidem habitus erit in corpore, & circa corpus existentibus, secundũ eam quæ partium est diuisionem, vt in pluribus existere. Dicitur autem habere multis modis. habere enim dicitur alterationem, vt albedinẽ, & nigredinem: quantitatem, vt longitudinem. nihil enim aliud est dicere albedinem aut longitudinem habere, quàm album aut longum esse. Dicitur etiam vas aliquid habere, vt modius triticum: quod nihil aliud est habere, quã continere. Habere quoque in mẽbro dicimur, vt in digito annulum; quod tantundem est dicere, quantum est digitum in annulo esse. Dicitur vir vxorem habere, & recipere vxor virũ. Hic autem insolitus est habendi modus, quo vir habetur vel haberi dicatur. hoc autem habere nihil aliud est quàm cohabitare. Quare modi habendi qui dici consueuerunt, quinario numero terminantur. Fortassis quidem essent alij modi habẽdi præter hos qui dicti sunt: sed si qui sunt, diligens inquisitor inueniat. Et quidem de principijs hæc dicta sufficiant. reliqua verso in eo, quod de Analyticis est, quærantur volumine.

De eo quod est plus, minusue suscipere. Cap. I.

DIcitur autẽ magis, & minus suscipere tripliciter. Aiunt enim quidam secundũ erementum,

mentum, vel diminutionem eorum, quæ susci-
piunt subiectorum. Aliter autem & alij ipsa quo-
dem quæ suscipiuntur, in suscipiente diminui
& crescere annunciant. Alij autem secundum
vtrunque, amborum diminutionem & augmen-
tationem. A primis itaque inchoantes, quæ eo-
rum rata sit ac firma sententia manifestabo. Si
quis vero primam & secundam destruxerit, vtra-
que & tertiam destruit, quæ ex vtraque con-
tur coniunctione. Non ergo secundum suscep-
tiam ipsorum crementum vel decrementum
cum magis vel minus aliqua dicuntur. Nulla
ratio obuiaret dicenti hominē & animal &
stantiam, & cætera consimilia cum magis &
nus dici concedentibus nobis secundum subie-
cti intensionem & remissionem quælibet eum
magis & minus dici. Amplius autem equus
dem & augmenti, & diminutionis motum
quenter sustinet, dicitur enim equus minor
maior lapide quodam, qui nunquam intensio-
nem & remissionem passus est. mos & alio
te maior dicitur, cum neutex crescat vel decre-
scat. Amplius autem margarita albior quidem
equo dicitur, cui pedem album contingit habe-
re. hoc autem non est, quia equus quidem in
sentia a margarita superatur. colligere igitur
oportet vel margaritam quidem albiorē equo
pronunciari, secundum magnitudinem subie-
cti vel paruitatem, vel non, verum albiorē equo
margaritam esse: vel nihil omnino magis vel
minus dici secundum subiectorum magnitudi-
nem vel paruitatem, neque secundum cremen-
tum vel diminutionem. Hoc autem palam est
quod secundum magnitudinem subiecti mar-
garita albior equo non dicitur, tamen magnam

tam albiorem equo esse non falsum est. Relin-
quitur ergo nihil secundum magnitudinē sub-
iecti amplius vel minus dici: similiter autem
neque secundum paruitatem. Amplius autem
neque secundum ea quæ inficiunt. Si enim
secundum magnitudinem albedinis vel alicu-
ius cæterorum dicitur aliquid albius aliquo, vel
secundum paruitatem minus album, vel quo-
modolibet aliter: vtique & maius albus equus,
vel homo, vel quodlibet aliud albius margarita
dicetur. etenim maior albedinis quātitas equo
accidit quam margaritæ. Amplius autem ma-
gis & minus alterum altero dicitur, non secun-
dum subiecti, neque accidentis crementum.
Quoniam autem non secundum subiecti cre-
mentum vel magnitudinem aliud paruius alio
dicetur, manifestum est: neque ergo secun-
dum ipsius accidentis ampliorem quantita-
tem. etenim quantitas vltra subiectum præten
di non potest, quoniam terminus quantitatis
est corpus. paruitas autem quantitati supponi-
tur: quare vltra paruum quidem subiectum
paruitas ipsa non porrigitur. quanto igitur sub
iectum paruius efficitur, tanto paruius quan-
titas minoratur. Patet itaque nihil secundum
magis & minus prædicari, neque secundum sub
iectum solum augmentum vel diminutionem,
neque secundum accidentis: quare neque se-
cundum vtrunque. Oportet igitur ab alia ea
inuenire, quæ cum magis & minus dicantur.
Huiusmodi vero sunt ea, quæ sunt in voce eo-
rum quæ aduenium, & non secundum subie-
ctī vel mobilis crementum vel diminutionem,
sed quoniam eorum quæ sunt in voce, impesi-
bili propinquiora sunt, fuc ab eadem remo-

tiora

tiora sunt, de his etenim cum magis dici, quæ proximiora sunt ei quę in ipsa voce est impositioni, cum minus autem de his quæ remotiora consistunt. Vt album dicitur illud, in quo albedo est. quanto igitur ad vocis impositionem accedens puriori inficitur albedine, tanto candidior assignabitur. & paruum quidem dicitur, quod alijs comparatum staturæ dimensione, & quantitate vincitur. quicquid igitur quod in quantitatis mensura superatur, id continuo paruius pronuntiatur. similiter autem & alijs. Dubitabit autem aliquis, quare hæc eadem cum magis, & minus dicantur, substantia vero minima? Hoc autem contingit, quoniam substant iarum impositio quidem in termino est, vltra quem transgredi impossibile est. Aliter autem & de accidentibus quibusdā, vt sine magis, & minus dicuntur: vt quadratus, & triangulus, & similia. non enim triangulus magis vnus altero dicitur. Contingit autem quoniam in substantiarum quidem assignatione accipitur. etenim quadrangulus quadrangulus nuncupatur, & corpus quadrangulum. vel eadem, quæ in superioribus est ratio, hic vero quoniam huiusmodi impositio in termino facta est, vltra quem transgredi non licet. quoniam admodum in superlatiuis. etenim albissimus vel nigerrimus, & huiusmodi sine ampliatione. & minus, eo quod huiusmodi impositio in termino est, vltra quem corrigi impossibile est, & citra permanere. possibile enim si contingat nullum sequitur impossibile. quapropter si omnes puncti componantur, nullam faciunt magnitudinem: quoniam punctus puncto additus nihil auget. Est autē generatio simplex, & corruptio non congregatione, nec segregatione atomorum, sed quando transmutatur ex aere specificato in hoc totum. in subiecto enim duo sunt, quorum hæc quidem est forma secūdum rationem: hæc autem secundum materiam. quando igitur in his duobus est transmutatio, generatio, & corruptio erit simpliciter secundū veritatem. Dicitur autem simpliciter generari in his magis hoc aliquid, & forma quàm terra. musicus homo corruptus est, homo immusicus generatus est, homo manet idem: siquidem in his passio non esset secundum se musica, & immusica, his quidem generatio esset, his autem corruptio. Ideo hominis quidem hæ passiones, hominis autem musici, & immusici generatio quædam & corruptio. nunc autem est hominis hęc passio manentis musica, & immusica. Sic ideoqi alteratio talis est. Est autem materia maxime quidem subiectum generationis, & corruptionis propriè susceptibile. Sed quare dicens non dicitur generari simpliciter, sed qualiter generari disciplinatum, hæc determinata sunt in prædicamentis. hæc autem hoc aliquid significant, & substātiam, hæc autem quale, hæc autem quātum. Quæcunqs igitur non substantiā significant, non dicuntur simpliciter, sed secundum aliquid generari. Est autem cui inest

secundum naturam
moueri, vt,
ignis.

Libri Sex Principiorum finis.

ARI-

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM Principis de interpretatione, liber primus.

D. SEVERINO BOETHIO INTERPRETE.

SVMMA LIBRI.

De Notis. De Orationis principijs. De ipsa Oratione. Enunciatione, ac ipsius speciebus. De enunciationum oppositionibus, ac circa ipsam veritatem, & falsitatem regulis, in quocunq; tempore.

Argumentum & diuisio in Caput I.

Ea, quæ sunt in voce, notæ existunt earum, quæ sunt in anima, & ea quæ scribuntur notæ, vel significant ea, quæ sunt in voce. Voces & scripturæ differunt apud gentes sed non apud eas, quæ sunt in anima, quæ conceptus appellantur. Ipsi sunt in anima simplices, ac incomplexi existentes: qui nec verum, nec falsum significat. Aliud inter se inuicem, vt veritatem, vel falsitatem ostendat, vt Socrates legit. Hæc est huius cap. summa. Eam verò habet Aristot. orationem, in qua primùm proponit, vt ibi [primum oportet ponere quid sit nomen] deinde propositum explicat in sequentibus cap. sed in hoc explanat in genere, quid sit vox, quæ nomen proferat, sic [sunt ergo ea] deinde voces diuidit esse his verbis [est autem quemadmodum in anima.]

De Notis: Et vt in intellectu, ita etiam in voce verum, & falsum reperiri. Caput I.

PRIMVM oportet ponere quid sit nomen, & quid verbum: postea quid est negatio, & affirmatio, & enunciatio, & oratio. Sūt ergo ea, quæ sunt in voce, earum, quæ sunt in anima passiones, & notæ: & ea quæ scribuntur, eorum quæ sunt in voce. Et quemadmodum nec literæ omnibus eædem, sic nec eædem voces. Quarū tamen hæc primum notæ sunt, eædem omnibus passiones animæ sunt: & quarum hæ similitudines, res etiam eædem. De his vero dictum est in his, quæ sunt de Anima: alterius enim hæc negotij. Est autem quemadmodum in anima aliquando quidem intellectus sine vero, vel falso: aliquando autem cui iam necesse est hoc, alterum inesse: sic etiam in voce: circa cōpositionem enim, & diuisionem est verum, & falsum. Nomina igitur ipsa, & verba consimilia sunt ei, qui sine compositione, & diuisione intellectui: vt homo, vel album: quando non aliquid additur: neque enim falsum, neque ve-

rum adhuc est. Signum autem huius est. Nihil
cervus enim aliquid significat: sed nondum v
rum aliquid, vel falsum, nisi esse, vel non e
addatur, vel simpliciter, vel secundum tem

ANNOTATIONES.

Negatio, & affirmatio] i. sententia negativa
Socrates non legit: & affirmativa, vt *Socrates le*
[*enunciatio*] *est oratio, qua indicat verum, v*
sum [*oratio*] *hoc loco intelligitur qualibet vox*
quid significans. [*in voce*] *i. in verbis* [*earum*
sonum quæ sunt in anima] *hoc est declarat eo*
sensibus externis, vel internis potentiis concep
[*quarum tamen hæc primum nota sunt*] *i. hæ*
animo concipimus, ea sunt communia omnibus
huc. [*& quarum hæ similitudines*] *i. verum*
vales qui conceptus appellantur [*intellectus*] *i.*
ceptus. [*circa compositionem*] *i. conceptum*
plicium, hoc est, si conceptus simul iungas, vt
tem, & legit; conficies orationem veram, vt
sam: veluti Socrates legit. quæ oratio dicitur
positio, hoc est, oratio affirmativa, sicut dixim
negativa; vt Socrates non legit: quoniam Soc
à verbo legit dividit. [*nomina igitur, & verba*
quæ sine compositione, & divisione suntsimplic
ei intellectui, sine conceptui, qui sine compo
& divisione exta. [*hircus cervus*] *qui est com*
compositus ex hirco, & cervo [*nisi esse, vel non*
addatur] *vel aliud verbum; vt Hircus cervus*
non est. [*vel simpliciter*] *i. præsens, hoc est,*
datur verbum in tempore præsenti, vt Est, vel
secundum tempus] *i. vel in alio tempore, vt*
terito, vel futuro; velut Fuit, vel Erit.

Argumentum, & diuisio in cap. 2.

Nomen est vox significans aliquid determinatum tale, quale homini placet: quia à natura non sunt nomina, nec verba, illaq; vox est absq; tempore, cuius partes diuisæ, quâquam nomen est compositum, nihil significant, sitq; nomen finitum, & in casu recto. Propositum itaque explicat Arist. & primum definit nomen [*nomen igitur est vox*] *deinde partes definitionis explanat, ac primum quid pars nominis quandoquam compositi separata nihil significat, his verbis* [*in nomine enim*] *secundò quod nomen sit ad placitum ibi* [*secundum placitum verò*] *tertiò quòd nomen sit definitum sic* [*non homo*] *quartò quòd sit in recto casu ibi* [*Philonis autem.*]

De Nomine. Cap. II.

NOmen igitur est vox significatiua, secundum placitum, sine tempore, cuius nulla pars significatiua est separata: in nomine enim quod est equiscrus, scrus nihil per se significat, quemadmodum in oratione, quæ est equus scrus. At verò non quemadmodum in simplicibus, sic se habet in compositis. In illis enim nullo modo pars significatiua est: in his autem valet quidem, sed nullius est separata: vt in eo quod est equiscrus hoc quod est scrus, nihil significat per se. Secundum placitum verò, quoniam natura nominum nullum est, sed quando nota; quoniam deficiant & illiterati soni, vt scrum: quorum nullum nomen est. Non homo verò, non est nomen: at verò, nec positū nomen est, quo illud oportet appellare: neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim oratio, neque negatio est, sed sit nomen infinitum: quoniam similiter in quolibet est & quod est, & quod non est. Philonis autem aut Philoni, & quæcunque talia sunt, non sunt nomina, sed casus nominis. ratio autem ipsius est, in alijs quidem eadem: differunt autē, quia nam cum est, vel fuit, vel erit; neque verum neque falsum est, nomen verò semper: vt hominis est, vel non est: nondum enim negi; vere dicit, neque falsum.

ANNOTATIONES.

Vox significatiua] *& non qualis est brutorum* [*tandum placitum*] *s. hominis.* [*sine tempore*] *tempora enim sunt verborū, non nominum.* [*cuius pars vt syllaba.* [*naturā nominum nullum est*] *i. natura non imposuit nomina rebus.* [*sed quando fit mutatio à natura, tunc significant aliquid.* [*non homo*] *additum homini non est nomen nisi indefinitum* [*quæ est oratio*] *s. affirmatiua* [*nomen infinitum*] *quòd potest cuiq; rei adiungi; vt equus est non homo, & bos, & alia* [*quoniam similiter*] *s. equus est quod est, & quod non est*] *i. affirmatiuè, & negatiuè: vt, equus est non homo, & equus non est non homo.* [*Philonis*] *i. nomina, quæ non sunt in recto casu, qui est nominativus, sunt casus nominis. Quia ipsorum significatus eorum est idem in recto & in obliquo.* [*quoniam cum est, vel fuit, vel erit*] *addatur casus obliquus, vt Philonis, vel Philoni neque verum significat, neque falsum.*

Argumentum & diuisio in cap. 3.

Verbum est, quod consignificat tempus, cuius pars separata nihil significat, & est nota compositionis præ dicati cum subiecto. si verò ei inungatur Nota, est verbum infinitum. si dicatur in præterito tempore, vel futuro, non erit verbum, sed casus verbi. Diuiditur itaque hoc capite primum sic definit, quid sit verbū [*verbum autem est*] *deinde partes definitionis exponit* [*dico autem.*]

De Verbo. Cap. III.

VErbum autem est, quod consignificat tempus, cuius pars nihil significat seorsum, & semper eorum, quæ de altero prædicantur, vt valetudo quidem nomen est: valet verò verbum: consignificat enim nunc esse: & semper eorum, quæ de altero dicuntur, nota est, vt eorum, quæ de subiecto, vel in subiecto sunt: Nō valet autem, & non laborat non verbum dico: consignificat enim tempus, & semper de aliquo est. Differentiæ autem huic nomen positum nō est, sed infinitum Verbum sit: quoniam similiter in quolibet est, & quod est, & quod nō est. Similiter autem & valebit, & valebat non verbum est, sed casus verbi. Differunt autem à verbo, quod hoc quidem præsens consignificat tēpus, illa verò id quod circumcirca est. Ipsa igitur secundum se dicta verba nomina sunt, & significant aliquid: constituit enim qui dicit, intellectum, & qui audit, quieuit: sed si est, vel non est, nondum significat: neque enim signū est rei esse, vel non esse: neque si ipsum ens dixeris nudum: ipsum enim nihil est, consignificat autem compositionem quandam, quā sine compositis non est intelligere.

ANNOTATIONES.

Nunc esse] .i. significat tempus præsens. *Sunctio* .s. compositionis, siue componit, & iunxit prædicatum subiecto. [*& semper de aliquo est*] .s. vnita. [*quod verò id, quod circuncirca est*] .i. præteritum, & futurum circumstant præsens tempus. [*ipse secundum se verba nomina sunt*] hoc est, verba prolata significant per se. *sunt similia nominibus.* [*qui dicit*] .i. pronunciat. [*si est, vel non est*] .i. affirmant, vel negant. [*nec si ipsum ens dixeris nudum*] alij legunt. *Si ipsum per se ipsum ens dixeris nudum. Quidam sic. neque si ipsum per se ipsum ens dixeris compositis*] .i. extremis.

Argumentum, & diuisio in cap. 4.

Oratio est vox significans aliquid: cuius partes aliquid significat, vt homo: sed non affirmat, vel negat quicquam. significat autem ad placitum. Oratio quæ est enunciatio non vt deprecatio: sed quæ vel verum vel falsum ostendit. Enunciatiua autem oratio. Enunciatio alia est vna, vt qua enuntiet vnum de vno, vel ex coniunctione alia plures significat, aut coniunctiui: & harum altera est affirmatiua, altera negatiua. affirmatio est enunciatio. in qua prædicatum unitur cum subiecto per copulam. negatio, in qua separatur per copulam non est. vtraque opposita contradictio appellatur. Hæc cap. summa. Prosequitur Aristotel. propositum, & cum de nomine, ac verbo egisset, de oratione, enunciatione, affirmatione, & negatione differit. quid sit oratio, docet sic [oratio autem est vox] vbi explanat [ut homo aliquid significat] deinde quid enunciatio his verbis [enunciatiua verò] quam dis-

uidit [*est autem vna prima*] *postea diuisionem sic declarat* (*necesse est autem orationem*] *præterea subdiuidit, & ait* [*est autem vna oratio*] *deinde exponit* [*nomen igitur vel verbum*] *ac secundò magis explicat sic*] *harum autem hæc simplex*] & *harum altera est affirmatio, de qua sic loquitur* [*affirmatio verò*] *deinde de negatione* [*negatio verò quæ oppositam esse ostendit* [*quoniam autem enunciare est.*]

De Oratione, Enunciatione, vna ac pluri, Affirmatione, & Negatione, ac Contradictione. Cap. IIII.

ORatio autem est vox significatiua, cuius partium aliqua significatiua est separata: vt dictio, sed non vt affirmatio vel negatio: vt homo aliquid significat, sed quod non est, aut non est: sed erit affirmatio, vel negatio, si quid additum fuerit. Sed non hominis syllaba vna: neq; enim in eo quod est forex, rex significat, sed vox nunc est solum. In duplicibus verò significat quidem aliquid, sed non secundum se, quemadmodum dictum est. Est autem oratio omnis quidem significatiua, non autem sicut instrumentum: sed quemadmodum dictum est, secundum placitum. Enunciatiua verò nō omnis: sed in qua verum, vel falsum est. nō autem in omnibus ineſt, vt deprecatio oratio quidem est, sed neque vera, neque falsa. Cęteræ igitur relinquantur. Rhetoricæ enim, vel Poeticæ conuenientior est consideratio: enunciatiua verò præsentis est speculationis. Est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatiua: verò omnes coniunctione vna. Necesse est autem omnem enunciatiuam oratio-

nem, ex verbo esse, vel ex casu verbi: enun-
hominis ratio, nisi addatur, aut est, aut fuit,
erit, aut aliquid huiusmodi, nõdum oratio
ciatiua est: quoniam vnum quiddam est, &
multa animal gressibile bipes: non enim
propinquæ partes dicuntur, vna erit. est
alterius hoc tractare negocij. Est autem
oratio enunciatiua, quæ vnum significat,
coniunctione vna: plures autem, quæ plura,
non vnum, vel inconiunctè. Nomen igitur
verbum dictio sit solum: quoniam non est
re sic aliquid significantem, voce, vt enun-
vel aliquo interrogante, vel non, sed ipso
te proferente. Harum autem hæc quidem
plex est enunciatio, vt aliquid de aliquo
aliquid ab aliquo: hęc autem ex his compo-
velut oratio quędam iam composita. Est au-
simplex enunciatio, vox significatiua de
est aliquid, vel non est, quemadmodum
ra diuisa sunt. Affirmatio verò est enun-
alicuius de aliquo. Negatio verò enuncia-
cuius ab aliquo. Quoniam autem enũciare
& quod est, non esse: & quod non est, non
& circa ea, quæ extra præsens, tempora
militer: omne vtique contingit, quod quis
firmauerit; negare, & quod quis negauerit,
firmare. Quare manifestum est, quod omn
firmationi opposita é negatio, & omni neg
ni affirmatio. Et sit hoc cõtradictio, affir
& negatio oppositæ. Dico autem opponi eas
de eodem, non autem æquiuocè, & quæ
extera talium contra sophisticas determina
mus importunitates.

AN-

ANNOTATIONES.

[Vt dictio] scilicet homo [vt affirmatio, vel negatio] sicut oratio affirmatiua, quæ is est, homo ambulat: vel negatiua, vt homo non ambulat. [sed non quod sit] id non significat, quod homo sit, vel non. [si quid additum fuerit] scilicet vt est, velut si dicas, homo est, erit affirmatio. [non autem sicut instrumentum] scilicet naturæ. [plures autem quæ plura, & non vnum, vel inconiunctè] .i. enunciatio plures est, in quæ plura de pluribus prædicãtur, vel vnum de pluribus, vel plura de vno inconiunctè: exemplum primi est. Socrates grammaticus albus est musicus, arithmeticus. Ex. secundi. Socrates grammaticus albus est homo. Ex. tertij est. Socrates est albus grammaticus musicus. [quoniam non est dicere &c.] id est, quoniam qui profert nomen, vel verbum, sonum, vel interrogatur, nec verum, nec falsum dicit. [enunciatio alicuius de aliquo] .i. in qua aliquid de aliquo prædicatur affirmatiuè; vt homo est animal. [enunciatio alicuius ab aliquo] .i. in qua remouetur subiectum à prædicato per aduerbium Non; vt homo non est lapis. [quoniam autem enunciare est, & quod est esse, & quod non est, non esse] .i. quoniam potest dici id, quod est, non esse, & quod non est, esse, & quod est, esse, & quod non est non esse, [& circa ea, quæ extra præsens] idest in præsenti tempore, seu in præterito, & futuro.

Argumentum, & diuisiõ in cap. 5.

Enunciatio opposita est affirmatio, & negatio. & vtraque est vniuersalis cum signo vniuersali, & dicitur contraria; vt omnis homo est albus, nullus homo est albus: aut subcontraria, si auferas omnes, &

Nul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nullus, ut homo est albus, homo non est albus, est contradictoria, & sic. Omnis homo est albus, non omnis homo est albus: & nullus homo est albus, aliquis homo est albus. Cum igitur dixisset Arist. enunciationem esse affirmationem, & negationem, eas inter se scribit tribus modis, contrariè, subcontrariè, & contradictoriè, de quibus singulis sermonem habet, ac primum hoc pacto. ostendit sicut rerum quasdam esse universales, quasdam singulares: sic enunciationes, & has his uerbis [quoniã autem] deinde primum modum ibi narrat [si ergo in universali,] & exponit [dico autem in universali] secundum sic [quando autem in universalibus] exponit [dico autem non uniuersaliter] tertium [opponi autem affirmationem,] & sic explicat omnis homo.]

Diuiditur Enunciatio iuxta quantitatem. Enunciationum oppositiones assignantur: earumque ipsarum veritatem ac falsitatem ex quibus trahuntur: ac quæ sit vna affirmatio, & negatio determinatur. Cap. V.

QVoniam autem sunt hæ quidem rectè uniuersales, illæ verò singulares: (Dico autem vniuersale, quod in pluribus prædicari natum est: Singulare vero quod non: vt homo quidem est vniuersalium est. Callias vero eorum quæ sunt singularia:) necesse est quoque enunciationem quod ineſt aliquid, aut non, aliquidò quidem alicui eorum, quę vniuersalia sunt, aliquidò autem eorum, quæ singularia sunt. Si ergo vniuersali vniuersaliter enunciet quis quod est, aut non est; contrariæ enunciationes [illegible] Dico

Dico autem in vniuersali enunciare vniuersaliter: vt omnis homo albus est, nullus homo albus est. Quando autem in vniuersalibus, non vniuersaliter autem, non sunt contrariæ, quę autem significantur, est esse aliquando contrarias. Dico autem non vniuersaliter enunciare in his, quæ vniuersalia sunt, vt est albus homo, nõ est albus homo: cum enim vniuersale sit homo, non vniuersaliter vtitur enunciatione: omnis namque non vniuersale significat, sed quæ vniuersaliter, in eo vero quod prædicatur vniuersale, id quod est vniuersaliter prædicare, nõ est verum: nulla enim affirmatio vera erit, in qua cum vniuersale sit prædicatum vniuersaliter prædicatur: vt est omnis homo omne animal. Opponi autem affirmationem negationi, dico contradictoriè, quæ vniuersaliter significat eandem, quod non vniuersaliter: vt omnis homo albus est, nõ omnis homo albus est: nullus homo albus est, aliquis homo albus est. Contrariæ vero vniuersalem affirmationem & vniuersalem negationem, vt omnis homo iustus est, nullus homo iustus est.

ANNOTATIONES.

Quod in pluribus prædicari natum est] i. quod ex natura continet plura, vt homo singulos homines. Enunciare aliquid quod ineſt, aut non] i. dicere seu enunciare affirmationem, vel negationem vniuersaleim, aut particularem, vt homo est albus, vel homo non est albus: Socrates est albus, vel non. [si ergo in vniuersali vniuersaliter] si quis sententiam dicat vniuersalem, vel homo est albus, & vniuersaliter. hoc est, addat aliquod signum vniuersale, vt omnis, vel Nullus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& dicat, omnis homo est albus, nel Nullus [... uersaliter] .i. absque signo uniuersali [non ... traria] scilicet omnino, sed aliquo modo [... tem significanter] scilicet res possunt esse ... contraria. [id uero, quod prædicatur] .i. ... tum ut animal [id quod est uniuersaliter ... hoc est, si habeat signum uniuersale, ut ... est omne animal, non est uera enunciatio.

Argumentum, & diuisio in cap. 8.

Ex dictis tres Arist. infert regulas: prima ... possunt duæ orationes contrariæ esse simul ... da. Subcontrariæ possunt esse simul veræ, ut ... albus, homo non est albus tertia est. contra ... rum altera est uera, altera falsa; ut homo ... homo non est albus. Præterea uni affirma ... nitur una negatio; ut homo est albus, oppon ... mo non est albus: non opponitur autem, si ... minoram sit æquinocus. Talis est capitis ... ma. & id sumitur ex superiori capite. Divi ... tem in duas partes. in prima asserit contra ... posse esse simul veras ibi. [Quo circa hæ ... contrarias esse posse [his uero oppositas] ... tradictoriam alteram ueram, alteram falsam ... cunque igitur contradictiones.] In secunda ... affirmationis unam esse negationem sic [... est autem] & ostendit antea his uerbis [... uidetur significare idem] atque etiam ... [hoc enim idem oportet] ac exponit. Epilo ... uera facit, & inquit [quod igitur una affir ... quæ una sit, explicat ibi [una autem affirma ...

De regulis oppositarum propositionum. Cap. VI.

QVo circa hæ quidem impossibile est simul esse veras: his verò oppositas contingit aliquando in eodem simul esse veras: vt non omnis homo albus est, & aliquis homo albus est. Quæcunque igitur contradictiones vniuersalem sunt vniuersaliter, necesse est alteram esse veram, vel falsam: & quæcunque in singularibus sunt, vt est Socrates albus, non est Socrates albus. Quæcunque autem in vniuersalibus quidem, non vniuersaliter autem, non semper hæc quidem vera est, illa verò falsa est. Simul enim verum est dicere, quod est homo albus, & quod non est homo albus, & quod homo pulcher, & non est homo pulcher: si enim turpis est: non est pulcher, & si sit aliqd: non est. Videbitur autem subito inconueniens esse: eò quòd, quoniam videtur significare idem hoc, nihil est homo albus, & hoc, nullus homo est albus. hoc autem neque idem significat, neque simul necessario. Manifestum est autem, quod vna negatio vnius affirmationis erit: hoc enim idem oportet negare negationem, quod affirmauit, & ab eodem, vel ab aliquo singulari, vel ab aliquo vniuersalium: vt vniuersaliter, vel vt non vniuersaliter. dico autem, vt Socrates albus, non est Socrates albus. Si autem aliud aliquid ab eodem, vel ab alio idem; non est opposita: sed erit ab ea diuersa. Huic verò quæ est, omnis homo albus est, illi quæ est, non omnis homo albus est: Illi verò, quæ est, aliquis homo albus est, illi quæ est nullus homo albus est. illi autem quæ est, est homo albus,

cessarium, unde nihil poterit esse, & non esse, nec esse quicquam. Contrà, si affirmatio sit vera; negatio erit falsa: si negatio vera; affirmatio falsa. Deinde, si neutra esset vera; tolleretur aliquid posse esse, & posse non esse, ut hoc posse esse album, & posse non esse album. Nec enim non omnia necessario fiunt: aliàs consilium hominis esset verum frustra. Multa sunt non in actu, sed in potentia, quæ fieri, & non fieri, esse, & non esse, ut nostris potest videri, & non. quæ vero necessario eueniunt, ea necessario aut est ex suppositione, ut quando res est; necesse est esse: aut ex disiunctione ad opposita, ut erat necesse vel erit bellum nauale, aut non erit: & sic fit in propositionibus, sic in enunciationibus fit, ut quædam non sint vera, nec falsa, sed & vera, & falsa possunt esse. Idque non omnis contradictionis altera est vera, altera falsa, præsertim in futuris contingentibus. Hæc est huius cap. summa. Dividitur autem hoc pacto. Explicata conclusionem hanc infert, quæ est huius cap. propositum. eaq; est. non necessario in omnibus oppositionibus alteram esse veram, alteram falsam, & in enunciationibus vniuersalibus cum nota vniuersali, & singularibus quæ sunt absque nota vniuersali, & in singularibus. vnde inquit [in his ergo, quæ sunt] & propositionibus cap. subiungit sic [in singularibus vero. &c. probat autem his verbis [nam si omnis affirmatio] hoc vero comprobat duplici ratione. prima est [quare si hic dicat] secunda [nam si verum est dicere] de oppositum probat. oppositum est [at vero non] approbatio duplex est. prima [primum enim] secunda [& ad hæc si verum sit] deinde non necessario euenire ostendit duobus modis. primo [videntur enim esse] secundus [& quod etiam in his] postea declarat quomodo res se habeat necessitatem quæ dn. lex est: altera ex [suppo-

sitione tamquam ad opposita, sic. [manifestum igitur est quod] præterea concludit propositum [quare eum similiter erationes.]

Quo pacto in futuris contingentibus contra diffinitionis regulam veritatem habeat. Cap. IX.

In ijs ergo, quæ sunt, & quæ facta sunt necesse est affirmationem, vel negationem veram vel falsam: Et in vniuersalibus quidem vt vniuersaliter, semper hanc quidem veram, illã verò falsam esse, & in ijs, quæ singularia sunt, quemadmodum dictum est. In vniuersalibus autem quæ non vniuersaliter dicta sunt, nõ necesse est. dictum est autem & de his. In singularibus affirmatio, & negatio vera, vel falsa est, & quidem necesse est esse, vel non esse. quare, si hic dicat futurum esse aliquid: ille verò non futurum esse, non dicere alterum ipsorum manifestum est, quod necesse est. verum dicere alterum ipsorum, si omnis affirmatio, vel negatio vera, vel falsa est: vtraque enim non erunt simul in talibus. Nam, si verum est dicere, quod album, vel non album, necesse est esse album, vel non album, vel futurum esse, vel negare. & si nõ est, falsum dicit: & si falsum dicit, non est. Quare necesse est semper affirmationem, aut negationem veram esse, vel falsam. Nihil igitur neque est, neque fit, nec a casu, nec vtrumlibet contingit, atque erit, vtrumlibet non erit, sed ex necessitate omnia, & non vtrumlibet contingit: aut enim qui dicit verum, aut qui negat: similiter enim vel fieret, vel non fieret quod enim vtrumlibet cõtingit, ni-

hil magis, sic vel non sic se habet, vel habebit. Amplius autem, si est album nunc; verum erit dicere prius, quod erit album. quare semper verum dicere quodlibet eorum, quę facta sunt quod est, vel erit. si autem semper verum est dicere quod est, vel erit; non potest hoc non esse, vel non futurum esse. quod autem non potest non fieri, impossibile est non fieri: & cui impossibile est non fieri, necesse est fieri. Non igitur, quæ futura sunt, necesse est fieri. Non igitur vtrumlibet contingit, neque à fortuna erit: nam, si à fortuna; non ex necessitate. Verò nec quod neutrum verum est dicere contingit: quod neque erit, neque non erit. Primum enim cum sit affirmatio falsa; negatio non vera erit: & cum hæc falsa sit; contingit autem negationem non veram esse. Et ad hæc, si verum est dicere, quod album est simul, & magnum, contingeret esse vtrunque. si verò erit crastino, oportebit eras. si autem neque erit, neque non erit; non erit: vtrumliber contingit: vt est manifestum bellum: oporteret enim neque fieri nauale bellum, neque non fieri. Quæ ergo contingunt, & conuenientia hæc fiunt, & huiusmodi alia. Quidem omnis affirmationis, & negationis, quæ in vniuersalibus dictis, vt vniuersaliter, ita & in ijs, quæ sunt singularia, necesse est oppositarum hæc quidem veram esse, illam verò falsam. Nihil autem vtrumlibet cõtingit esse in ijs, quæ non fiunt, sed omnia esse, & fieri ex necessitate. Quare neque consultare oportebit, neque negotiari: quòd si hoc quidem facimus; erit hoc: si vero non hoc; non erit hoc: nihil enim prohibet, & in annum decies millesimũ, hanc quidem dicere hoc futurum esse, illum verò non

dicere. Quare ex necessitate erit vtrumlibet eorum, quod ab ipso verum erat dicere tunc. At verò nec hoc differt, si aliqui dixerint contradictionem, vel non dixerint. Manifestum enim quod sic se habent res etiam si non hic quidem dixerit quid, ille verò negauerit: nõ enim propter negare, vel affirmare erit, vel non erit, nec in decies millesimum annum, magis quam in quantolibet tempore. Quare si non omni tẽpore sic se habebat, vt, alterum vere diceretur, necesse erat hoc fieri: & vnumquodque eorum quæ sunt, semper sic se habebant, vt ex necessitate fieret: si enim verè dixit quis quod erit, non potest non fieri: & quod factum est, verum fuit dicere semper, quod erit. Si itaque hæc impossibilia sunt: videmus enim esse futurorum principium, & ab eo quod consultamus, atque aliquid agimus: & quod est, omnino in ijs, quæ semper actu sunt, possibile esse, & non esse similiter, in quibus vtrunque contingit, & esse & non esse, quare & fieri, & non fieri; & multa hanc habent possibile est incidi, & non incidere, sed prius exteretur: similiter autem & non terebrari possibile est, non enim esset eam prius excidi possibile esset non incidi: quare & in aliis generationibus, quæ secũdum huiusmodi potentiam dicuntur. Manifestum igitur est, quòd non omnia ex necessitate, vel sunt, vel fiunt, sed alia quidem vtrumlibet contingit, & magis affirmatio, quam negatio erit vera, vel falsa: alia verò magis quidem, & vt in pluribus alterum, nihilominus contingit fieri, & alterum: alterum verò minimè. Igitur esse quod est, quando est, & non esse quod non est,

quãdo non est necesse est: sed non omne, quod est, necesse est esse: nec quod non est, necesse est non esse: non enim idem est omne quod est necessario esse, quãdo est, & simpliciter necessitate esse: similiter autẽ & in eo quod non est. Sed & in cõtradictione eadem ratio est. Quidem, vel non esse omne necesse est, & futurum esse, vel non: non tamen diuidentem re alterum necessarium. dico autem vt necesse est futurum esse bellum nauale eras, vel non futurum esse non tamen fieri eras bellum nauale necesse est, neque non fieri: fieri tamen, vel non fieri necesse est. Quare cum similiter affirmationes veræ sint, quemadmodum & res manifestum est, quod quæcunque sic se habent vt sint vtrumlibet contingit, & contraria recipiant; necesse est similiter se habere & contradictionem. quod contingit in ijs, quæ non semper sunt, vel non semper non sunt. Horum enim necesse est alteram partem contradictionis veram esse, vel falsam; non tamen hanc, vel illam, sed vtrumlibet contingit: & magis quidem veram alteram, non tamen veram, vel falsam. Quare manifestum est quod non est necesse omnis affirmationis & negationis oppositarum, hanc quidem veram esse illam autem falsam esse; non enim quemadmodum in ijs, quæ sunt, sic se habent & in quæ non sunt quidem: possibilibus tamen esse vel non esse, sed quemadmodum dictum est

Arist. de interpret. lib. 1. finis.

ANNOTATIONES.

In his ergo, quæ sunt, & quæ facta sunt] .i. enuntiationes, & propositiones de tempore præsenti, & præterito. [in singularibus verè, & futuris] vt Socrates erit albus, non altera erit vera, altera falsa .i. [vera, vel falsa est] .i. de futuris [& omne necesse est esse, vel non esse] hoc est, necessariò altera erit vera, & altera falsa. [non erunt simul] .i. mentiuntur simul. [quid album, &c.] .i. ad quod nunc est album, sonare fuit verum dicere, hoc erit album. [nec à fortuito] .i. sit aliquid [nec vtrumlibet contingit] .i. nec aliquid est contingens, vel potest esse, & non esse. [verum erat dicere prius] .i. verum fuit dicere antea. [non potest hoc non esse] .i. impossibile est, vt hoc non sit [videmus enim esse] .i. nos [& quod est in actu] .i. quæ non semper actu sunt, possibile esse, & non esse. [cur quod non est semper in actu, est in potentia. [igitur esse quod est] .i. id, quod est, esse. [non enim idem est, omne quod est, necessario esse, quando est, & simpliciter ex necessitate esse] .i. cum duplex sit necessitas, altera absoluta, altera supposita, hæc una est illa.

quãdo non est necesse est: sed non omne, quod est, necesse est esse: nec quod non est, necesse est non esse: non enim idem est omne quod est necessario esse, quãdo est, & simpliciter ex necessitate esse: similiter autẽ & in eo quod non est. Sed & in cõtradictione eadem ratio est. Non quidem, vel non esse omne necesse est, & fieri num esse, vel non: non tamen diuidenter omne alterum necessarium. dico autem vt necesse est futurum esse bellum nauale cras, vel non futurum esse non tamen fieri cras bellum nauale necesse est, neque non fieri: fieri tamen necesse est non fieri necesse est. Quare cum similiter affirmationes veræ sint, quemadmodum & res manifestum est, quod quæcunque sic se habent vt sint vtrumlibet contingit, & contraria ita se habere suscipiant; necesse est similiter se habere & contradictionem. quod contingit in ijs, quæ non semper sunt, vel non semper non sunt. horum enim necesse est alteram partem contradictionis veram esse, vel falsam; non hanc, vel illam, sed vtrumlibet contingit. magis quidem veram alteram, non tamen iam veram, vel falsam. Quare manifestum est quod non est necesse omnis affirmationis, negationis oppositarum, hanc quidem veram, illam autem falsam esse; non enim quemadmodum in ijs, quæ sunt, sic se habent & in quæ non sunt quidem: possibilibus tamen esse vel non esse, sed quemadmodum dictum est

Arist. de interpret. lib. 1. finis.

ANNOTATIONES.

In his ergo, quæ sunt, & quæ facta sunt] .i. enuntiationes, & propositiones de tempore præsenti, & de præterito. [in singularibus verb, & futuris] vt Socrates erit albus, non altera erit vera, altera falsa, [vera, vel falsa est] .s. de futuris [& omne necesse est esse, vel non esse] hoc est, necessario altera esset vera, & altera falsa. [non erunt simul] .s. neque fuit verum dicere, hoc erit album. [nec à fortuito] .s. fit aliquid [nec vtrumlibet contingit] .i. nec aliquid est contingens, vel potest esse, & non esse. [verum erat dicere prius] .i. verum fuit dicere oppositum [non potest hoc non esse] .i. impossibile est, vt non sit [videmus enim esse] .s. nos [& quod est in his, quæ non semper actu sunt, possibile esse, & non esse] .i. eius quod non est semper in actu, est in potentia. [inde esse quod est] .i. id, quod est, esse [non eadem est, omne quod est, necessario esse, quando est, & simpliciter ex necessitate esse] .i. cum duplex sit necessitas, altera absoluta, altera supposita, hæc non est illa.

ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE.

Liber secundus.

SVMMA LIBRI.

De Enunciationibus infinitis. De Enunciationum vniuersitate ac pluralitate: Et prædicationibus vniuersis, atque diuisis. De Enunciationibus modalibus. Et quæ Enunciationes magis inuicem sint contrariæ.

ARGVMENTVM, & diuisio in Caput 1.

Omnis enunciatio constat ex nomine, & verbo finito, vel infinito, suitum nomen est Homo, infinitum Non homo, verbum finitum est Est, infinitum Non est valet. pluresque igitur reddiuntur sententiæ ex duabus propositionibus, & nomine, & verbo vtamur infinito, primum in subiecto, deinde in prædicato, postremisque, vnde in subiecto sic. Homo est, homo non est, non homo est, non homo non est: sic si vtamur finito, & infinito nomine-simul, vt, Omnis homo est, omnis homo non est, omnis non homo est, omnis non homo non est. Sed

tendum est in particularibus, & in singularibus: & in tempore præterito, & in futuro. In prædicato sic exponitur. Homo est iustus, homo non est iustus homo non iustus, homo non est non iustus. his posset nota vniuersalem addere, & particularem, & singularem, & vt in præsenti, sic in præterito tempore, & futuro. idem si loco prædicati, & Est collocet verbum, Homo valet. Hæc est propositionum simplicium pluralitas: quarum hæ sunt contrariæ, & non simul verę. Omne animal est iustum, nullum animal est iustum. hæ subcontrariæ, & simul possunt esse verę. Animal est iustum, animal non est iustum. diæ sequentes, Nullus homo est iustus, ergo omnis homo est non iustus. per aliquis homo non est iustus, ergo aliquis homo est non iustus. Nec dicas nomina, & verba infinita esse negationes: quia non significant verum, vel falsum: nec eadem transposita, vt homo est iustus, & est iustus homo, pluralitatem inferre propositionum. Diuiditur ergo hoc caput in quatuor partes. In prima duas conclusiones proponit, vbi ait [quoniam autem est aliquid] in secunda docet, quo pacto enunciationes plures eædem cum Est, ibi [quare prima est affirmatio] in tertia ostendit earum pluralitatem cum tertio adiacente, vbi scribit [quando autem Est, tertium] in quarta plura explicat, & primum quomodo se habeant inter se propositiones, ibi [quoniam autem contraria est negatio] & deinde cui nomini fit [addendum si interrogatus fueris, ibi [manifestum autem etiam] & nomina infinita, & verba negationes esse, quando ait [quæ verò secundum infinita] & nomina, & verba transpositæ pluralitatem non efficere, ibi [transpositæ verò nomina.]

Summa propositionum.

Propositiones fiunt aut ex nomine, & verbo finito, aut infinito, aut ex altero termino finito, altero infinito, & ex utrisque infinitis.

Ex nomine, & verbo finito sic.

Homo est.	*Homo non est.*

Ex nomine infinito.

Non homo est.	*Non homo non est.*

Ex subiecto finito, & praedicato infinito.

Homo est non iustus.	*Homo non est non iustus.*

Ex subiecto infinito, & praedicato finito.

Non homo est iustus.	*Non homo non est iustus.*

Ex subiecto, & praedicato infinitis.

Non homo est non iustus. Non homo non est non iustus.

His potest addi nota vniuersalis, vt omnis, & nullus: particularis, vt aliquis: & singularis, vt hic homo, in tempore praesenti, praeterito, & futuro: vnde constituuntur affirmatiua propositiones, & negatiuae hoc modo. Singulares quatuor: Socrates est iustus, Non Socrates est iustus, Socrates non iustus, Non Socrates est non iustus. Has quatuor sequentur singulares. Particulares verò quatuor

quale homo est iustus, aliquis non homo est iustus, aliquis homo est non iustus, aliquis non homo est non iustus. Indefinita vniuersales quatuor. Homo est iustus, & alia tres dicta. Vniuersales verò vniuersales quatuor, sine tum nota vniuersalis sunt hæ quatuor. Omnis homo est iustus, Omnis non homo est iustus, Omnis homo est non iustus, & omnis non homo est non iustus. Negatiuas pericompanes: atque hæ in tempore præsenti: in præterito, vel futuro conficies sic. Homo fuit iustus, &, Homo erit iustus.

De Enunciationibus infinitis cuiuscunque generis, ipsarumq; oppositionibus ac consequentiis. Nominationem, ac verba transposita idem significare. *Cap. I.*

QVONIAM autem est aliquid de aliquo affirmatio significans: hoc autem, vel nomen est, vel innominatum: vnum autem oportet esse, & de vno id quod est in affirmatione: nomen autem dicam est, & innominatum prius: (non homo enim nomen quidem non dico, sed nomen infinitum. vnu enim significat aliquo modo infinitum nomen, quemadmodum & non valet non verbum) sed infinitum verbum. Erit igitur omnis affirmatio, & negatio, vel ex nomine, & verbo, vel ex infinito nomine, & verbo. Sine verbo autem nulla affirmatio, vel negatio est. Nam vel fuit, vel erit, vel quæcunque huiusmodi verba, ex ijs sunt, q posita sunt: consignificant enim tempus. Quare prima erit affirmatio, & negatio, est homo, non est homo: deinde, est non homo: non est non homo.

mo. Rursus, est omnis homo, non est omnis homo: est omnis non homo, non est omnis non homo. Et in ijs, quæ extrinsecus sumuntur temporibus eadem ratio est.

Quando autem Est, tertiũ adiacens prædicatur, dupliciter dicuntur oppositiones. Dico autem vt est iustus homo, ipsum Est, tertium dico adiacere nomen, vel verbum in affirmatione. Quare ob id ipsum quatuor erunt illæ quarum duæ quidem ad affirmationẽ, & negationem se habebunt secundum consequentiam, vt primæ: duæ vero minime. Dico autẽ quod Est, non iusto adiacebit, aut non iusto: quare etiã oppositio. quatuor igitur erũt. Intelligimus vero quod dicitur ex ijs, quę subscripta sunt. Est iustus homo, huius negatio est, non est iustus homo: est non iustus homo, huius negatio est, non est iustus homo: Est enim hoc in loco, & nõ Est iusto, & non iusto adiacebit. Hæc igitur, quemadmodum in resolutorijs dictũ est, sic sunt vsurpata.

Enunciationum indefinitarum oppositio ex primo Priorum in fine.

A	C
Simplex affirmatio.	Simplex negatio.
Homo iustus est.	Homo iustus non est.
C	A
Priuatoria negatio.	Priuatoria affirmatio.
Homo iniustus non est.	Homo iniustus est.
C	A
Infinita negatio.	Infinita affirmatio.
Homo non iustus non est.	Homo non iustus est.

Eo-

Eorundem dissositio in terminis vniuersaliter, ac in parte.

A	C
Siplex affirmõ vniuersaliter.	Siplex negõ ī pte.
Omnis homo iustus est:	No oīs homo iust⁹ est.
C	A
Priuatoria neg. in pte.	Priuat. affir. vniuersaliter.
Non oīs homo iniustus est.	Oīs hõ iniustus est.
C	A
Infinita negõ in parte.	Infin. affir. vniuersaliter.
Nõ oīs hõ non iustus est.	Oīs hõ non iustus est.

Vt dissositæ sunt hæ enuntiationes de subiecto finito, eadem pacto dissoni possunt enunciationes de subiecto infinito, addendo ipsi homini dictionem, non.

Similiter autem se habebunt, & si vniuersaliter nominis sit affirmatio; vt omnis est homo iustus, negatio huius, non omnis est homo iustus. omnis est homo non iustus: non omnis est homo non iustus. Tamen non similiter ansiquido. Hæ igitur duæ oppositæ sunt mutuò. Aliæ autem duæ ad non homo, quasi ad subiectum aliquod additum: vt, est iustus non homo non est iustus non homo: est iustus non homo non erunt non iustus non homo: plures autem his fiẽ secundum se erunt, vt nomine vtentes eo, quod est non homo. In quibuscunque autem non cõuenit, vt in eo quod est sanum esse, & ambulare, in ijs idem facit sic positum, ac si

Est,

Est, addereturvt sanus est omnis homo: non
sanus est omnis homo, sanus est omnis ho-
mo: non sanus est omnis non homo: nō est
dicendū est, non omnis homo, sed, non
gationem ad id quod est, homo, addecim
est: omnis enim nō vniuersale significat: sed
quod vniuersaliter: manifestum est autem
eo quod est, valet homo, non valet homo,
let non homo, non valet non homo: hæc
ab illis differunt; eo quod vniuersaliter nō
quare Omnis, vel Nullus nihil aliud
ficat, quam quod vniuersaliter de nomine
affirmationem, vel negationem, ergo &
qua eadem oportet apponi. Quoniam
trária est negatio ei, quæ est oe est
stum, illa quæ significat, quod nullus est
iustum: hæ quidem manifestum est, quod
quam erunt neque verę simul, neque in
his vero oppositæ erunt aliquando, vt
animal iustum est, & est aliquod animal
sequuntur vero, & hæ, eam quidem quæ
omnis est homo non iustus, hæc, nullus
est iustus: illam vero, est non omnis homo
iustus, oppositæ, quod est aliquis homo
necesse est enim aliquem esse. Manifestum
autem etiam, quod in singularibus si vera
interrogatum negare, quod & attribuere
est, vt putasne, Socrates sapiens est? non.
tesigitur est non sapiens. In vniuersalibus
rò non est vera, quæ similiter dictitur: vera
negatio est, vt putasne, omnis homo sapiens
non omnis igitur homo non sapiens est? non
falsum est, sed non igitur omnis homo sapiens
est, verum est. hæc enim oppositæ est
contraria. Quæ vero secundum infinitas

lucentes sunt nomina, & verba, vt in eo quòd
est non homo, vel non iustus, quasi negationes
hæc nomine, & verbo esse uidebuntur. sed non
sunt: semper enim, vel veram, vel falsam esse ne
cesse est negationem: qui verò non homo di-
cit, nihil magis, quàm qui dicit homo, sed etiā
nimis verus, vel falsus fuit, nisi aliquid adda-
tur. significat autem, est omnis non homo iu-
stus, nulli illarum idem, nec huic oppositæ, quę
est, nō est omnis non homo iustus. ea verò, quæ
est, omnis non iustus non homo est, illi quæ est
nullus est iustus non homo, idem significat.
Transposita verò nomina, & verba idem signi-
ficant: vt est albus homo, & est homo albus: nī
hoc non est; eiusdem multæ erunt negatio-
nes, sed ostensum est, quòd vna vnius est. Eius
enim quæ est, est albus homo, negatio est, non
est albus homo: eius autem quæ est, est homo
albus, si non eadem est ei, quæ est, est albus ho
mo: erit negatio, vel ea quæ est, non est non ho
mo albus, vel ea quæ est, non est homo albus.
sed altera quidem est negatio. ea, quæ est, non
est non homo albus, eius est non homo albus:
altera uerò eius, quæ est, est albus homo, qua-
re erunt duæ vnius. Quod igitur transposito no-
mine, & verbo, eadem sit affirmatio, & nega-
tio manifestum est.

ANNOTATIONES.

Infinitatum] i. nomen infinitum, vt Non ho-
mo. *Vnam autem oportet esse*, &c. de vno id, quod est
in affirmatione] hoc est, oportet propositionem affir-
mativam non habere nisi vnum prædicatum, & vnum subie-
ctum, vt homo est animal, animal est prædi-
ca-

dicatum, ac continens huius subiectum, & contradi-
[vel quæcunque alia huiusmodi verba, ex his sunt,
quæ posita sunt] i. vel quidlibet aliud consimile nomi-
bum, & proportionabile. [quare prima erit affirma-
tio, & negatio, est homo, non est homo] i. quare affir-
matio, & negatio prima est, homo est, homo non
est. [Et in his quæ extrinsecus suæ temporum na-
dem ratio est] i. eadem affirmationes, & negationes
confici possunt cum verbis præteriti, & futuri tem-
poris. [quando autem Est &c.] hoc est, quando
verbum Est tertium adiacens prædicatur cum duo-
plo plures enunciationes, huæ propositiones. Est
homo dicitur tertium adiacens, cum post ipsum ad-
datur nomen, vel verbum loco nominis; ut homo in-
stans. [quarum duæ, &c.] i. duæ harum quæ sequun-
tur, vel una negativa sequuntur ad affirmativas: sed duæ
affirmativæ non sequuntur ad negativas. [quæ
[ut privationes] i. negativa [duæ vero non sequun-
affirmativa non. [in resolutoriis dictum est] i.
est in fine primi libri Priorum. [tamen non simul
angulares veras esse contingit] i. in singularibus
nes, singulares propositiones possunt simul esse veræ,
universales non. vocat singulares eas propositiones,
quæ opponuntur ad modum contrariarum, non
tradictiariarum. [Est iustus non homo] sic dicitur
[Non homo est iustus, sic & alia.] hæ autem dicun-
laiosa, &c.] hoc est, hæ propositiones dicta cum
iecto infinito nullo modo se habent ad illas, quæ
sunt de subiecto finito. [sanum esse] recitum est
Valere. [ac si Est adderetur] i. ac si diceret, Sanum
est valens, & homo est ambulans. [uniuersales
i. cum nota uniuersali, ut Omnis, & Nullus.
in singularibus si verum est interrogatio, negare, &
& affirmare verum est] i. ex responsione data ad quæstionem affirmativam semper licet

ferre affirmativam de prædicato infinito in singula-
ribus, sed non in universalibus: vt, si quæratur. Est
ne Socrates sapiens? & respondeatur, Non. iure infer-
tur. Socrates ergo est non sapiens. si verò in universa-
libus quæratur, Est ne omnis homo sapiens? & respon-
deatur Non, non iure infertur, Ergo omnis homo est non
sapiens; sed non omnis homo est sapiens. [quæ vero
secundum infinita correlativa sunt nomina, & ver-
ba.] hoc est, propositiones, quæ sunt ex nomine, &
verbo infinito, videlicet negativæ; tamen non sunt
veræ negationes. [nisi aliquid addatur] i. verbum.
significat autem, &c.] hoc est, propositiones ex sub-
iecto finito, & quæ ex infinito constant, non sequun-
tur se invicem, nec idem valent; vt omnis non homo
est iustus non eadem est vtri propositioni, quæ subiectū
habet iustum. [eius enim quæ est, &c.] sic leges.
huius propositionis affirmativæ, homo est al-
bus, est, homo non est albus. quod si verum non sit;
sed vera negatio erit, Non homo est albus, aut, non al-
bus est homo.

Argumentum, & diuisio in cap. 2.

Enunciat quis plures sententias, vel propositiones,
dum profert plura, quæ non significent vnū, nec vnū,
quod plura significet. ad quod dialecticè interroga-
tum non datur vna responsio: nec est vna affirmatio,
nec negatio. Inueniuntur aliquæ propositiones, quarū
termini secundum diuisi, reddunt eas veras: red-
dunt & coniuncti; vt, homo est animal, & homo est
bipes, quare homo est animal bipes. sed in tribus tem-
poribus non verè sunt, primò quando fit negatio;
Socrates est homo, Socrates est bipes, ergo Socra-
tes est homo bipes. negatio fit dum infertur. Homo
bipes est eruum palam hominē esse bipedem. sic. So-
crates est homo, & Socrates est homo albus, ergo So-
crates

crates est homo homo albus. Secundò quando prædicata accidentia diuisim prædicantur ac proferuntur, non iuncta vero non verum efficiunt orationem; vt Socrates est albus, & Socrates est musicus, quando Socrates albus musicus. tertio ubi aliqua vox est æquiuoca bonum inest Socrati, & inest musico. quare falso concludes dicens. Socrates est bonus, Socrates est musicus, Socrates igitur est bonus musicus. Quarto quando uerè disiunctæ coniungi sic. Socrates est homo, Socrates est albus: Socrates igitur est homo albus. tamè in tribus fallit: primo quando dictiones repugnant, vt homo mortuus: vt Socrates est homo mortuus; igitur Socrates est homo. secundo quando sic. Homerus est aliquid, vt poeta; est ergo aliquid. tertio dum adest æquiuocum in coniuncto, vt Socrates est bonus citharedus: Socrates igitur est bonus. Diuiditur hoc caput inter partes, quæ tractant vnum determinantes propositum, quod est de enuntiationibus, quæ alterum habent extremorum vnum. prima ostendit quænam enunciatio plures [ibi [at verò vnum de pluribus] deinde explicat [dico autem vnum] secunda, quomodo se habeant sequentia à diuisis ad coniuncta, ibi [verbis [cum vero hæc quidem] & explicat sic [de homine verum est] & sic [de homine enim, & homine tertio, quo pacto à coniunctis ad diuisa, ibi [verum est autem dicere.]

De enunciationum vnitate, at pluralitate. Et quando falso veritas, & falsitas inesse reperiatur in propositionibus coniunctis atque diuisis. Cap. I.

AT verò vnũ de pluribus, vel plura de vno affirmare, vel negare, nisi sit vnũ aliquod quod ex pluribus significatur, non est affirmatio,

tio, neque negatio vna. Dico autẽ vnum, non si vnum nomen positu sit, non sit autem vnum aliquid ex illis; vt homo est fortasse & animal, & bipes, manifuetum, sed ex his vnum fit. ex albo autem, & homine, & ipso ambulare non erit vnum. Quare nec si vnum aliquid de his affirmet aliquis, erit affirmatio vna: sed vox quidem vna, affirmationes vero multæ, nec si de vno sit: sed similiter multæ. Si ergo dialectica interrogatio responsionis est petitio, vel propositionis, vel alterius partis contradictionis, propositio vero contradictionis est vnius pars: non erit vna responsio ad hæc. neque enim interrogatio vna, neque enim si sit vera. dictum est autem de his in Topicis. Simul autem manifestum est, quod nec hoc ipsum quid est, dialectica interrogatio est: oportet enim datum esse ex interrogatione, eligere, vtrum velit contradictionis partem enunciare: sed oportet interrogantem determinare, vtrum hoc sit homo, an non hoc.

Quoniam verò hæc quidem prædicantur cõposite, vt vnum omne prædicatum fiat, eorum quæ extra prædicantur: alia uero non: quæ est differentia? De homine enim verum est dicere, & extra animal, & extra bipes: & hęc vt vnum; & hominem, & album: & hęc vt vnum. sed non si coriacius est, & bonus; etiã coriacius bonus. si enim quoniam vtrunque uerum, esse oportet & simul vtrunq; multa inconuenientia erũt. De homine enim, & hominem uerum est dicere, & album: quare & omne. rursus si album ipse homo, & omne. quare erit homo albus, albus, & omne in infinitum. & rursus musicus albus ambulans, & hæc eadem frequenter implicita in

Universidad de Deusto
Biblioteca

infinitum. Amplius, si Socrates, Socrates est, & homo: & Socrates Socrates homo, & si homo, & bipes; erit homo bipes. Quod igitur, si quis simpliciter dicat complexiones fieri, multa accidit dicere inconuenientia, manifestum est. Quemadmodum autem ponendum est, nunc dicimus. Eorum igitur, quæ prædicantur, & quibus prædicati accidit, quæcunque secundum accidens dicuntur, vel de eodem, vel alterum de altero, hæc non erunt vnum. vt homo album est, & musicus: sed non est vnum album, & musicum: accidentia enim sunt vtraque. Nec album, musicum verum est dicere; tamen non album musicum vnum aliquid: secundum accidens enim album musicum. Quare non erit album musicum vnum aliquid. quo circa hæc non magis bonus simpliciter: sed animal bipes, quia enim secundum accidens. Amplius, nec quæcunque insunt in altero, quare neque aliquid hominem: neque homo, homo animal est, nec bipes: insunt enim in homine animal, & bipes. Verum est autem dicere de aliquo, & simpliciter: vt aliquem hominem hominem, aut album hominem, hominem album, non semper. Sed quando in adiecto quidem alicui oppositorum insit, quod consequitur contradictio, non verum, sed falsum est; vt hominem album, hominem dicere, quando autem non insit, verum. Aut, quando insit quidem, semper non uerum est; quando vero non insit, non semper uerum est: vt Homerus est aliquid, a poeta, vtrum igitur est, an non? secundum accidens enim prædicatur, Est, de Homero (quia enim est poeta) sed non secundum se prædicatur de Homero, ipsum Est. Quare in quibus

prædicationibus neque contrarietas ineſt, ſi de definitiones pro nominibus dicantur, & ſecundum ſe prædicentur, & non ſecundum accidens, in his, aliquid & ſimpliciter verum erit dicere. Quod autem non eſt, quoniam opinabile eſt, non eſt verum dicere eſſe aliquid: opinio enim eius eſt, non quid eſt, ſed quod non eſt.

ANNOTATIONES.

Vnum de pluribus, vel plura de vno affirmare, vel negare] .i. vnum ſignificare plura, vel plura vnum affirmatiuè, vel negatiuè [*niſi ſit vnum aliud, quod ex pluribus ſignificatur*] .i. niſi id ſit vnum, vt homo, à pluribus demonſtratum, vt ab animali, rationale, & mortale. [*ex albo autem, & homine, & ambulare non eſt vnum*] quoniam, ſcilicet vnum ſignificat, ac idem plures eſt propoſitiones, vnum. [*affirmet*] .i. dicat propoſitionem affirmatiuam. [*ſed vox vna*] vt canis, quæ ſignificat eatenus celeſte, aquatilem, & terreſtrem, ſi proferatur. [*multæ affirmationes*] .i. propoſitiones affirmatiuæ. [*nec ſi de vno iſta*] .i. nec ſi plura vt album, & ambulans prædicantur de homine, & dicitur homo eſt albus, & ambulans; non tamen eſt homo albus ambulans. [*propoſitio*] ſcilicet quæ interrogatur, [*interrogatio*] [*contradictionis vnius eſt pars*] ſilium ſi, sumus ne mater filium deligit? non eſt interrogatio. [*nec ipſum quidem dialectica interrogatio eſt*] quoniam ſcilicet interrogatio dialectica [*propoſitionis probabilis adro, vt poſſit quis*] [*contradictionis partem.* [*quoniam*] [*contradictur compoſita, vt omne & c.*] [*quædam ſunt, quæ conuincit prædi-*] [*inferimur ex his, quæ prædicantur dimi-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sim, ut illa, quæ sic se habent, ut ex ipsis necessario
fieri extremum. & quædam sunt, quæ prædicantur
diuisim, & non coniunctim. [extra animal, & gressi-
bra bipes] i. homo est separatim animal, & separa-
tim bipes [& hæc ut unum] i. & hæc, scilicet ani-
mal, & bipes faciunt unum, siue una copulatione
animal bipes. [Sed non] scilicet in omnibus
riarius sit, & bonus. [utrumque uerum] alte
alterum uerum. [de homine enim] scilicet
ri, ut Socrate,] & hominem uerum est dicere
bum] i. uerum est dicere, Socrates est homo, &
bus separatim [quare, & omne] i. quare, &
est, ut Socrates est homo albus. [cuius si albe
sum; & omne] hoc est, præterea si Socrates est
bus, & homo albus: quare erit homo albus. [
ficus albus ambulans] i. si Socrates est musi
albus, si ambulans igitur, & omnia simul
crates est musicus albus ambulans. [si quis
ter dicat] aliu addunt, & ut contingit. [cu
turque prædicantur, &c.] hoc est, quæ per
prædicantur, ut album, & musicum de homi
quæ per accidens sunt subiecta. [non erit
quid] nisi scilicet per accidens. [coniunctim
scilicet uad, uel per se, uel coniunctim; quæ
tur, hic homo est bonus, hic homo est coriarius.
plius nec quæcunque insunt in altero] i. præter
ea diuersa, quæ includuntur in aliquo, hoc ea
sentialia, siue accidentalia, diuisa non inferunt
ut Socrates est homo, & est animal, igitur So
est homo animal: sit enim ratio. [uerum est
dicere de aliquo simpliciter] i. aliquando
si prædicatum coniunctum proferas diuisum
quem hominem] i. Socrates est homo albus
Socrates est homo, & est albus. [sed quando
tio aliquid oppositorum insit] i. quando est

tio, & oppositio in uerbis prædicati; ut homo mor-
tuus, hæc duo nomina inter se repugnant: non enim
appellatur quispiam homo, nisi sit uiuus. quare non ue
rum est dicere, Socrates est homo mortuus: igitur So
crates est homo. [quando autem non inest] contradi
ctio, & repugnantia. [aut quando inest quidem,
&c.] i. quando prædicatum est ampliatum; non in-
telligitur Homerus est aliquid ut poeta; nec
hominum de Homero. quare uerbum Est, prædica
tur de Homero per accidens.

Argumentum, & diuisio in cap. 3.

Hæc accedit Arist. ad propositiones, quæ uulgò
modales appellantur, conficiendas, ac monet aduer-
tendum non apponi oportere non ad uerbum, sed ad no-
men: nempe negatio huius propositionis. Possibile est
hominem ambulare: non est hæc, Possibile non est ho-
minem ambulare: quoniam potest, & ambulare, & non
ambulare; sed hæc, Non possibile est hominem
ambulare, idem est dicendum de impossibili, contin-
genti, & necessario. Hæc quidem se inuicem conse-
quuntur: antiqui enim existimabant hæc se consequi
propositiones, ac primum, Possibile est Socratem esse,
contingens est Socratem esse, non impossibile est Socra-
tem esse, & non necesse est Socratem esse. Secundò
Possibile est Socratem non esse, contingens est non
esse, non impossibile est non esse, & non necesse est So-
cratem non esse. Tertiò hoc modo. Non possibile est
Socratem esse, non contingens est Socratem esse, im-
possibile est Socratem esse, & necesse est Socratem
esse. Quartò non possibile est Socratem non esse,
non contingens est non esse, impossibile est Socratem
non esse, & necesse est Socratem esse. Aristo. autem
sensit eadem sunt in primo ordine, & in secundo,

possibile es, & necessarias non recte ab antiquis
tas esse: non enim æquè pollent; ut Non necesse
se. & possibile esse non æquipollent: nec hæ, Non
cesse est non esse, & possibile est non esse. id
bat tribus rationibus, & primæ est. Necesse
esse, & non necesse est esse sunt simul uera.
possibile est esse, & necesse est non esse sibi
cant; non æquè pollent possibile est esse, &
se est esse. Secundæ est, necesse est, & impos
sunt contrariæ. itaq; æquè ualent, si Non, ad
Non impossibile est esse, & non necessarium
esse tertia existit. sibi contradicerent, Necesse
esse, & non necesse est esse: nam sequitur, Non
est esse; igitur possibile est esse. si possibile
go non necesse est esse. quare si necesse est esse
necesse est esse. quod est falsum. sed dictum
bile æqui necessarium. quod uerum est, quando
ficas necessarium, & contingens: quando au
quod non est necessarium, non est uerum, nam
quædam potentiæ rationales, ut humanæ, quæ
opposita: quædam irrationales, quæ sunt duplices
liæ semper sunt actu, ut ignis potentia est semper
lesciendi & hæ non sunt ad opposita: aliæ quan
que actu, quandoq; potentia, ut potentiæ medi
torum, & hæ ad opposita fiunt. quæ igitur
sunt actu, sunt necessariæ: quæ non semper sunt
bilia. sed quæ semper sunt priora sunt his, quæ
semper sunt, ut primæ substantiæ. quadam
sunt in actu perfecto, sed possunt, ut motus.
huius cap. sententia. Dividitur autem in tres
ter. dixerit Arist. in prima, utrum Non, appo
dam sit ad uerbum, an ad modum, & ostendit
oportere ad modum. unde sic proponit [consi
dum est, quemadmodum] deinde explicat
tum, & ait [nam si eorum quæ] in secunda

ter æquipollentiæ, & consequentias propositio
modalium ac primum ad mentem antiquorum ibi
[sunt enim quemadmodum in illis esse] deinde ex
ria pars addita est sic [hæ igitur impossibile] cui ter
est [dubitabit autem aliquis] partes partim tace
mus; cum aliàs apertissimè harum notitiam dedi
mus.

De Enuntiationibus cum modo, & earum adinuicem oppositionibus, ac consequentijs tum ex aliorum, tum ex propria opinione. Cap. III.

His vero determinatis, considerandum est, quemadmodum sese habent negationes, & affirmationes ad se inuicem, quę sunt de possibili esse, & non possibili, & de contingenti, & non contingenti; & de impossibili, & necessario. habent enim aliquas dubitationes. Nam si eorum, quę complectuntur, illæ sunt sibi inuicem oppositæ contradictiones, quæcunque secundum esse, & non esse disponuntur: vt eius quæ est, esse hominem, negatio est, non esse hominem, eius quæ est esse non hominem: & non esse album hominem, ea quæ est, aut affirmatio, aut negatio est: lignum erit verum dicere esse non album hominem: (si enim de omni hoc modo & in quibuscunque esse non additur, idem faciet quod pro esse dicitur: vt eius quæ est, homo ambulat, non hæc, ambulat non homo, negatio erit; sed hæc, non ambulat homo nihil enim differt dicere hominem ambulare, vel hominem ambulantem esse. quare si hoc modo vbique, & eius quæ est possibile esse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

negatio erit possibile non esse, sed non ea quæ
est, non possibile esse. Videtur autem idem si
se, & esse, & non esse: omne enim, quod est, pos
sibile diuidi, uel ambulare, & non ambulare. q
non diuidi possibile est. Ratio autem est: quo
niam omne, quod sic possibile est, non secun
in actu est. quare inerit ipsi etiam negatio. q
test enim & non ambulare, quod est ambu
tiuum, & non videri, quod est visibile. at ve
impossibile est de eodem oppositas veras
affirmationes, & negationes. non igitur
quæ est, possibile esse, negatio est hæc, possibi
non esse: Contingit enim ex his, aut idem a
mare, & negare simul de eodem, aut non sem
dum esse vel non esse, quæ apponuntur. Ver
firmationes, & negationes. si ergo illud impo
bile est; hoc erit magis eligendum. est igitur
gatio eius quæ est, possibile esse, ea quæ est,
possibile esse, sed non ea, quæ est, possibile
esse. Eadem quoque ratio est, & in ea quod
contingens esse: etenim negatio eius est, non
contingens esse, & in alijs quoque simili
do; ut in necessario, & impossibili: Fiunt enim
quemadmodum in illis esse, & non esse appo
tiones, subiectæ verò res, hoc quidem al
illud verò homo: eodem quoque modo hoc
loco, esse quidem, & non esse, vt subiectum
posse verò, & contingere appositiones sunt.
terminantes (quemadmodum in illis esse,
non esse) ueritatem, & falsitatem, similiter
in eo quod est, esse possibile, & esse non pos
le. Eius verò quæ est, possibile non esse, negatio
est, non ea quæ est, nō possibile esse; sed ea, quæ
est, non possibile nō esse: & eius quæ est, possibi
le esse, nō ea quæ est, possibile nō esse; sed ea quæ

esse

est, non possibile esse. Quare & sequi sese inui-
cem videbitur, possibile esse, & possibile nō esse:
idem enim possibile esse, & non esse: non enim
contradictiones sunt sibi inuicem huiusmodi
possibile esse, & possibile non esse, sed possibile
esse, & non possibile esse, nunquam simul in eo
dem uera sunt: oppugnantur enim. neque ea
quæ est, possibile non esse, & non possi-
bile non esse, vnquā simul in eodem uera sunt.
similiter autem, & eius quę est necessarium est
esse, negatio non est ea, quæ est, necessarium
non esse; sed ea, quæ est, non necessarium esse:
eius verò quæ est, necessarium non esse, ea quæ
est, non necessarium non esse. & eius quæ est,
impossibile esse, non est ea, quæ est, impossibi-
le non esse; sed hæc, non impossibile esse. eius
verò quæ est, impossibile non esse, ea quæ est,
non impossibile non esse. Vniuersaliter verò
(quemadmodum dictum est) esse quidem, & nō
esse oportet ponere quemadmodum subiecta:
negationem verò, & affirmationem hæc, facié-
tem, ad esse, & non esse apponere. & has opor-
tet putare esse oppositas dictiones: possibile, &
non possibile: contingens, non contingés: im-
possibile, non impossibile: necessarium, non ne
cessarium: verum, non uerum. Consequentiæ
verò secundum rationem fiunt, cum ita ponun
tur. illa enim quæ est, possibile esse, sequitur ea
quæ est, contingit esse: & hæc conuertitur illi,
& non impossibile esse: illam uerò quæ est, possibile non esse, & contin
gens non esse, ea quæ est, non necesse non esse,
& non impossibile non esse: illam autem quæ
est, non possibile esse, & non contingés esse: ea
quæ est impossibile esse, & necesse non esse: illā

uero

uerò quæ est, non possibile non esse, & non es-
tingens non esse, ea quæ est, impossibile nō es-
se, & necessarium esse. considerentur autem ut
subscriptione, quem ādmodum dicimus.

Enunciationum modalium consequentia secundum alios.

Ordo I.	Ordo III.
Antecedentes,	Antecedentes.
Possibile esse.	Non possibile esse.
Contingens esse.	Non contingens esse.
Sequentes.	Sequentes.
Non impossibile esse.	Impossibile esse.
Non necessarium esse.	Necessarium non esse.

Ordo II.	Ordo IIII.
Antecedentes.	Antecedentes.
Possibile non esse.	Non possibile non esse.
Contingens non esse.	Non cōtingens nō esse.
Sequentes.	Sequentes.
Non ſpossibile nō esse.	Impossibile non esse.
Nō necessariū nō esse.	Necessarium esse.

Hæ igitur, impossibile, & non impossibile, et
quæ est contingēs, & possibile, & non cōtingē
& non possibile sequuntur quidem cōtradicto-
riè: sed conuersim: eam enim, quæ est possibile
esse, negatio impossibilis sequitur, quæ est, non
impossibile esse, negationē uerò affirmatio: ad
illam, non possibile esse, ea quæ est, impossibile
esse: affirmatio enim est, impossibile esse: nō
possibile, verò, negatio. Necessarium verò quo-

admodum

admodum se habet, considerandum est. Manifestum est enim, quòd non eodem modo se habet, sed contrariæ sequuntur, contradictoriæ autē sunt extra: non enim est negatio eius, quæ est necesse non esse, ea quæ est, non necesse esse. Contingit enim uerasque esse vtrasque in eodem. quod enim est necessarium non esse, non est necessarium esse. Causa autem huius est, cur non sequitur necessariū similiter exteris: quoniam contrariæ, impossibile esse, necessario redditur idem valens. nā quod impossibile esse, necesse hoc nō quidē esse, sed potius non esse: quod ve ro impossibile nō esse, hoc necessariū esse. quasi illa similiter sequuntur impossibile, & non possibile: hæc è cōtrario: quoniā nō significant idē necessariū, & impossibile: sed (quēadmodū dictū est) conuertim. At certè impossibile est sic posse cōtradictiones necessarij: nā quod necessarium esse, possibile esse. nam si non, negatio eam consequetur: necesse enim est aut affirmare, aut negare. quare si non possibile esse, impossibile esse. igitur impossibile esse, quod necesse est. quod est inconueniens. At verò illam quę non sane uero, ea quæ est, non necessariū esse, sequitur. Iuste contingit quod necessarium esse, nō necessariam esse: quod est inconueniens. At ue-
ro neque necessarium esse, sequitur eam quæ est possibile esse, neq; ea quæ est, necessarium esse: illi. n. vtraque contingit accidere. harū autem vtralibet uera fuerit, non erunt illa ve-
ra. simul enim possibile esse, & non esse. si ve-
ro necesse esse, vel non esse; non erit vtrūque possibile. relinquitur ergo nō necessarium non esse, sequi eam quæ est possibile esse. Hæc enim

vera

ura est, & de necesse esse: hæc enim sit cōtradictio eius, quæ sequitur illam, quæ est, non possibile esse: illam enim sequitur ea, quæ est, impossibile esse, & necesse no esse, cuius negatio est, non necesse non esse. Sequunt igitur & hæ contradictiones secundum prædictum modum & nihil impossibile contingit sic positis.

Enunciationum modalium consequentia secundum Aristotelem.

Ordo I.		Ordo II.
Antecedētes. Possibile esse.	Contrariæ.	Antecēdētes. Possib. nō esse.
Cōtingēs esse	Contra- dictoriæ.	Cōtingēs nō esse.
Sequentes. Non impossibile esse.	Contrariæ.	Sequentes. Non impossibile nō esse.
Non necessarium nō esse.	Contra- dictoriæ.	Non necessarium esse.
Ordo III.		Ordo IIII.
Antecedētes. Non possibile non esse.	Contra- dictoriæ.	Antecedētes. Nō possibile esse.
Nō cōtingens non esse.	Contrariæ.	Non cōtingens esse.
Sequentes. Impossibile non esse.	Contra- dictoriæ.	Sequentes. Impossib. nō esse.
Necessariū esse.	Contrariæ.	Necessariū non esse.

Dubitabit autem aliquis, si illam quæ est necessarium esse, ea quæ est, possibile esse sequitur. Nam si non sequitur cōtradictio sequētis, ea

est, non possibile esse. &, si quis hanc nō esse dicat contradictionem; necesse est dicere, possibile non esse: quæ vtræq; falsæ sunt de necessario. At verò rursus idem videtur esse possibile secidi, & non incidi, & esse, & non esse: quare erit necesse esse, contingens non esse. hoc autē falsum est. Manifestum est autem, quod nō omne possibile vel esse, vel ambulare, etiā oppositā potest: sed est in quibus non sit verum. primū quidem in ijs quæ non secundum rationē possiant. vt ignis calefactiuus est, & habet vim irrationalem. Quæ igitur secundum rationem potestates sunt, eædem plurium etiam contrariorum sunt. irrationales verò non omnes: sed (quēadmodū dictū est) ignem non est possibile calefacere, & non: neque quæcunque alia semper agunt. alia uero possunt, & secundū irrationales potestates simul opposita suscipere. sed hoc huius gratia dictum est: quoniam nō omnis potestas oppositorum susceptiua est, neq; quæcūque secundum eandem speciem dicuntur. Quæ autem uero potestates æquinocæ sunt: possibile enim non simpliciter dicitur. sed hoc quidem, quoniam verum est quod in actu est: vt possibile ambulare, quoniam ambulat iam, & omnino possibile esse, quoniam iā est in actu, quod dicitur esse possibile. Illud uerò, quoniam actu esse posset: vt possibile ambulare: quoniā ambulare posset, & hæc quidem in solis mobilibus est potestas, illa uerò & in immobilibus. utrunque uerò verum est dicere, possibile ambulare, uel esse, & quod ambulat, & actu est, & ambulatiōnem. Sic igitur impossibile non est verum de necessario simpliciter dicere, alterum autē horū verum est. Quare, quoniam partem vni-

uer-

uersalem sequitur, illud quod ex necessitate consequetur posse esse: sed non omne. Et ad quidem fortasse principium quod necessarium est, & quod non necessarium est, omnium esse, vel non esse, & alia, veluti horum consequentia, considerare oportet.

Aliorum modorum ad ipsum necessarium consequentia.

Ordo I.	Ordo II.
Necessarium esse.	Non necessarium esse.
Non possibile nō esse.	Possibile non esse.
Nō cōtingens nō esse.	Contingens non esse.
Impossibile non esse.	Nō impossibile esse.

Ordo III.	Ordo IIII.
Necessarium non esse.	Nō necessariū nō esse.
Non possibile esse.	Possibile esse.
Non contingens esse.	Contingens esse.
Impossibile esse.	Non impossibile esse.

Nanisestum est autem ex ijs, quæ dicta sunt, quod id quod ex necessitate est, secundum actum est. quare, si priora sunt sempiterna, quæ actu sunt potestate priora sunt. Et hæc quidem sine potestate actus sunt, vt prima substantia: alia vero cum potestate, quæ natura quidem priora sunt, tempore vero posteriora. alia autem nunquam actus sunt, sed potestates solum.

ANNOTATIONES.

His verò determinatis,] *scilicet propositionibus quæ de inesse dicuntur.* [*negatione, & affirmatione*

nes] *i. propositione negatiua, & affirmatiua* [*ut omnes*] *scilicet affirmationis* [*esse non hominem*] *i. quæ est, Est non homo.* [*& eius quæ est*] *i. & affirmationis quæ est, Homo est albus* [*si de omni aut affirmatio, aut negatio*] *i. si omnis propositio est aut affirmatiua, aut negatiua, & Non possit addi termino vt almanal falsa: vt lignum est homo albus, & lignum est non homo albus:* [*esse non additur*] *sed. s. verbum, ut homo ambulat* [*quod sic possibile est*] *ut homo qui potest ambulare, & potest non ambulare* [*non semper actu est*] *i. semper ambulat: in actu non est, dū ambulat: in potentia uero, dum non ambulat; sed potentiam ambulandi habet.* [*de eodem oppositas necesse esse simul uerè.* [*possibile esse*] *i. possibile est Socratem esse* [*contingit enim ex his, &c.*] *hoc est, quoniam propositio affirmatiua, & negatiua, quæ de aliquare eadem habetur, sint simul utra, sed* [*illud est impossibile*] *scilicet de eadem re utraque sit uera. Sunt enim ut illis, esse, & non esse oppositiones*] *esse, & non esse copulant, aly leguntur* [*oppositiones*] *hæc est opponuntur.* [*subiecta uero res*] *i. res, de qui bus agitur sunt homo, & album.* [*determinantes necessitatem, & falsitatem*] *i. ex quibus simitur ueritas, & falsitas.* [*idem enim possibile esse, & non esse*] *i. idem potest ambulare, & non ambulare: non enim sibi contradicunt. hæc sed possunt esse simul uera* [*hæc igitur impossibile, &c.*] *propositiones de possibili, & de contingente æquipollent propositionibus de impossibili, si modus minus affirmetur, & alterius removetur: vt impossibile est Socratem esse, & non possibile est Socratem esse: & possibile est Socratem esse, & non impossibile est Socratem esse,* [*contraria sequuntur*] *scilicet uerè dissentia propositiones, quæ*

non

contraria sunt [contradictoriæ verò sunt existẽ] sunt recto ordine collocata. [quoniam igitur] quoniam .s. propositiones de necessario, & impossibili, eum habeant negationem positam apposite vt necesse est Socratẽ esse, impossibile est Socratem non esse. quare & negatione præposita, erunt pollentes. [nam] .i. bene sequitur ad mentem quorum [quod necessarium esse, possibile est] .i. cesse est Socratem esse; igitur possibile est Socratem se, & non impossibile est esse, & si non impossibile est] ergo non necesse est esse [sequi eam] .i. sequi tere. [sequitur] .i. inferat conclusionem hoc possibile est Socratem esse; possibile igitur est Socratem esse. [vtrũ, falsa sunt] cum .s. una sit contraria altera contradictoria. [opposita potest] .i. non possibile habet oppositũ; vt ignis non potest nos vrere. sed vrere solum. [primum quidem] quæ non secundum rationem possunt] nam .s. possibilitates, sine potentijs sunt secundum rationem vel rationales, ut humanæ quæ possunt ad oppositum alia non secundum rationem .i. irrationales ut ignis potest calefacere non secundum rationem testates] .i. possibilitates [non simpliciter] .i. modo. [& ambulatinum] .i. quod potest ambulare [alterum autem verum est] .s. possibile: dixit esse possibile: vt, possibile est ambulare ambulat: & possibile est ambulare, cum non balat. [quoniã parte minuer sequitur totum] .i. possibile primo modo est magis commune, necesse esse. quare hoc patto ad necesse esse possibile esse [sed non omni] .i. sed non contra passe principium] .i. est prius. [secundum] .i. igit [potestate priora sunt] .i. quæ actu agunt, priora [vt hic, quæ non agunt, sed possunt agere. [& hæc quidem sine

semper actu [quæ natura priora sunt] .i. in his potentia naturaliter prior est actu, & actus posterior tempore. [alia nunquam actus sunt] .i. non sunt in actu perfecto ac permanenti; ut motus.

Argumentum & diuisio in cap. 4.

Problema Arist. proponit id, vtrum affirmatio, quæ est, omnis homo est iustus. sit contraria negationi, quæ est, nullus homo est iustus, aut illi affirmationi, quæ est, omnis homo est iniustus. Respondet, cum illæ, quæ sunt in voce, sequantur ea, quæ sunt in mente: dicendo, & opiniones, sine propositiones à mente concepta sibi contrarias esse; & vocales quoque. sed quæ sunt in mente, quæ prædicatum habent contrarium, ut homo est iustus, & homo est iniustus, nõ sunt contrariæ: sed homo non est iustus. quod oĩa rationibus comprobat. Prima est. opiniones, siue mẽtes propositiones non possunt esse simul veræ. quæ vere habent extremæ contraria, possunt esse simul veræ; vt bonum est bonum, malum est malum. itaque non sunt contrariæ. Secunda est huic propositioni, quæ est, bonum est bonum, contraria est, bonum non est bonũ, & nihil aliudquàm rei vnius est contrarium. Tertia est, in quibus primò est veritas, & falsitas. hæ maximè sibi sunt contrariæ: vt hæ, quæ mollis contrarijs maximè sese, affirmatiuè, & negatiuè. Quarta, vera per se opponitur falsa per se, & non per accidens. vt bonum est bonum est propositio vera per se, bonum non est bonum, in est falsa per se. igitur bonum est malum, falsa est per accidens. Quinta est. opiniones contrariæ sunt, quæ inter se maximè distant. sed affirmatio, & negatio inter se magis distant, quàm affirmatio, & affirmatio: vt homo est iustus, homo non est iustus magis sunt oppositæ, quàm homo est iustus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo est iniustus. Sexta est. vera & simplici propositioni opponitur falsa, & implicita. sed bonum est bonum, est vera, & simplex: contraria igitur est, bonum non est bonum, & non bonum est malum, quæ inter se sunt alium. Septima est. modus oppositionis dictorum communis in omnibus terminis. sed multi sunt termini extremi, qui non habent contraria. Octaua est hæc, sicut hæc propositio, bonum est bonum, ad illam quæ est, non bonum est bonum; ita hæc se habet, bonum non est bonum, ad illam, quæ est, non bonum est bonum quare permutata propositione, sicut se habent hæ, non bonum est bonum, & non bonum est bonum; sic se habent hæ, bonum est bonum, & bonum non est bonum. at primæ sunt contrariæ; ergo & secundæ: nam non bonum non est bonum, non est contrarium bonum non est malum, nec bonum est non malum, contraria igitur ei, quæ est, non bonum est bonum, & bonum est bonum, contrariæ sunt, bonum est bonum, & bonum non est bonum. Et nihil refert, propositiones sint vniuersales, an particulares. quamobrem enunciatio vera non est contraria veræ, cum omne verum vero non respondeat. Diuiditur autem hoc caput in propositiones, quod est [vtrum autem contraria] quod sic aperit problema [omnis homo iustus est] deinde proponit vbi soluit [nam si ea, quæ sunt in voce] deinde approbat sic [nam arbitrari contrarias] deinde approbationem confirmat; ex harum prima [quod enim quod bonum est] secunda [si ergo est bonum] tertia [sed in quibuscunque non fallacia est] quarta [quare magis ergo] quinta [quare magis ergo] sexta [illa verò, quæ est] septima est [amplius] octaua [amplius similiter se habet] in alijs modum dat, vbi ait [manifestum ergo est] vltimo epilogum efficit, ac concludit [quare si in opinionali

Qua

Quæ enunciationes contrariæ magis sibi inuicem esse dicantur. Cap. IIII.

VTrum autem contraria est affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, & oratio orationi, quæ dicit, quod omnis homo iustus est, ei quæ est, nullus homo iustus est: aut omnis homo iustus est, ei quæ est, omnis homo iniustus est: vt, est Callias iustus: non est Callias iustus, Callias iniustus est, vtra harũ contraria est? Nam si ea, quæ sunt in voce, sequuntur ea, quæ sunt in intellectu, illic autem contraria est opinio contrarij; vt quod omnis homo iustus est, ei quæ est, omnis homo iniustus est; etiam in his, quæ sunt in voce affirmationibus necesse erit similiter sese habere. quod, si neque illic cõtrarij opinio contraria est; nec affirmatio affirmationi erit contraria; sed ea, quæ dicta est, negatio. quare considerandum est, quæ opinio falsa opinioni ueræ contraria est, vtrum negatio, an ea quæ contrarium esse opinatur. Dico autem hoc modo, est quædam opinio uera bonum, quod bonum est: alia autem quod non bonum est, falsa: alia uero, quod malum: vtra harum contraria? Nam arbitrari contrarias opiniones definiri, eo quod cõtrariorum sunt, falsum est: Boni enim quod bonum est, & mali est etiam quod malum est, eadem fortasse opinio est etiam uera, siue plures, huc una sit. sunt autem istæ contrariæ, sed non eo quod contrariorum sint, contrariæ sunt, sed magis eo quod cõtrariæ. si ergo est boni quidem quod est bonũ, opinionalis autem quod non bonum est: est au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem aliquid aliud quod non est, neque esse p-
test: aliarum quidem nulla ponenda est, neq-
quæcunque esse, quod non est opinantur: neq-
quæcunque non esse quod est. infinita enim
vtrorq; sunt, & quæ esse opinatur quod non
& quæ non esse, quod est. Sed in quibusdam
fallacia est. hæ autē sunt ex his, ex quibus
generationes. ex oppositis vero generationes
quare etiam fallacia. Si ergo quod bonum
& bonum, & non malum est: & hoc quidem
enndum se, illud vero secundum accidens
cidit enim ei non malum esse) magis autem
vnoquoque vera est, quæ secundum se est
falsa, siquidem & vera: ergo ea quę est,
est bonum quod bonum est, eius quæ secun-
se, falsa est: illa vero quæ est, quod malum
eius quæ secundum accidens. quare magis
falsa de bono, ea quæ est negationis opinio,
ea, quæ est contrarij. Fallus est autem mani-
circa singula, qui contrariam habet opinio-
contraria enim sunt eorum, quæ plurimum
ea idem differunt. Si igitur harum contrar-
altera: magis vero negationis est contraria,
nifestum est quod hæc erit contraria. Illa vero
quæ est, quod malum est, quod bonum est
plicita est: etenim quod non bonum est
esse est sorte ipsum eundem opinari. Amp-
si etiam in alijs similiter oportet se habere
hoc modo videbitur bene esse dictū: aut ea
vbique ea, quæ est contradictionis, aut nul-
quibus vero non sunt contraria, de illis
falsa, quæ est verè oppositæ: vt qui homi-
putat esse hominem, falsus est. si igitur ho-
trariæ sunt, etiam & aliæ, quæ sunt contra-
ctionis. Amplius, similiter se habet opinio bo-
quod

quòd bonum est, & non boni, quòd non bonū
est. & præter has boni, quod non bonum est, &
non boni, quod bonum est. Illi ergo quę est, nō
boni, quod non bonum veræ opinioni, quæ est
contrariæ. Non enim ea quæ dicit, quod malum
est, si aliquando fuerit vera, nunquam autem
vera veræ contraria est: est enim quoddā non
bonum malum. quare contingit simul esse ve-
ras. At verò nec illa, quæ est, quod non malum
vera enim & hæc: simul enim & hæc erunt. Re-
linquitur igitur ei, quæ est non boni, quod nō
bonum est, contraria ea quæ est nō boni, quòd
boni, quod non bonū est, ei quæ est boni, quod
bonum est. falsa enim hæc. quare & ea quę est
verè est, nec si vniuersaliter ponamus affirmatio-
nem: vniuersalis enim negatio contraria erit:
est opinioni quæ opinatur, quod omne, quod
eorum, bonum est, ea quæ est, quod nihil
est boni, quod bonum, si vniuersaliter sit bonū,
eadem est, ei, quæ opinatur, quod quicquid bo-
num est, quod bonum est. hoc autem nihil dif-
fert ab eo quod est, quòd omne, quod est bonū,
bonum est, similiter autem, & in nō bono. Quæ-
ro ū in opinione sic se habet: & sunt hæ q̄ sunt
in voce affirmationes, & negationes, notę earū
quæ sunt in animā manifestum est, quòd affir-
mationi contraria quidem negatio est, quę de
eadem vniuersaliter: vt ei quæ est, quod om-
ne bonū, bonū est, vel quod omnis homo bo-
nus, ea quæ est, quod nullum, vel nullus: con-
traria autem quę est, quod non omne, aut
non omnis. Manifestū est autē, quod & veram
vera non contingit esse contrarium, neq; opi-
nionem.

nibnem, neque contradictionem: contrarie enim quæ circa opposita sunt: circa eadem autem non contingit idem ineſſe contrarium.

ANNOTATIONES.

Affirmatio affirmationi] .s. est contraria ut homo est iustus, homo est iniustus. [quæ sunt in anima] .i. quæ loquimur. [sequuntur] .i. sunt nota eorum quæ sunt in anima. [opinio] .i. propositio, quæ est in mente. [verum negationis] .i. homo non est iustus. [ea, quæ contrarium esse opinatur] quę .s. est homo est iustus. [est quædam opinio vera boni, quod bonum est] .i. vera propositio mentis est, bonum est bonum. [quod non bonum, est falsa] alia est falsa, quæ est, bonum non est bonum. alia vero quod malum .i. alia quę talis est bonum est malum [vera harum contrariarum vero] .i. quæro qua nam harum sit contraria vera. [eundum quam contrariæ] .i. qua parte est contraria parte extremorum, an modo enunciandi. [contrariæ opiniones definiri] .i. propositiones mentis discontrarias [eo quid cõtrariorum sunt] .s. terminus. [et vera & iniustum [eadē fortasse opinio est] .i. sæpe fingit vera est bonum esse bonum, & malum esse malum. [eo quid contrariorum sunt] extremorum terminum [sed magis eo quid contrariæ] id est sed magis quia habent modum enunciandi contrarium. [ego est boni quod est bonum, opinio], id est .s. propositio hæc in mente, quæ est bonum est bonum. & alia non est bonum, sunt contrariæ [in finita vero vera sunt, &c.], id est valde multæ propositiones quæ verum vni, & eidem secundum eandem .s. propositionis. [fallacia est], id est in quibus mixtæ sunt veritas, & falsitas. [si ergo quod bonum est

id est propositio hæc, bonum est bonum, est per se nota, & non, bonum non est malum, quæ est per accidens vera, magis erit falsa de bono ea &c.] id est magis erit falsa opinio, quæ est negationis; ut homo est iustus, homo non est iustus: quam ea, quæ contrariæ .i. quæ est, homo est iniustus. [illa autrò quæ est &c.] hoc est illa propositio implicita est, quæ legitur bonum est malum [quod non bonum est &c.] hoc est bonum est malum, intelligitur bonum non est bonum. [amplius si etiam in alio &c.] id est si modus oppositionis est communis eum duobus terminis [et hoc modo], id est hoc loco [similiter se habet opinio boni &c.] id est sic se habet hæc propositio, bonum est bonum ad illam, non bonum est bonum; ut hæc, bonum non est bonum ad illam, bonum non est bonum. [universaliter] id est cum nota universali [quæ de eodem vniversaliter], id est de eadem re cum nota universali. [& veram] scilicet opinionem, sive propositionem a mente conceptam.

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM Principis priorum resolutoriorum, liber primus.

D. SEVERINO BOETHO INTERPRETE.

SVMMA LIBRI.

Agitur de nonnullis principijs, prosequentium oppositione. De propositionum conuersionibus. De Syllogismorum simplicium, ac mixtorum figuris, complicationibus omnibus. De figurarum terminorum, ac etiam Terminorum in qualibet figura numero. De Medij syllogistici inuentione, seu propositionum abundantia. De Syllogismorum modis concludentibus in propriis figuris resolutione.

Argumentum & diuisio in Caput 1.

Cum sit propositum Arist. docere Syllogismum demonstrationem disciplinam, primum oportet scire quid sit, & esse ex propositionibus, & has ex terminis, & propositionis

positis est oratio, quae uel affirmat, uel negat aliquid. affirmat, homo est animal: negat, homo non est lapis. Et uero propositio est, uel uniuersalis cum signo, ut Omnis homo est animal, nullus homo est lapis: uel indefinita, sine uniuersalis absque signo; ut homo est animal, homo non est lapis: uel particularis; ut aliquod animal non est homo. ex his ueris, & primis fit Syllogismus demonstrationis: ex apparentibus, & probabilibus dialecticus. secatur quinis propositionibus in tres partes, ut homo est animal, pars una est Homo, alia est, Est, tertia est, Animal. Est, & non Est, dicitur copulat enim animal, & hominem simul. Homo appellatur terminus, & animal quoque. sed hoc differunt, quod is, qui plura amplectitur, & continet, dicitur, maior terminus, & praedicatum unius animal, quod plures amplectitur species, ut hominem, canem, leonem: quoniam ab animale continetur, atq; ei subiicitur. Ex his igitur fit propositio, & ex duabus propositionibus syllogismus, qui est aut perfectus, si nullius indigeat: aut imperfectus; si unius. uel plurium indigeat. Huius capitis summa haec est. Diuiditur autem sic. primum proponit Arist. quid dicendum sit ibi [primum dicendum circa quid] deinde propositum sic explicat [propositio ergo] postea aliter explanat pariter propositi.

De Syllogismi structura, Sectum Primum.

De Propositione, Termino, Syllogismo, Dicto de omni, ac Dicto de nullo. Cap. 1.

PRIMVM dicendum circa quid, & de quo est intentio, quoniam circa demonstrationem, & de disciplina demõstratiua est. Deinde

Universidad de Deusto Biblioteca

determinãdã qd Propositio,& quid Terminus, quid Syllogismus,quis perfectus,& quis imperfectus. Postea vero quid est in toto esse, vel non esse hoc in illo : & quid dicimus de omni, aut de nullo prædicati. Propositio ergo est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo. Hæc autẽ aut vniuersalis, aut particularis, aut indefinita. Dico autem vniuersalem quidẽ omni aliquid omni, aut nulli inesse: Particularem vero, cũ alicui, aut non alicui, aut non omni inesse: Indefinitam autem, cũm quid simpliciter vel non inesse significat, sine vniuersali, vel particulari: vt contrariorum eandem esse disciplinam: aut voluptatem non esse bonum. Dialectica autem demonstratiua propositio à dialectica, quoniam demonstratiua quidem sumptio alterius partis contradictionis est. Non enim interrogat, sed sumit, qui demonstrat. Dialectica vero interrogatio contradictionis est. Nihil autem refert, vt hat ex vtraq; syllogismus nam & qui demonstrat, & qui interrogat, syllogizat hoc aliquid de aliquo esse, vel non esse. Quare ex syllogistica quidem propositio, simpliciter affirmatio, vel negatio alicuius de aliquo existẽs dictum modum. Demonstratiua vero, quæ fit, & per primas propositiones sumpta. Dialectica autem per contanti, quidem interrogatio contradictionis est, syllogizanti vero, propositio apparentis, & probabilis, quemadmodum in Topicis, dictum est. Quid est ergo propositio, & quid differt syllogistica à demonstratiua, & dialectica, diligentius quidem in sequentibus dicetur. Ad præsentem vero vtilitatem, sufficiet nobis determinata sint, quæ nũc dicta sunt. Terminum autem voco, in quem resolvitur

propositio: vt prædicatum, & de quo prædicat, vel appositũ, vel separato esse, vel non esse. Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab his, quæ posita sunt, ex necessitate accidit : eò quòd hæc sunt. Dico autẽ eò quòd hæc sunt : propter hæc accidere. Propter hæc verò accidere, est nullius extrinsecus termini indigere, vt fiat necessarium. Perfectũ verò voco syllogismum, qui nullius alius indiget, præter ea quæ sumpta sunt, vt appareat necessarium. Imperfectum verò, qui indiget, aut vnius, aut plurium, quę sunt quidem necessaria per subiectos terminos: nõ autem sumpta sunt per propositiones. In toto autem esse alterum in altero: & de omni prędicari alterum de altero idem est. Dicimus autem de omni prædicari quando nihil est sumere subiecti, de quo non dicatur alterum: & de nullo similiter.

ANNOTATIONES
ex Alexan. & Ioa. Gram.

Quoniam circa demonstrationem] .i. sed intentio est circa demonstrationem [*& de disciplina demõstratiua*] alii legunt scientiam den onstrationem. [*oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo*] .i. oratio affirmans hoc esse illud, vel negans. [*cum alicui omni, aut nulli inesse*] ut .s. animal inest omni homini, & nulli lapidi. quare dicitur, Omnis homo est animal, & nullus lapis est animal. [*cum alicui, aut non alicui, aut non omni inesse*] .s. aliquid, ut aliquod animal est homo, & aliquod animal non est homo, vel non omne animal est homo : idem enim significat. aliquod non est, & non omne est. [*indefinitam*] .i. animalem sine signo Omni, vel nullo; vt disciplina est eadem contrariorum. [*sumptis alterius partis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

is contradictionis est] .i. sumit unam partem vnius contradictionis est, hoc est, est altera pars contradictionis uera, & necessaria: quoniam demonstrativus interrogat respondentem, sed sumit alterā contradictionis partem, quæ est uera, & necessaria [dialecticus uero, &c.] hoc est, propositio dialectica est interrogatio contradictionis: est enim altera contradictionis probabilis est, & interrogat utranque partem tanquam dictionis probabilem, & ueram apparentem. [Simpliciter] .i. in genere affirmans, uel negans aliquid [in quem uersus] .i. diuiditur propositio in, quæ est animal, est propositio, quæ si diuidatur, erunt duæ sunt homo, & animal. animal appellatur prædicatum, & homo subiectum, ut antea diximus. [separatum positio, uel separato esse, & non esse] .i. propositio affirmata, uel negata. [quibusdem propositionibus dictis] aliud quiddam ab his propositionibus [aliud quiddam ab his] .i. propositionibus aliud quædam infertur, quę differt à propositionibus [eo quod hæc sunt] .i. eo q. propositiones sunt dispositæ: [qui nullius indiget] hoc est, non opus habet ad perfectionem acquirendam, ut reducatur per conuersionem, siue per impossibile, siue per ostensionem, per infinitum, siue per expositionem, ut reducitur quadat, retentis eisdem terminis, non autem eisdem terminis, non autem eisdem propositionibus. [esse alterum in altero, &c.] ut animal est in homine, siue in singulis hominibus. [dici de omni, prædicari, continere, amplecti, ut animal continet hominem. unde dicitur, omnis homo est animal. [quando nihil est sumere subiecti] .i. quando nullum reperire possumus subiectum, quod non continetur à prædicato: ut nullus homo reperitur qui non dicitur ut ab animali.

Argumentum, & diuisio in cap. 2.

Propositionum aliæ sunt de inesse, de quibus nunc scribit Arist. aliæ modales, de quibus in sequenti cap. harum aliæ sunt affirmatiuæ, aliæ negatiuæ: & harum aliæ uniuersales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ. negatiuarum uniuersalium termini conuertuntur: ut, nulla uoluptas est bonum, & nullū bonum est uoluptas. uniuersalis affirmatiua conuertitur in particularem affirmatiuam: ut, Omnis uoluptas est bonum, & aliquod bonum est uoluptas. Particularis affirmatiua in particularem affirmatiuam: ut, aliqua uoluptas est bonum, & aliquod bonum est uoluptas. particularis negatiua non conuertitur. Diuiditur ea- [in ires partes. primam habemus, in qua diuidit propositiones tripliciter. primo [Quoniam autem omnis] secundo [harum autem hæ] tertio [rursus autem] secunda pars habet quatuor præcepta de conuersione terminorum, primum est [uniuersalem priuatiuam] secundum [prædicatiuam autem] tertium [particularem autem] quartum [privatiuam autem] tertia autem pars probat prædicta præcepta. primum [primum ergo sit] secundum [si uero omni B.] tertium [similiter autem, & si particularis] quartum [si autem A.]

De conuersione absolutarum propositionum in terminis. Cap. II.

QVoniam autem omnis propositio est, aut de inesse, aut ex necessitate inesse, aut cōtingere ne inesse. Harum autem hæ quidem affirmatiuæ illæ autem negatiuę secundum vnūquanque appellationem. Rursus autem affir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

matiuarum, & negatiuarum aliæ sunt vniuersales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ. Vniuersalem quidem affirmatiuam de eo, quod est inesse, necessarium est in terminis conuerti. Vt si omnis voluptas est bonum: neque bonū nullum est voluptas. prædicatiuam autem conuerti quidem necessarium est; non tamen vniuersaliter, sed in parte: vt si omnis voluptas est bonum: & bonum aliquod voluptas. Particularem autem affirmatiuam quidem conuerti necesse est particulariter. Nam si voluptas aliqua bonum, & bonum aliquod erit voluptas. Priuatiuam non est necessarium. Non enim, si homo non ineſt alicui animali; & animal non ineſt alicui homini. Primum ergo sit priuatiua vniuersalis A.B, propositio: si ergo nulli B ineſt A: neque A nulli inerit B. nam si alicui ineſt, vt C: non erit nullum B esse A. nam C eorum, quæ sunt B aliquod est. Si verò omni B ineſt A: & B alicui A ineſt: nam si nulli, neque A, nulli B inerit, contra positum erat, omni ineſse. Similiter autem & particularis est propositio: nam si ineſt A alicui B: & B alicui eorum, quæ sunt A necesse est esse: si enim nulli: nec A, nulli inerit B. Si autem A, alicui eorum, quæ sunt B, non ineſt: non necesse est & B, alicui A non ineſse: vt si B sit animal, A verò homo: homo enim non omni animali, animal autem omni hominiinesse.

ANNOTATIONES.

Aut est de ineſse] propositiones de ineſse appellat Aristo: *quæ modum non habent, hoc est, neq; necessarium esse, neque contingens est, neque possibile, neq; impossibile est.* [*aut ex necessitate ineſse*] addit pro-

pter possibile esse quoniam contrariæ sunt [*aut contingere ineſse*] *comprehendit: quæque sub hac, Possibile esse.* [*uniuersales*] *scilicet cum nota uniuersali, ut Omne, & nullum* [*aliæ indefinitæ*] *sine uniuersali nota sine nota.* [*priuatiuam de eo quod est*] *ideſt negatiuam de ineſse, & non modalem* [*prædicatiuam*] *id est affirmatiuam.* [*non tamen uniuersaliter,*] *ideſt non cum nota uniuersali* [*sed in parte*] *ideſt sed in particulari, ut est Aliquod.* [*particulariter,*] *ideſt cum nota particulari.* [*non enim si homo &c.*] *si dicatur, aliquod animal non est homo; non conuertitur, aliquis homo non est animal, sed omnis.* [A. B.] *scribit literas loco terminorum. sit A maior terminus, siue prædicatum, ut Bonum. sit B. minor, siue subiectum; ut voluptas. ac legite. si A. ineſt ideſt prædicatur, reperitur in nullo B. hoc est, si nulla voluptas est bonum* [*neque A. nulli inerit B.*] *ideſt nullum A. est B. hoc est, nullum bonum est voluptas.* [*si alicui ineſt ut C.*] *ideſt si aliquod bonum, ut C. sic alia intelligite.*

Argumentum, & diuisio in cap. 3.

Termini propositionum de necessario conuertuntur, *Terma modum de ineſse. Termini verò propositionum de contingenti, quando contingens est, idem significat, quod Necesse est, aut Non est impossibile, conuertuntur ut qui de ineſse. Si verò contingens sit, & hoc proprie dicitur contingens, & diuiditur in contingens rarò natum, & contingens ad vtramlibet partem; non conuertuntur termini in propositionibus negatiuis. Agit igitur Aristotel. de conuersione terminorum in propositionibus modalibus.*

&

& diuiditur caput in duas partes. in prima docet conuerti propositiones de necessario, unas alijs esse. [Eodem autem modo] ac primum negatiuas ibi [primatiua vniuersaliter] deinde affirmatiuas sic [si autem ex necessitate] in secunda asserit propositiones de contingenti affirmatiuas uerti, sed non de ineesse. atque id ibi [in contingentibus uero] inde negatiuas non similiter, sic [in negatiuis uero] postea explicat [vt si quis] addit tandem aliquando alteri negatiuas, sed affirmatiuas esse, sic [nam autem.]

De conuersione propositionum de modo. Cap. III.

EOdem autem modo se habebit in necessarijs propositionibus: nam vniuersalis quidem priuatiua vniuersaliter conuertitur. Affirmatiuarum autem utraque, particulariter. Si necesse est A, nulli B ineese: necesse est & nulli A ineese: si enim alicui contingit, & cui B contiget. Si autem ex necessitate A, alicui B ineni, vel alicui B, ineft: & B, alicui A necesse est ineese: nam si non ex necessitate ineft, non ex necessitate inerit. Particularis uero priuatiua non conuertitur propter eandem causam, propter quam & supra diximus. In contingentibus uero quoniam multipliciter dicitur contingere, (nam & necessarium, & non necessarium, & possibile contingere dicimus) In affirmatiuis quidem similiter se habebit secundum conuersionem in omnibus. Nam A omni, aut alicui B contingit: & B, alicui A contingit: si enim nulli, nec A vlli B: ostensum enim

enim hoc prius. In negatiuis uerò nõ similiter, sed quæcunque quidem contingere dicuntur, ex eo quod ex necessitate insunt, vel in eo quòd non ex necessitate insunt, similiter. Vt si quis dicat hominem contingere non esse equum, aut album nulli tunicæ ineise. Horum enim hoc quidem ex necessitate ineft, illud uero non ex necessitate ineft, & similiter conuertitur propositio. Nam, si contingit nulli homini equum ineise; & hominem contingit nulli equo ineise: &, si album contingit nulli tunicæ, & tunicæ contingit nulli albo: si enim alicui necessario; & album tunicæ alicui inerit ex necessitate: hoc enim ostensum est prius. Similiter autem, & in particulari negatiua. Quæcunque uero vt in pluribus, & in eo quod nata sunt dicuntur contingere, secundum quem modum determinamus contingens non similiter se habebat ad priuatiuas conuersionibus. Sed & vniuersalis quidem priuatiua propositio non conuertitur particularis vero conuertitur. Hoc autem erit manifestum quando de contingenti dicemus. Nunc autem nobis tantum fit, cum ijs, quę dicta sunt, manifestum quoniam contingere nulli, aut alicui non ineise affirmatiuam habet similitudinem: nam & contingit ipsi Esti similiter ordinatur. Est autem, quibuscunque adiacens præbetur, affirmationem semper facit, & omnibus placitet, est non bonum: vel, est non album: vel hoc per sequentia: secundum conuersiones autem similiter se habebunt in alijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNOTATIONES.

Privativa vniversaliter] i. negativa cum signo quod est Nullum. [Affirmativarum vtraque] i. vniversalis, & particularis conuertuntur [particulariter] i. cum signo particulari, quod est Aliquis [omni, vel alicui] i. si omni, vel aliquod B. est A. [est necesse [aut alicui B. contingit] scilicet esse A. memoriæ mandate terminum, qui habet signum Omne, Nullum, & aliquod, sic proferri oportet, ne decipiamini. Omne, aut aliquod B. esse A. contingit. [in negatiuis verò non similiter] scilicet sit conuersio, si contingens sit ad vtrumlibet partem. [quæcunque contingere dicuntur ex eo, quòd de quibusdam sit vera non insunt] i. sed propositiones de contingenti, quæ significant idem, quòd esse de necessario, & in eo, quòd non ex necessitate insunt] i. quæ significant idem, quod hæc de possibili, conuertuntur. [non ex necessitate] i. possibile est [nam si contingit vni homini] i. si necesse est [& si alicui contingit vnitati] i. si possibile est vllam tunicam esse albam [quæcunque verò ut pluribus, & in eo quòd sunt dicuntur contingere] i. ea quæ dicimus contingere vt plurimum, & sic vera sunt, appellamus contingentia. [contingere nulli aut alicui non insit affirmativam habet signum] i. propositionem indefinitam. [maximè, contingens est vni cuique omnino esse omne, aut aliquod horum esse in tanto, non sunt negatiua, sed affirmativa. [nam & contingit ipsi. Et sic ter ordinatur] hoc est sicut se habet hoc verbum in propositionibus de inesse, similiter vel eodem verbum contingit in propositionibus de contingenti. [Est autem quibusdam quæ adiacent prædicatis, quibus Est prædicatur, vt, Est non homo, est mate-

matina propositio, si verò addatur, Non est, est negatiua.

DE SYLLOGISMORVM constituendorum ratione.

Diximus autem Syllogismum ex dualus propositionibus, & vna conclusione constare: & harum singulas in duas secari partes, quæ appellantur terminus. Ipso igitur Syllogismus. Omne animal est corpus animatum. Omnis homo est animal, omnis igitur homo est corpus animatum. Conclusio est. Omnis igitur Omne animal est corpus animatum. Prima propositio est. Omne animal est corpus animatum, altera est. Omnis homo est animal. Conclusio in has partes diuidi-tur, quæ sunt, corpus animatum, homo, Omnis, Est. Omnis est nota, aut aliàs diximus, & Nullus, & aliquis. Est, verbum appellatur copula, quæ coniungit, si dicitur Non proferatur, disiungit autem, si Non, addatur, vel Nonest. Corpus animatum dicitur terminus, & Homo alter terminus. sed horum qui continet dicitur maior terminus, qui continetur minor. At Corpus animatum continet hominem, quare corpus animatum est maior terminus, & homo minor. idem in propositionibus est asserendum: in hac illa, Omne animal est corpus animatum, habet maiorem terminum corpus animatum, minorem vero Animal. At illa, Omnis homo est animal; Animal est maior terminus, homo autem minor. Quare, si diligenter consideretis totum Syllogismum, & alia eius verbum Est, & Omne; vos tres terminus perspicietis esse hæc animal, corpus animatum, & homo. hæ sunt vera Syllogismi partes, nec potest harum aliqua abesse, quam totus abolearur Syllogismus: si vo his propositis aliquam conclusionem ex componitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex duobus terminis. si eam probare velitis; nonum se est, vt alieni terminorum conclusionis additis tium, è quibus simul iunctis constatur ratiocinatio concludere sic vobis placeat. Homo est bonus; ergo tet, vt tertium reperiatis terminum, qui alteri clusionis termino iungatur, is verò sit) iustus. Qui iungatur cum termino maiore conclusionis, qui est nunt: aut cum minore, qui est Homo. hoc pacto firmantur termini. Iustum est bonum, vel Homo iustus; igitur homo est bonus. Iustum est bonum pellatur propositio, vel homo est iustus. Conclusio tem. Homo est bonus. & huiusmodi oratio dicitur ratiocinatio, non syllogismus: si quidem syllogismus constet ex duabus propositionibus, haec verò ex tribus dicitur enim. Homo est iustus; igitur homo est bonus. Cum autem nobis propositum sit ratiocinationem vire, qua conficitur syllogismus, compendio ex duabus propositionibus, & hâc conclusio ex tribus minus; discutiamus oportet, quo pacto si inter se habeant, & componant propositionem veram, vt conclusionem. Hi tres termini sic se habent: vt continet alterum hoc modo. Corpus animatum continet animal, & animal continet hominem per se. que primus sive supremus, sive maior continens, alios, hoc est, secundum, & tertium. At tertius tius est postremus, & minor terminus, vt homo. Secundus autem dicitur medius; eo quod ambos postremum, & continetur à supremo; vt animal quod continet hominem sub se, & continetur à re animato. Supremus terminus appellatur extremitas, postremus autem minor extremitas. Euenit etiam non raro, vt horum terminorum alium contineat non per se, sed per accidens; vt mo est album: album enim praedicatur, & continetur non per se, sive quòd sit de eius essentia

per accidens; nam potest homo esse albus, & non albus absque eius corruptione. Haec dicta sint de modo, quo inter se se habeant tres termini. Sed quo modo ex his componantur propositiones, cognoscite. In prima propositione copulatur maior terminus, & medius. Prima autem propositio appellatur maior propositio: si quidem in ea maior terminus insit; vt, Omne animal est corpus animatum. In secunda ingreditur minor cum medio; vt, Omnis homo est animal. Ultima conclusio infertur, quae est, Omnis igitur homo est corpus animatum. Secunda autem propositio dicitur minor; quoniam minorem habet terminum continentis. Sed non semper medius terminus unus tenet locum in propositionibus; quamquàm maior propositio perpetuò maiorem terminum obtinet, & minor minorem. medius quandoque est praedicatum in ambabus propositionibus, quandoque subiectum, quandoque in maiori propositione est subiectum, hic minori praedicatum. quare ut variat locum, sic naturas in syllogismis emergunt figurae. Variat autem medius terminus locum tripliciter: aut enim est praedicatum, aut subiectum in utrisque propositionibus, aut in altera praedicatum in altera subiectum. Praedicatum voco, vt alibi diximus, eum terminum in propositione, qui praedicatur, sive continet alium, qui dicitur subiectum: vt, Homo est animal: continet animal hominem, & homo continetur. ideireo animal est praedicatum, & homo subiectum. Cum igitur triplex differentia medius terminus mutet locum; tres figurae resultant. Prima existit, quando in maiori propositione medius est subiectum, in minori praedicatum: vt, Omne animal est corpus animatum. Sed omnis homo est animal. igitur omnis homo est corpus animatum. Secunda figura fit, quando medius terminus fit praedicatum in utrisque propositionibus;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut, Nullus lapis est animal. Sed omnis homo est animal: itaque nullus homo est lapis. Tertia autem figura est, quando medius terminus est in utraque propositionibus subiectum: ut, Omnis homo est animal. & omnis homo est animal. igitur aliquod animal est rationale. Atque hoc pacto tres figuræ syllogismorum constituuntur: quarum propositiones aut sunt de inesse, aut modales, de quibus postea loquemur: nunc sermo sit de syllogismis, qui propositiones de inesse habent. Propositiones igitur omnes sunt affirmatiuæ, uel negatiuæ; atque hæ aut uniuersales, aut particulares, aut indefinitæ, aut particulares, aut, si placet, singulares: ut,

Vniuersalis affirmatiua cum signo est, Omnis homo
mo est animal.
Vniuersalis negatiua cum signo est, Nullus homo
mo est lapis.
Indefinita sine uniuersalis sine signo affirmatiua, Homo est
Homo est animal.
Indefinita, sine uniuersalis sine signo, est. Homo non
est lapis. Alicuis homo
Particularis affirmatiua est. Alicuis homo
mo est doctus.
Particularis negatiua est. Quidam homo non
mo non est doctus.
Singularis affirmatiua est. Socrates est
ambulans.
Singularis negatiua est. Socrates non
est ambulans.

Quocirca, si uelimus duas componere propositiones, quæ conclusionem inferant; aut duas erunt uniuersales, cum signo affirmatiuæ, aut negatiuæ, aut altera affirmatiua, altera negatiua, aut altera

uersalis cum signo, altera sine signo, sine indefinita, aut particularis, aut singularis, si singularibus uti placeat, de quibus nullam facit Aristoteles mentionem. Exemplum proponamus unius uolumus, & literas A. B. C. loco terminorum, uelut in affirmatiuis, cuiusmodi animali, animalis, & hominis: in negatiuis, lapidis, animalis, & hominis. Has literas Aristoteles notat: ne, si alios terminis utamur, propositiones improbæ uideantur: ac primum maiorem scribamus propositionem, deinde minorem: octo syllogismorum addamur hoc pacto.

Ex his igitur habemus quatuor, & sexaginta syllogismos, & singulares propositiones addamus. Et ad plenioremex emplo explanationem accipiamus illum maiorem propositionem, qua posuimus octo absolutæ syllogismi primos. ea autem est. Omnis B. est A. Minor sequitur hæc, Omnis autem C. est B. Ex his perspicimus bene conclusionem. Igitur Omnis C. est A. Est autem placeat loco literarum scribere has nostras C. hominem idem inferetur syllogismus: velut est. Omne animal est corpus animatum. sed omnis homo est animal. itaque omnis homo est corpus animatum. Atque hæc est prima syllogismus. Deinde ad secundam repetamus dictam maiorem propositionem hoc est, Nullus B. est A. minorem vero accipiamus, quæ tur C. est A. vel Omnis C. est A. Atque hoc modo prodiet ur usque ad illum syllogismum, qui est. Omnis B. est A. sed Hic C. non est B. Posita accedamus ad aliam maiorem propositionem, quæ est. Nullus B. est A. cui subiungitur minor illa, quæ existit. sed Omnis C. est B. Quare hoc ordine usq; ad ultimum deueniemus, ac ex his, ut diximus, sexaginta quatuor resultans syllogismi in hac prima figura. totidem in aliis, & in singulis modalibus. ex quibus quatuor sunt utiles, atque irreprehensibiles, imo sex, dum singulares propositiones admittantur. alij vero omnes possunt esse nulli. qui vero sint utiles, infrà dicemus. Hæc potest dici pars secunda, siue secundus tractatus huius libri, in quo Aristo. differit de syllogismis componendis ex propositionibus de inesse. Atque hæc pars in quatuor secatur cap. in primo conficit syllogismos primæ figuræ: in secundo secundæ: in tertio tertiæ: in quarto quasdam ducet annotationes. Hoc autem primum caput duas habet partes, in prima proponit

Universidad de Deusto
Biblioteca

& uerba sunt. [His uero determinatis, dicemus iam per quæ] in secunda propositum explicat sic: [Quando igitur] ubi docet, quo pacto syllogismi fiant in prima figura. deinde exponit modos syl. uniuersales affirmatiues, dum ait [si enim A] postea inutiles ibi [Amplius autem] particulares primum quidem.] Accedit præterea ad particulares, dum ait [Si autem hic quidem terminus] postea inutiles ibi [Quando uero ad particulares.] Tandem ad indefinitos ibi [Quando uero ad indefinitum.] His addit indefinitos ibi. [Similiter autem & si indefinitum sit.] Nec omnes syllogismos enumerauit, quos tamen ostendit, quos autem descripsimus, enumerauit. Quæ sunt huiusmodi. Quæ sunt omnes præterquam quatuor, si quæ sunt duabus propo. uniuersalibus cum nota affirmatiua, & qui ex maiore uniuersali cum nota negatiua, & minore affirmatiua: & qui ex maiore uniuersali cum nota affir. & minore particulari affir. & qui ex maiore uniuersali uer. cum nota, & minore particulari affirm. quibus addi possunt duo singulares, si medius semper sit uniuersalis cum nota sue affir. sue neg.

De tribus figuris ex propositionibus Inexistentibus. Cap. IIII.

HIs uerò determinatis, dicemus iam per quæ, & quando, & quomodo fit omne syllogismus: postea uerò dicendum de demonstratione. Prius enim de syllogismo dicendum quam de demonstratione; eò quòd uniuersalior est syllogismus: nã demonstratio quidem syllogismus quidam est, syllogismus uero non omnis, demonstratio.

Prima figura.

Quando igitur tres termini sic se habent ad inuicem, ut & postremus sit in toto medio, & medius

medius in toto primo, uel sit, uel non sit: necesse est extremitatum perfectum esse syllogismum. Voco autem medium, quod & ipsum in alio, & aliud in ipso est, quod & positione medium est. Extrema uero, quod & ipsum in alio, & in quo aliud est. Si enim A de omni B, & B de omni C necesse est A de omni C prædicari. Prius enim dictum est quomodo de omni dicimus. similiter autem, & si A. de nullo B, B autem de omni C: quoniam A, nulli C inerit. Si autem primum quidem omni medio consequens est, mediam uero nulli postremo; non erit syllogismus extremitatum. Nihil enim necessarium accidit, eo quòd hæc sunt: nam & omnis, & nulli contingit primum postremo inesse: quare neque particulare, neque uniuersale sit necessarium. Cum autem nihil est necessarium; per hæc non erit syllogismus. Termini uero eius sunt, quod est omni inesse, animal, hõ, equus: eius uero, quod est nulli, animal, homo, lapis. Quando uero nec primum medio, nec medium postremo ulli inest nec sic erit syllogismus. Termini uero ut inesse, scientia, linea, medicina: aut non inesse, scientia, linea, unitas. Universalibus igitur existentibus terminis, manifestum est in hac figura, quando erit, & quando non erit syllogismus: &, quoniam cum est syllogismus, necessarium est terminos sic se habere, ut diximus: & si sic se habet, manifestum erit syllogismus. Si autẽ hic quidẽ terminorum uniuersaliter, alius uero particulariter ad alium, quando uniuersale quidem ponitur ad maiorem extremitatem, vel prædicatiuum, vel primatiuum, particulare uero ad minorẽ, prædicatiuum; necesse est syllogismum esse perfectum.

Rum. Quando verò ad minorem, vel quæ-
bet modo aliter se habeant termini; impos-
bile est. Dico autem maiorem extremitatem
quidem in qua medium est: minorem verò
quæ sub medio est. Insit enim A quidem om-
ni B: B autem alicui C: ergo si est de om-
prædicari, quod in principio dictum est, ne-
cesse est A, alicui C inesse. Et si A quidem ni-
li B inest: B verò alicui C: necesse est A. Ne-
cui C non inesse: determinatum est enim
de nullo, quomodo dicimus, quare erit syllo-
mus perfectus. Similiter autem & si indefi-
tum sit B C prædicatiuum: nam idem erit
logismus indefinito, & particulari sumpto.
autem ad minorem extremitatem vniuersa-
ponatur vel prædicatiuum, vel priuatiuum,
erit syllogismus neque cùm affirmativa, neque
negativa, neque indefinita, neque particu-
sit: vt si A quidem alicui B inest, vel non
B autem, omni C inest. Termini vt inesse,
num, habitus, prudentia: vti non inesse,
num, habitus, indisciplina. Rursum, si B
dem, nulli C: A verò, alicui B inest, vel non
est, vel non omni inest; nec sic erit syllogis-
Termini omni inesse, album, equus, cygnus
nulli inesse, album, equus, coruus. Idem
& si AB indefinitum sit. Nec quando ad
rem extremitatem quidem vniuersale po-
vel prædicatiuum, vel priuatiuum, ad
verò particulare priuatiuum; non erit
mus vel indefinito, vel particulari sumpto.
sit si A quidem omni B inest: B autem alicui
non inest, vel non omni inest. Cui enim
non inest medium, hoc omne & nullum
tur primum. Ponantur enim termini, ani-
homo, album: deinde & de quibus albis non
prædicatur homo, sumantur, cygnus, & nix: et
go animal de vno quidem omni prædicatur, de
altero verò nullo: quare non erit syllogismus.
Rursum. A quidem nulli B insit, B autem alicui
C non insit: & sint termini, inanimatum, ho-
mo, album: deinde sumantur alba, de quibus
non prædicatur homo, cygnus, & nix: nam ina
nimatum de hoc quidem omni prædicatur, de
illo verò nullo. Amplius, quoniam indefini-
tum est alicui eorum, quæ sunt C, non inesse
B: verum est autem & nulli inest, & si non om-
ni, quoniam alicui non inest: sumptis autem
terminis (hoc enim dictum est prius) manifestum
ergo est, quoniam in eo quod sic se habent ter-
mini non erit syllogismus: esset enim & in his.
similiter autem ostenderetur, & si vniuersale po
natur priuatiuum. Neque enim si ambo inter-
nalia particularia prædicatiuè, vel priuatiuè di-
cantur, aut hoc quidem prædicatiuum, illud
vero priuatiuum: vel hoc quidem indefinitum,
illud verò definitum, vel ambo indefinita, non
erit syllogismus vllo modo. Termini verò com
munes omnium: animal, album, equus: ani-
mal, album, lapis. Manifestum est igitur ex ijs,
quæ dicta sunt, quoniam si sit syllogismus in
hac figura particularis, necesse est terminos sic
se habere, vt diximus: aliter enim sic se haben-
tibus, nullus fit. Palam autem quòd omnes, qui
in hac sunt syllogismi, perfecti sunt: omnes e-
nim perficiuntur per ea, quæ ex principio su-
muntur, & qm̃ oĩa problemata ostẽduntur per
hanc figurã: etenim oĩ, & nulli: alicui, & no ali-
cui inesse: Voco aũt huiusmodi figurã, primam.

AN-

ANNOTATIONES.

Per quæ, & quando, & quomodo] .i. per quas propositiones, & in qua figura, & quomodo debent fieri. [posteà vero de demonstrationibus] .i. in libris posteriorum [quando igitur] .i. prima figura quando. [posteriùs] .i. si medius minor, ut homo, & medius terminus, vt animali. [& medius in toto primo] .i. medius, vt animal totum sit in maiori, vel vt animato [vel sit, vel non sit] .i. affirmative, vel negative. [necesse est extremitatum perfectum esse] .i. necessario ex duobus extremis, qui sunt maior, & minor terminus sit conclusio. [nec medium, quod est ipsum in alio, & aliud in ipso est &c.] vt animal dicitur medius terminus; quia iam est in corpore animato, & homo est in animali. [extrema vero quæ & ipsum in alio, & in quo aliud est] ipsum in alio, & minor terminus, vel ut homo. & in qua aliud] .i. maior terminus, vel ut animal. [& in qua aliud] .i. in maiori, vt corpore animato est aliud, ut animal. [Similiter autem] .i. similiter debent fieri propositiones. [Si.n. A. de omni B. & B. de omni. C. &c.] Modi dictæ seruare operet perpetuo, ne eadem simpliciter tamen, & est. Omne. F. est A. Omne C. est B. & omnis C. est A. Aliquid ergo in affirm. neg. autem [nullum A. de nullo B. &c.] .i. nullum B. est A. & Omne C. est B. igitur nullum C. est A. maior terminus est A. minor C. medius. B. [non erit syl. extremitatum] .i. maiori termini, qui sunt minor, & maior non esse conclusio. nisi inutili. [nã & omni, & nulli continet] .i. vel postremo inesse] .i. sit, vt postremus terminus. [omni & omnis; & nullus sit in primo, sine medio] .i. minor vel ut, si dicamus de Omni sit. Omnis animal. & nullus equus est homo. igitur nullus equus est homo. [nullo sic Omnis homo est animal, & nullus

lus est homo. quare nullus lapis est animal. Idcirco non sequitur aliqua conclusio forma gratia; cum termini possint dari, in quibus omni, & in quibus nulli, quas ponea dat, ut palam sit. Cur autem id eueniat, sorte existit, quoniam si terum oppositorum potest cũ maior, & minor propositio, uniuersalis affir. & neg. premissa esse, alterum non sequitur, itaque, cum & possit existere, neutra in tali dispositione sequitur: cum nulla est conclusio, & quod de hoc modo syl. dicitur. [Quare neque particulare, neq; uniuersale] .i. non sequitur aliqua conclusio nec uniuersalis, nec particula lis. [Terminis vero ut inesse] .i. omni [aut non inesse] .i. nulli [quando uniuersale quidem ponitur ad maiorẽ extremitatem] .i. quando maior prop. est uniuersalis affirmatiua, vel neg. & minor particularis affirmatiua. [Quando vero ad minorem] .i. quando minor propositio erit uniuersalis affirm. vel neg. maior vero particularis. [Ipsi enim A. omni B.] .i. omnis B. est A. aliquis autem C. est B. igitur aliquis C. est A. Duo itaque modi syl. perfecti particulares utiles. [similiter autem] .i. similiter quoq; utiles si C. est B. sit indefinita, hoc est, si minor prop. sit indefinita affirm. & maior uniuersalis affirm. vel neg. [indisciplina] aliàs ignorãtia dicitur. [Rursum si E. nulli C. &c.] sic componas. Aliquis B. est vel nõ est A. Nullus C. est B. quare vel [nec C. est A. vel omnis C. est A. [idem autem & si A. sit particulare, sit.] sine loco particulari; sic E. est vel non est A. vel C. [vel nullus C. est B. [cui enim alicui] alicui sint particulari vi. [de quo quidem] .i. de alio quidem, & quo [de hoc] .i. alio, sine alio [an aliis quoque] .i. vtrum etiam hos modos inutiles esse ex indefinitis, [alicui est, in qua sunt C. non is esse D.] .i. aliquis C. non est B. [similiter autem si uniuersales] .i. alterum propositio uniuersalis neg. alterum particularis neg.

neg. non erit syl. utilis. [neque enim si ambo bene
la]. i. ambæ prop. sint particulares affir. vel neg. ut
mal album equus]. s. in quibus omnis nulli vera est
mal, album, lapis. [qui in hac] scilicet figura sunt syl
fecti sunt] quoniam perficiuntur cum dicitur de o
ni, vel de nullo, & in hac figura omnia problema
concluduntur, & genera problematum sunt sex
ni, problema vniuersale, particulare, affirmativum,
& negativum.

Argumentum, & diuisio in cap. 5.

Secunda syllogismorum figura est, si medius ter
minus sit prædicatum in vtrisque propositionibus
& maior, & minor subiectum; vt, Nullus lapis est
animal: sed omnis homo est animal. igitur nullus ho
mo est lapis. Hæc autem figura tot syllogismos
modos vtiles, & inutiles habet, quot & prima
circa, cum propositiones ambæ fuerint vniuersales
& altera affirmatiua, altera negatiua. Ponun
ponuntur, velut si maior sit vniuersalis negat. & mi
nor affirmat. vel maior affir. & minor neg. Et
vtiles: inutiles verò si ambæ affirmat. vel neg. vel
de si maior vniuersalis affirmat. vel neg. & mi
affir. vel negat. Hic potest addi modus indefi
& singularis, vt placet. vbi omnes modi sunt
les. Et dictis habemus syllogism. secundæ figu
imperfecte, sed perfici posse, vt ad primam vi
tur per conuertionem, vel per impossibile. Osten
nullum vtilem esse affirmatiuum, sed negat
Docet igitur hoc caput modum, quo fiant syl. de
da figu. eamque primum ibi desinit. [Quoniam
idem.] deinde terminorum loca sit [medius
tem] ex quibus concludit nullum fieri perfectum
dam ait [perfectus igitur] postea formas syl

gatiuus vniuersales vtiles duas ibi [vniuersalibus igi
tur terminis] quas ad primam figu. reducit hoc pa
cto. [quoniam igitur conuertitur] Inutiles postea de
scribit sic [si autem M. de omni N.] Accedit prate
rea ad particulares vtiles ibi [si autem ad alterum
conuerterit ad primam fig. [Quoniam enim con
uertitur priuatiuum] postea ad inutiles transit, &
eas multo verecunde primum [si autem de X quidem
omni] secundum [quando autem similis] tertium
[sed nec si alicui] tandem duas infert Arist. conclu
siones, quæ sunt [Manifestum est igitur.]

Secunda figura ex propositionibus existentibus. Cap. V.

QVando verò idem huic omni quidem, illi
verò nulli inest, vel vtrique omni, vel
nulli: figuram quidem huiusmodi voco secun
dam. Medium autem in hac dico, quod de
vtraque prædicatur. Extremitates verò de qui
bus dicitur hoc. Maiorem quidem extremita
tem, quæ iuxta medium posita est. Minorem
verò, quæ longius sita est a medio. Ponitur au
tem medium foras quidem extremitatum, pri
mum verò positione. Perfectus igitur non
fit syllogismus nullo modo in hac figura, pos
sibile verò erit, & vniuersalibus, & non vniuer
salibus existentibus terminis. Vniuersalibus
igitur terminis erit syllogismus, quando medi
us quidem omni, illi verò nulli inerit, etsi ad
alterutrum sit priuatiuum, aliter verò nullo mo
do. Prædicetur enim M de N quidem nullo, de
X verò omni: quoniam igitur conuertitur pri
uatiue, nulli M inerit N, at M omni X suppo
nebatur, quare N, nulli X inerit: hoc enim esse

Quam est prius. Rursum, si M, N quidem omni inest, X vero nulli; neq; N, X nulli inerit. Nam si M, nulli X, neque X, nulli M inerit: at vero M omni N inerat, quare X, nulli inerit. Falsum enim rursum prima figura. Quoniam autem conuertitur priuatiuum, neque N, vlli X inerit. Quare erit idem syllogismus: est autem ostendere hoc ad impossibile ducentes. Quoniam ergo syllogismus sic se habentibus terminis factum, sed nõ perfectus: non enim solum ex his quæ ab initio sumpta sunt, sed ex alijs potest necessarium. Si autem M, de omni N, X prædicetur; non erit syllogismus. Termini esse, substantia, animal, ratio: non inesse, substantia, animal, lapis: medium substantia. Nec quido de N, nec de X nullo, prædicatur M. Termini inesse, linea, animal, homo: non inesse, animal, lapis. Manifestum ergo, quoniam non syllogismus ex vniuersalibus terminis, necesse est terminos sic se habere, ut in principio maximus: aliter non. se habentibus terminis conclusio necessaria. Si autem ad alterum vniuersaliter medium, quando ad maius, eadem fuerit vniuersaliter vel prædicatiua, priuatiue, ad minus autem & particulariter, & oppositæ vniuersali (dico autem oppositæ, si vniuersale quidem priuatiuum, particulare prædicatiuum: vel si vniuersale, prædicatiuum particulare priuatiuum) necesse est syllogismum fieri priuatiuum particulariter. Nam si M, omni quidem N, X autem alicui inest; necesse est alicui X non inesse. Quoniam enim conuertitur priuatiuum, nulli M, inerit N: M vero ponebatur, alicui X inesse: quare N alicui X non inerit. In enim syllo-

mus per primam figuram. Rursus si M. N quidem omni, X vero alicui non inest; necesse est N, alicui X non inesse. Nam si X omni inest N, prædicatur autem & M de omni N: necesse est M omni X inesse: supponebatur autem alicui non inesse. Et si M, N omni quidem inest, X autem non omni; erit syllogismus; quoniam non omni X inest N, demonstratio autem eadem. Si autem de X quidem omni, de N vero non omni prædicatur M; non erit syllogismus. Termini inesse, animal, substantia, lapis. Non inesse, animal, substatia, albū, dictū est quā erit, & quā nō erit syllogismus. Quando autem similis figuræ fuerint propositiones, aut ambæ priuatiuæ, vel affirmatiuæ; nullo modo erit syllogismus. Sint enim primum priuatiuæ, & vniuersale ponatur ad maiorem extremitatem; vt M, N quidem nulli X autem alicui non inest, contingit ergo & omni, & nulli X, inesse N. Termini quidem nulli inesse, nigrum, nix, animal. Omni vero inest, alicui autem non. Nam si omni X inest N: & M, nulli N, etiam M, nulli X inerit, sed positum erat alicui inesse, non igitur sic sumere eō dum est. Quoniam enim verum est M, non inesse alicui X, & si nulli inest: nulli vero cum inest, non erit syllogismus, manifestum quoniam neque nunc erit. Rursum si prædicatiuum, & vniuersale ponatur similiter: vt M, omni quidem N, X autem alicui inest: contingit

singit ergo & omni, & nulli X, ineſſe. Terminus ergo medius erit, quod omni nulli ineſſe album, cygnus, lapis. Quod vero non erit ſumere terminos propter eandem cauſam, quam & prius: ſed ex inde oſtendendum eſt. Si autem vniuerſale ad vniuerſale monſtrandum eſt. Si autem vniuerſale ad vniuerſale minorem extremitatem eſt, & M, X qui ſunt nulli, N vero alicui non ineſt: contingit N, & omni, & nulli X ineſſe. Termini ſunt album, animal, coruus. Non ineſſe, album, lapis, coruus. Similiter autem & ſi particulares fuerint propoſitiones. Termini non mutatis eſſe, album, animal, nix. Ineſſe, album, animal, cygnus. Manifeſtum eſt igitur quoniam & ſi ſimilis figuræ ſint propoſitiones, & quidem vniuerſalis, illa vero particularis: quoniam nullo modo ſit ſyllogiſmus. Sed neque alicui, vtrique ineſt, vel non ineſt, vel neutri quidem ineſt, illi vero non, vel neutri vniuerſali vel indefinitæ. Termini autem communes omnium, album, animal, homo. album, animal, inanimatum. Manifeſtum eſt igitur ex prædictis, quoniam ſi ſic ſe habent termini adinuicem, vt dictum eſt: ſit ſyllogiſmus ex neceſſitate, & ſi ſit ſyllogiſmus, neceſſe eſt terminos ſic ſe habere. Palam autem, quoniam omnes imperfecti ſunt, qui in hac figura ſunt ſyllogiſmi: omnes enim perficiuntur aſſumptis quibuſdam, quæ vel inſunt ex neceſſitate, vel ponuntur velut ſuppoſitheſes, vt quando per impoſſibile oſtenditur. Et quoniam non ſit affirmatiuus ſyllogiſmus per hanc figuram, ſed omnes priuatiui, & vniuerſales, & particulares.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Quando verò idem huic omni, illi verò nulli ineſt]. i. quando medium prædicatur de una prop. vniuerſali affir. & de altera vniuerſali neg. [vel veritatis omni, vel nulli]. i. vel de vtraque prop. vniuerſali affir. vel neg. [Extremitates] hoc eſt, maior, & minor terminus. [maiorem extremitatem, quæ iuxta medium poſita eſt]. i. maior terminus in hoc conuenit cum medio, quod eſt prædicatiua quoniam medium ſecundo ſyllogiſmi prædicatur, & maior ſemel. quod ſit in concluſione. [minorem quæ longius ſita eſt a medio]. i. minor non conuenit cum medio vnquàm in prædicando, quoniam ſemper eſt ſubiectum. [ſuas ex terminatum]. i. ſupra extrema [& primum poſitionem]. ſ. prædicatum. [poſſibile verò erit]. ſ. ut fiant per concluſionis, ſiue maior ſit affir. vniuerſalis, ſiue minor, & altera neg. [prædicetur enim M. de N. nullo, & de X. omni] hoc eſt, Nullum N. eſt M. omne X. eſt M. igitur nullum X. eſt N. In hac figura ſecunda medius terminus eſt M. maior N. minor X. [conuertitur præmiſſa]. ſ. propoſitio in termini, vt, nullus homo eſt lapis, & nullus lapis eſt homo ſic nullum M. eſt N. ſed omne X. eſt M. igitur nullum X. eſt N. Et hoc patet per conuerſionem terminorum huic modus ſyllogiſmi reducitur ad primam figu. [Rurſum M. N. omni] ſic dicam nullum X. eſt N. [nam & M. nulli X.] hoc eſt, ſi nullum X. eſt M. neque illum M. eſt X. & hic ad primam figuram ducitur: & termini concluſionis veritatis, vt, nullum X. eſt N. [oſtendere hac & ad hoc ad primæ figu. per impoſſibile, de qua reductione

Universidad de Deusto
Biblioteca

capite propriè agemus. [Si autem M. de N. &c.] omni] .i. omne N. est M. sed omne X. est M. ut ante. utilis modus. [quando ad maius] .i. quando maior proposita fuerit cum vna vniuersali siue affir. siue neg. [ad minus] .i. minor particularis [sylogismi fieri neq. cum vna particulariter] .i. cum duabus fieri neq. cum vna particulari. [omnia esse non est numero] .i. non possunt dari, si minor talis dispositionis secundum quantitatem sumatur suam subcontrariam. [si aliqua vtraque] .i. si vtraque prop. sit particularis. [omnes propositiones assumptis quibusdam &c.] .i. omnes fiunt per conversionem, & transpositionem propositionum, quæ ex necessitate eisdem terminis inferuntur per aliam hypothesim, vt quando ducitur ad impossibile.

Argumentum, & diuisio in cap. 6.

Syllogismi in tertia figura hoc pacto examinantur. Medius terminus est subiectum vtriusque propositionis, maior prædicatum maioris, & minor subiectum minoris. Omnes sunt imperfecti, sed perfecti possunt fieri. Modi autem vtl. tot sunt: in hac, quæ in prima. Hos modos recenset Arist. primus ex duobus prop. constat affirmatis, vt, Omne S. est P. Omne S. est R. igitur aliquod R est P. conclusio vtilium syl. omnis est particularis affir. vel neg. Per conuersionem verò omnes vtiles reducitur ad tertiam primæ fig. vtilem. Secundus impossibile ad secundum, qui dicunt Celarent. Secundus autem constat ex maiore prop. vniuersali neg. & minore vniuersali affir. si minor conuertatur, fit quarta vtilis primæ, & per impossibile primus. possunt autem probari per expositionem. tertius est inutilis. Nullus enim maiorem vniuersalem affir. & minorem vniuersalem neg. vnde possunt dari termini, in quibus ea

sit, & nulli. Quartus est inutilis ex vtriusque prop. negatiuis. Præter duos vtiles quatuor alios recitat particulares vtiles. primus, si sit maior vniuersalis affir. & minor particularis affir. secundus si maior particularis affir. & minor vniuersalis affir. qui reducuntur ad primam. Tertius, & quartus quando maior est vniuersalis, vel particularis neg. & minor vniuersalis, vel particularis affir. qui etiam reducũtur ad eum modos prædictis. Narrat quinque quatuor modos vtiles, quorum duo habent maiorem vniuersalem, vel particularem affir. & minorem vniuersalem, vel particularem neg. tertius si ambæ neg. altera vniuersalis, altera particularis. quartus si ambæ particulares. Diuidit autem tertia fig. hoc modo. primum describit eam sic [si autem eidem] de inde componit modos vniuersales [vl. duos vtiles. primus est [vniuersaliter quidem] vtitur S. medio, P. maiori. R. minori termino. & reducit ad primam fig. tribus modis primi per conuersionem sic [quoniam conuertitur prædicatiua] secundo per impossibile hoc modo [si. R. omni S.] & tertio per syllogismum expositorium. Secundus vtilis est [& si R. omni S.] postea duos scribit inutiles. alter est. [Si autem inisi R.] alter [vniuersalis & primum duos vtiles sic. [sic autem hic qui dem] quæ ad primam figur. reper modos dictos reducit ibi [quoniam conuertitur affirmatiua] tertium quoque vtilem [si autem vnus quidem] deinde ad secundum, ac primum [quando verò maior fuerit prædicatiua] deinde ostendit esse inutilem dupliciter, primò [si R. inest] secundo [nulli verò] ad tertium vtilem venit ibi [si autem priuatiuus sit.] cui adiungit inutile ibi [Quando autem minor fuerit primæ &c.] Et [Nec quando ambo] Et [nec si vterq.] Ex his hæc infert [manifestum est igitur.

Tertia figura ex propositionibus inuicem habentibus. Cap. VI.

SI autem eidem hoc quidem omni, illud vero nulli ineſt, vel ambo omni, vel nulli: figuram quidem huiuſmodi voco tertiam. Medium autem in hac dico, quo de ambo prædicantur. Extremitates vero, quæ prædicantur. Maiorem autem extremitatem, quæ longius eſt medio: minorem verò, quæ propius. Ponitur autem medium foras quidem extremitatum, vltimum verò poſitione eſt. Perfectus igitur non fit ſyllogiſmus nec in hac figura: poſſibilis vero eſt, & vniuerſaliter, & non vniuerſaliter terminis exiſtentibus ad medium. Vniuerſaliter quidem quando & P & R, inerunt omni S, quod alicui S inerit P ex neceſſitate: nam quoniam conuertitur prædicatiua, inerit S, alicui R, quare quoniam P, ineſt omni S, & S, alicui R; neceſſe eſt P, alicui R ineſſe. Fit enim ſyllogiſmus per primam figuram. Eſt autem & per impoſſibile, & expoſitionem facere demonſtrationem. ſi enim ambo omni S, inſunt, ſi ſumatur aliquod eorum, quæ ſunt S, vt N: huic & P, & R ineruntex neceſſitate: quare alicui R inerit P. Et ſi R, omni quidem P autem nulli S, ineſt, erit ſyllogiſmus quoniam P, alicui R non inerit ex neceſſitate. Nam idem modus erit demonſtrationis, quemadmodum in R, S, propoſitione. Oſtendetur autem & per impoſſibile, quemadmodum in prioribus. Si autem inſit R, S quidem nulli, P vero omni: non erit ſyllogiſmus. Termini ineſſe, animal, equus, homo: non ineſſe, animal inanimatum, homo: neque quando ambo de nullo S, dicuntur non erit ſyllogiſmus. Termini ineſſe, animal,

mal, equus, inanimatum: non ineſſe, homo, equus, inanimatum: medium inanimatum. Manifeſtum eſt igitur, & in hac figura, & quando erit, & quando non erit ſyllogiſmus ex vniuerſalibus terminis. Quando enim ambo termini ſunt prædicatiui erit ſyllogiſmus, quòd ineſt alicui extremitas extremitati: quando verò priuatiui, non erit ſyllogiſmus: quando autem hic quidem priuatiuus: ille verò affirmatiuus, ſi maior quidem fuerit priuatiuus, alter vero affirmatiuus erit ſyllogiſmus; quòd alicui non ineſt extremitas extremitati: ſi autem econuerſo, non erit. Si autem hic quidem ſit vniuerſalis ad medium, alter vero particulariter, ſi vter que in prædicatiuus: neceſſe eſt fieri ſyllogiſmũ & ſi alterutter ſit vniuerſalis terminorum: nam ſi R, omni S, inſit, P, vero alicui eſſet, neceſſe eſt & P, alicui R, ineſſe, nam quoniam conuertitur affirmatiua, inerit S, alicui P, quare quoniam R omni S, ineſt, S, autem alicui P, & R, alicui P, inerit quare & P, alicui R. Rurſum ſi R, alicui S, P verò omni S, inſit, neceſſe eſt, & P, alicui R, inerit: nam idem modus demonſtrationis. Eſt autem demonſtrare & per impoſſibile, & expoſitione quemadmodum in prioribus. Si autem vnus quidem ſit prædicatiuus, alius vero priuatiuus, vniuerſaliter autem prædicatiuus, quando minor quidem fuerit prædicatiuus: erit ſyllogiſmus: nam ſi R, omni S, P, verò, alicui S, non ineſt, neceſſe, eſt P, alicui R, omni S, P, vero alicui S, non ineſt, neceſſe, eſt P, alicui R, non ineſſe. ſi enim P, omni R, & R, omni S, & P, omni S, inerit, ſed non inerat. Monſtratur autem & ſine deductione, ſi ſumatur aliquid eorum, quæ

rit prædicatiuus; non erit syllogismus: vel si
inest omni S, R, autem alicui S, non inest. Termi
ni uero omni inesse, animatum, homo, animal.
Nulli vero, non est sumere terminos: si R, ne
est alicui quidem S, alicui autem non. Si enim
omni S, inest P, R, autem alicui S, & P, inerit ali
cui R, sed positum erat nulli R, inesse: sed quo
admodum in prioribus dicendum est, nam cum
indefinitum est alicui non inesse, & quod nulli
inest verum est dicere alicui non inesse, quod
vero cum inesse non erat syllogismus. Non
sium ergo est, quod non erit syllogismus, quan
rem priuatiuus sit vniuersalis terminus, quan
do maior quidem priuatiuus fuerit, minor au
tem prædicatiuus; erit syllogismus. Si enim
nulli S, R, autem alicui inest S, & P, alicui R, ne
inerit. Rursum enim prima erit figura, R, S, p
positione conuersa. Quando autem minor pri
rit priuatiuus; non erit syllogismus. Termi
ineste animal, homo, ferum. Nō inesse, an
scientia, ferum: medium in vtrisque ferum.

Nec, quando ambo priuatiui ponuntur, re
autem vnus quidem vniuersalis, alter vero pa
ticularis. Termini inesse, quando minor est
uersalis ad medium, animal, homo, ferum.
inesse, animal, scientia, ferum. Quando autem
maior, non inesse, quidem eorum, nisi, alicui
Inesse vero, non est sumere, si R, alicui quidem
inest S, alicui autem non inest. Si enim P, omni
R, inest, R, autem alicui S: & P, inerit alicui S.
situm est autem nulli, sed ex indefinito maior
stendum est. Neque, si vterque alicui medio
est, vel non inest, vel vnus quidem inest, alter
tō non inest, vel hic quidem alicui, ille vero
omni, vel indefinitè, vllo modo erit syllo

mus. Termini autem communes omnium, ani
mal, homo, album, animal inanimatum, al
bum. Manifestum est igitur, & in hac figura,
quando erit, & quando non erit syllogismus:
& quoniam habentibus se terminis, vt dictum
est, si fit syllogismus ex necessitate: & si sit syllo
gismus, necesse est terminos sic se habere. Ma
nifestum est etiam, quòd omnes imperfecti sunt
in hac figura syllogismi: omnes enim perficiun
tur quibusdam assumptis. Et quoniam syllogi
zare vniuersale per hanc figuram non erit, ne
que priuatiuum, neque affirmatiuum.

ANNOTATIONES.

Eidem hoc omni, illud vero nulli] .i. subiectum .i. prædicatum, vel subiectum, & illud .s. prædicatum, vel subiectum, hoc est, si maior, vel minor propositio sit vniuersalis affirmatiua, vel neg. [quo de ambo] .i. de quo prædicatur maior, & minor terminus. [sorus ex terminis sunt] hæc aucta explicauimus. [quando P. & R. inerunt omni S] .i. omne S. est P. & omne S. est R. fiet aliquod R. est P. conuertit ur autem. Aliquod R. est S. [si autē] .i. reducitur. [& expositione] .i. syllogismo expositorio. [si sumatur aliqd horū, quæ sunt bona, erit, vel aqua [quoniā P. alicui R.] .i. fiet hæc conclusio. Aliquod R. est P. [conuersa R. S. propositione] .i. conuersis terminis propositionis. [Si autem nulli R. S. nulli, & P. omni S.] hoc est, si nullum S. est R. & omne S. est P. [ambo terminī] .i. ambæ propositiones [erit syllogismus. q. inest alicui extremitas extremitati] .i. erit conclusio, quòd maior terminus prædicatur de minori. [quando vero priuatiui] .i. quando quoque prop. erunt neg. [Si autem hic] .i. maior, vel mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uem prop. [sit vniuersaliter ad medium] 2. habeam ne-
cessariũ cum nota vniuersalis [& si alteruter sit vniuersa-
lis termino rum] 3. altera harum prop. sit vniuersalis,
altera particularis. [si autem vnus] 4. vna propositio.
[vniuersaliter autem prædicatiuus] 5. prædicatiua
matiua sit cum nota vniuersali. [quando vniuersalis
positiua] nam inesse quidem] quidam ad duos se habet
saliter, minor verò in parte. [neque si vtraque affir-
medio] 6. neque si vtraque prop.

Argumentum, & diuisio in cap. 7.

*Ex his, quæ ante diximus, habemus in vniuersa-
li figura fieri syl. vtilem ex vtrisque prop. particularibus,
vel indefinitis, vel singularibus: deinde, si vtraque
sit affirma. vniuersalis, vel particularis, & vna
neg. fieri bonum syl. in qualibet fig. indirectè concludi-
endo particularem neg. tertiæ de particulari affirm.
definita idem esse iudicium ad syl. conficiendum.
quartò omnes syl. imperfectos perfici per reductio-
nem ad modos primæ fig. directè concludentes, vnde
fit, vt omnes syl. secundæ, & tertiæ fig. & primæ mo-
que indirectè concludentes reducantur ad modos vni-
uersales primæ fig. Hoc caput est velut epilogus to-
tius. continet autem quinque partes. primam est [ex
prædicatini quidem] secunda [cum autem prædica-
tiuus] tertia est [palam etiam quòd] quarta. [manife-
stum autem & quoniam] quinta [est etiam osten-
dere] & eam probat.*

*De tribus figuris, & indirectis syllogismis ad eas
ducendis, & quo pacto syllogismi omnes perfici
fiant, & reducantur omnes in vni-
uersales primæ figuræ. Cap. 7.*

PAlàm autem est, quoniam in omnibus figu-
ris quando non fit syllogismus. Cum affir-

dicatiui quidem, vel priuatiui sunt vtrique ter-
minis, & particulares; nihil oino fit necessariũ.
Cum autem prædicatiuus, & priuatiuus, & vniuersaliter sumptus priuatiuus, semp fit syl-
logismus minoris extremitatis ad maiorem. vt
si A, quidem omni B, vel alicui, B, autem nulli C,
conuersis enim propositionibus necesse est C, alicui
cui A non inesse. Similiter autem & in alijs fi-
guris, semper enim fit per conuersionem syllo-
gismus. Palam etiam quoniam indefinitum
prædicatiuo particulari positum, eundẽ faciat
syllogismum in omnibus figuris. Manifestum
autem & quoniam omnes imperfecti syllogis-
mi perficiuntur per primam figuram: aut enim
ostenduntur, aut per impossibile clauduntur oẽs,
vtrinq; autem fit prima figura. Et ostensiuè quidẽ
demperfectis, quoniam per cõuersionem clau
debantur oẽs: conuersio autem primam facie-
bat figuram: per impossibile verò demonstratis,
quoniã posito falso, syllogismus fit per primã
figuram. Vt in postrema figura, si A, & B, omni
C sint, quoniam A, alicui B, inest: nam si nul
li, & B, omni C, nulli C, inerit A, sed inerat om-
ni. Similiter autem in alijs. Est etiam reducere
omnes syllogismos ad vniuersales syllogismos
primæ figuræ. Nam qui sunt in secunda figura,
manifestũ quòd per illos perficiuntur, verum
non similiter omnes, sed vniuersales quidem,
per ad impossibile reductionem. Qui verò in pri-
mа priuatiua cõuersa, particularium autem vtraq;
per fiunt particulares, perficiũtur quidẽ per se.
Est autẽ & per secundam figurã ostendere ad im
possibile ducẽtes: vt si A, oi B, & B, alicui C, quo
niã A, alicui C, inerit. Si. n. nulli, B, aũt omni nul
li C, inerit B. Hoc. n. sequus per secundã figurã.

Similiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

Similiter autem & in priuatiuo erit demõstratio: si enim A nulli B, & B, alicui C, inest A alteri C, non ineritnã si A oi C, B autẽ nulli inest C, ineritB. Hæc aũt fuit media figura: omnes autẽ reducuntur in primã figurã vniuersales syllogismos, qui vero particulares in primã, ad eos qui sunt in media: manifestum est quoniam & particulares reducentur ad eos: qui in primã figura sunt vniuersales, syllogismos: qui vero sunt in tertia, cum vniuersales sint quidem non omnes, quod ineit, de necessitate ineſt, vel minũ: & statim perficiuntur per illos syllogismos. Si autem particulares sumuntur per ecleses syllogismos primæ figuræ: sed hi ad illos quare & tertiæ figuræ patebunt reductiones. Manifestum ergo, quoniam omnes reducuntur in primæ figuræ vniuersales syllogismos. Igitur syllogismi ineſſe, vel non ineſſe ostensiui, & ad contradictum est quomodo se habent, & ad eos qui ex eadem sunt figura, & adinuicem: & ad eos qui ex alijs sunt figuris.

ANNOTATIONES.

Cum autem prædicatiuus &c.] *hæc verba explanat ibi* [*ut si A. omni B. &c.*] *i. omne, vel aliquod B. est A. Nullum autem C. est B. igitur aliquod C. non est A. omnes termini propositionis* [*nec enim &c.*] *infert ad perficiendos syl. non sufficere propositionem, sed necesse est etiam, vt sit consequentia in forma terræ, qua possit dici est enim ea, quod sit perfecta.* [*Si A. & B.*] *i. omne C. est A. omne C. est B. igitur aliquod B. est A. Per impossibile sic ad primam reducit* [*nam si nullus*] *hoc est si nullum B. est A. & nullum C. est B. nullum igitur C. erit A.* [*sed tertium &c.*] *i. dixisti, omne C. est A. quia autem in primo syllogismo particulares.*

particulares.] *i. syl. reducuntur ad secundum per impossibile in vniuersales, & hinc ad vni uersales in prima* [*ut si A. omni B.*] *ostendit quo pacto reducantur.* [*media figura*] *i. secunda.*

Argumentum, & diuisio in cap. 2.

Egit Arist. de syl. ex prop. de ineſſe, nunc ad eos, qui ex prop. de necessario, & contingenti componuntur accedit. syl. igitur ex propo. de necessario, & de contingenti constituit differunt a syl. de ineſſe: quoniam non omne, quod ineſt, de necessitate ineſt, vel contingere est, tamen fiunt, vt his de messe, & perficiuntur per conuersionem nisi quid additur modus. Necesse est contingere est. Duo tamen syl. qui vulgò barbara dicuntur, ergo appellantur, nõ perficiuntur per se, sed per expositionem, sine syl. expositorii. Ideo iubet sub subiecto particularis negatiuæ debere aliquid sumi, à quo prædicatũ vniuersaliter negatiue remouetur, & faceret syl. in Camestres, & illa negatiua est exponens particularem negatiuam. Sed in Bocardo est accipere aliquid de quo prædicatum vniuersaliter negatur, vt fiat syl. in Celaront. Hoc autem caput est, vt placet nonnullis, tertij tractatus, qui duas continet partes in hoc primo formal syl. ex prop. de necessario, & habet duas partes, in prima dividit syl. de ineſſe, & modales differre, ibi [*Quoniam autẽ*] *secunda explicat sic* [*ergo in necessarijs.*]

De syllogismis ex vtrobibus de necessario in tribus figuris.
Caput 2.

QVoniam autem diuersum est ineſſe, & ex necessitate ineſſe, & contingere ineſſe (nã

multa insunt quidem, non tamen ex necessi-
te, alia verò neq; ex necessitate, neq; insunt ex
no, contingit autem inesse) manifestum, q-
niam & syllogismus in vnoquoque horum
nersus est, & non similiter habentibus se ex
nis: sed hic quidē ex necessarijs, ille verò ex
quæ simpliciter insunt, ille autem ex con-
tibus. Ergo in necessarijs quidem fere sic
se habet, & in ijs quæ insunt: similiter enim
sitis terminis, & in ijs quæ insunt, & in ijs q
ex necessitate insunt, vel non insunt, & cu
non erit syllogismus. Verum distabit in q
adiacet terminis ex necessitate inesse, vel
inesse: nam & priuatiuum similiter con-
tur, & in toto esse, & de omni similiter ac
bimus. Ergo in alijs quidem eodem mod
detur per conuersionem, Quòd conclu
cessaria, quomodo in eo quod est inesse. In
dia autem figura quando fuerit vniuersalis
firmatiua, particularis verò priuatiua, &
sum in tertia quando vniuersalis quidem
dicatiua, particularis verò priuatiua, non
ter erit demōstratio: sed necesse est exp
cui alicui vtriq; nō inest, de hoc facere sy
mū: erit em necessarius in hoc, si autē de
sito est necessarius erit & de illo aliquo
qd est expositū ipsum quidem illud ali
Fit autē vterque syllogismus in propria

ANNOTATIONES.

Diuersum est inesse, & ex necessitate inesse, & [*contingere inesse*] *i. propositiones de inesse, de necessario, & de contingenti differunt.* [*multa insunt, multa prædicantur, ac continent* [*contingit inesse*] *i. potest prædicari, & non prædicatio*

bi] *i. propositionibus* [*ergo in necessarijs*] *i. in syl. q*
uersque habent prop. de necessario. [*similiter si ins*
bet &] *i. sic se habet, ut in his, quæ de inesse, dum di*
cimus inesse intelligendum est de his, quæ nunc in
sunt. sed non necessarijs; [*insunt, vel non insunt*] *i. af*
matiuè, vel negatiuè [*erit, & non erit*] *i. erit affir.*
vel neg. [*adiacet terminis*] *i. copulatur cum termi*
nis prop. hoc verbum Necesse est, vel necessariū est,
vel non est. [*nam & priuatiuum*] *i. & prop. neg. de*
necessario conuertitur [*& in toto esse, & de omni si*
militer] *i. in syl. ex prop. de necessario idem est esse*
in toto, & dici de omni, ut in his, qui ex prop. de ines
se conflantur. [*ergo in alijs*] *i. ut in quarto secun-*
de fig. & in quinto tertiæ ut in de inesse perficiun-
tur per conuersionem. [*quando fuerit vniuersalis af-*
firmatiua, particularis verò neg. &c.] *hoc est, quartus syl. se*
cundæ fig. & quinus tertiæ [*non similiter erit de-*
monstratiu] *i. non sic perficietur ut* [*sed necesse est ex*
ponentes &c.] *verbi gratia. quartus syl. secundæ fig.*
est de necessitate omni B. est A. vel de necessitate ali
quod C. non est A. quare de necessitate aliquod C. non
est B. debet subiectum minoris prop. exponi per ali-
quod particulare hoc modo. Sed de necessitate hoc C.
non est A. quare de necessitate hoc C. non est B. Quin
tus autem tertiæ figuræ est is. De necessitate ali-
quod B. non erit A. de necessitate autem omne B. est C.
igitur de necessitate aliquod C. non est A. oportet au-
tem subiectum minoris sic exponi, de necessitate hoc
B. non est A. & hoc B. est C. ergo de necessitate aliq
C. non est A. [*cui alicui utraque non inest*] *cui alicui*
significat subiectum in utroque syl. particularis prop.
uter utrique significat prædicatum utriusque.

Argumentum, & diuisio in cap. 9.

Ad confirmandas 2. lin. ex vna prop. de necessario, &

altera de inesse, si maior erit de necessario, & minor de inesse in prima fig. conclusio erit de necessario, non si maior erit de inesse, & minor de inesse, nam ex veris sequeretur falsum. vt, omne animal mouetur, sed omnis homo necessario est animal, ergo mouetur, sed omnis homo necessario mouetur, quod est falsum, & prop. vera. atque hac in singulis modis primæ. Hoc cap. diuiditur in duas partes. in prima dat præcepta de modis vniuersalibus in prima figura. de terum quando scribit [Accidit autem quandoque] inde explicat [ut si A.] alterum [si autem A. ex necessaria] In secunda docet particulares. [si autem prop. de necessario. & altera de inesse, & hac duo præcepta. primum est [si uniuersalis est necessaria] habet duos modos. secundum est [si autem particularis].

De mixtis ex vna necessaria, & altera de-
soluta in prima figura.
Caput 9.

ACcidit autem quandoque altera propositione necessaria, necessarium fieri syllogismum: verum non vtralibet, sed quæ ad maiorem extremitatem est: vt, si A quidem B ex necessitate sumptum est ineſſe, vel non ineſſe: B autem C ineſſe tantum: sic enim sumptis propositionibus ex necessitate A ineri C, vel non ineſſe, quoniam omni B, ex necessitate ineſt, vel non ineſt A, C autem aliquid eorum, quæ sub B. manifestum quoniam & C ex necessitate alterum horum. Si autem A B quidem non est necessaria, B C autem necessaria, non erit conclusio necessaria. Nam si extraccidit A. alicui B esse ex necessitate per primam, & tertiam

tam: hoc autem falsum: contingit enim tale esse B, cui possibile est A nulli inesse. Amplius autem & ex terminis manifestum, quoniam non erit conclusio necessaria: vt si A quidem sit mouetur, B autem sit animal, in quo autem C homo: manque homo animal est ex necessitate, mouetur autem animal nõ ex necessitate, quare nec homo. Similiter autē & si priuatiua sit A, B. Nã eadem demonstratio. In particularibus autem syllogismis, si vniuersalis qdem est necessaria; & conclusio erit necessaria, si autem particularis, non necessaria, siue priuatiua, siue prædicatiua fuerit vniuersalis propositio. Si autem primo vniuersalis necessaria, & a quidem omni B insit ex necessitate, B autem alicui C insit solũ: necesse est ergo A alicui C inesse ex necessitate. terminũ C sub B est, B autem omni A inerat ex necessitate. Similiter autem & si priuatiuus syllogismus sit. nam eadem erit demonstratio. Si autem particularis est necessaria; non erit conclusio necessaria: nihil enim impossibile euenisset, quemadmodum nec in vniuersalibus syllogismis: similiter autem & in priuatiuis. Termini autem, animal, album.

ANNOTATIONES.

Sed quæ ad maiorem extremitatem est] .i. maior prop. [vt si A. quidẽ est B. ex necessitate]. .i. omne B. necessario est A. [sed omne C. est B. igitur omne C. necessario est A [sic enim sumptis propositionibus]. .i. altera maiore necessaria, & minore de inesse. [nam quoniam] comprobat quod concluſit. A. ut aliàs dixi- mus est maior terminus, C. minor. B. medius. in qua propagitur est A. dicitur maior prop. in qua C. ea est

minor. Præterea siue explicetur verbum N vnus est, vel necessario, sic contingens, possibile, siue non tunc tamen hæ prop. necessariæ, vel contingentes omnis homo necessario est animal: verbum N varia non reddit rem necessariam, sed per se & secundum essentiam est. quare idem est ac si dicat, homo est animal. [eadem demonstratio] in conclusio & modus.

Argumentum, & diuisio in cap. 9.

In secunda figura si altera prop. fuerit de necessario, altera de inesse; fit conclusio de necessario: vt Celarent, & Festino, ut exemplis patet. Si ab vtraq; prop. negatiua sit de inesse, & affirmatiua de necessario; non sequitur conclusio de necessario: primo quoniam reducamur syl. ad primam fig. maior esset de inesse, & tunc ex maiori de Camestres, quæ est de necessario infertur in Darij cõclusio de necessario respondens veri, quæ erat de inesse: tertio omnis lapis non est animal: sed nullum animal est animal non sequitur, ergo omne animal non est homo, quia caput duas habet partes. primo tradit modum arguendi, & primum si universalis negans sit de necessario & affir. de inesse, sic [In secunda autem figura] explanat ibi [sit enim primum] deinde si affir. ibi [si autem prædicatiua] quam explicat ibi [sit enim A.] deinde in Camestres sic explicat [si conclusio] & exemplis comprobat his verbis [simplex & si terminos] Secunda pars docet de particularibus syl. ex una prop. de necessario, & altera de inesse sic [similiter autem se habebit] deinde dicit ibi [sit enim primum priuatiua.]

De mixtis ex vna necessaria, & altera absoluta in secunda figura. Cap. 10.

IN secunda autem figura si priuatiua quidem propositio vniuersalis sit, & necessaria; cõclusio erit necessaria. Si autem prædicatiua, nõ necessaria. Sit enim primum priuatiua necessaria: & A, B quidem nulli contingat, C autem insit omni: quoniam ergo conuertitur priuatiua, & B, nulli A contingit: A autem, omni C inest, quare nulli C cõtingit B: nam C sub A est. Similiter autẽ & si ad C ponatur priuatiuum: nam si A, C nulli contingit, & C, nulli A poterit inesse. A autem, omni B, inest, quare nulli eorũ quæ sunt B, contingit C: sit enim prima figura rursum, ergo neque B, ipsi C, cõuertitur enim similiter. Si autem prædicatiua propositio est necessaria, non erit conclusio necessaria: insit enim A omni B, ex necessitate, C autem nulli insit tantum: conuersa ergo priuatiua, fit prima figura. Ostensum est autem in prima, quoniam cum non est necessaria: quæ ad maiorẽ est priuatiua nec cõclusio erit necessaria: quare nec in his erit ex necessitate. Amplius a sit si cõclusio est necessaria. Fiat enim A, alicui B, non inesse ex necessitate. Quoniam igitur C, alicui A, non inesse ex necessitate: neque enim B, inerit ex necessitate: B autem, alicui A necesse est inesse; si quidem & A, omni B ex necessitate inerat: quare C, necesse est alicui A nõ inesse. sed nihil prohibet A huiusmodi accipere, cui omni, C contingat inesse. Amplius & si terminos ponentes sit ostendere quod conclusio non est necessaria simpliciter, sed his existẽtibus necessarijs, vt sit A animal, B verò homo,

C autem album, & similiter propositiones sunt. ptæ sint: contingit enim animã nulli albo inesse: non inerit ergo nec homo vlli albo, sed non ex necessitate: contingit enim hominem esse album, non tamen donec animal nulli albo inest: quare cum hæc sint, necessaria erit conclusio: simpliciter autem non necessaria. Similiter autem se habebit & in particularibus syllogismis: quando.n. priuatiua quidē proponitur, & vniuersalis fuerit, & necessaria, & conclusio erit necessaria. Quando autem prædicatiua vniuersalis fuerit necessaria, priuatiua vero particularis non necessaria; non erit conclusio necessaria. Sit enim primum priuatiua, & vniuersalis necessaria, & A B, quidem nulli contingat inesse, C autem alicui insit: quoniam ergo conuertitur priuatiua, & B, nulli A, continget inesse. A autem alicui C, inesse quare ex necessitate alicui eorum quæ sunt C, non inerit B. Rursum si prædicatiua, & vniuersalis, & necessaria, & prænatus ad B, quidem prædicatiuum: si ergo B omni B, ex necessitate inest, C autem alicui non inest: quoniam non inerit B, alicui C, manifestum, sed non ex necessitate. Nam ijdem termini erunt ad demonstrationem, qui in vniuersalibus syllogismis: sed nec si priuatiua necessitatis est particulariter sumpta, erit cõclusio necessaria. Nã per eosdem terminos demonstratio erit.

ANNOTATIONES.

Si priuatiua prop. vniuersalis sequitur Arist. Confirmat per de hir syl. quos utiles esse asserit in tribus figuris. Deinde exponit. [A. B. nulli contingat, C. autem insit autem exponitis. [A. B. nulli contingat, C. autem insit tantum]. *i. nullum B. est A. omne C est A. Quoniam ergo conuertitur] reducit ad primam figuram.*

Nulli A. poterit inesse] i. nullum A. erit C. Inesse idem significat quod prædicari, continere, & amplecti. [A. huiusmodi accepere]. *i. A. tale accepimus fuisse, cui unum* [cum hæc sint] *i. dum hæc sint* [vniuersalis] *i. enim* [alicui C.] *alii legũt.*

Argumentum, & diuisio in cap. 11.

In tertia figura sextem habentur præcepta. primum si una prop. sit de necessario, & altera de inesse sequitur conclusio de necessario, quæ reducitur ad Darapti per conuersionem minoris per accidens. Secundum est. In Felapton si maior sit de necessario, minor de inesse; sit conclusio de necessario, quæ reducitur ad Ferio. Tertium contra, si maior de inesse, & minor de necessario; non sequitur conclusio de necessario, quoniam si reducatur ad primam figuram affert de inesse. deinde non sequitur. Nullum equum est de lapide, sed omnis equus necessario est animal. ergo quoddã animal non est lapis. Quarta ratio est de inesse, & consequens falsum. Quartum, modis particularibus affirmatiuis, & negatiuis, & particularibus affirmatiua sit de necessario, & particularis de inesse; sit conclusio de necessario. & id verum est in Datisi. sed non in Disamis. Quintum, cum vna sit vniuersalis affirmatiua de necessario, & particularis de necessario; non sequitur conclusio de necessario. atque id verum est in Datisi: non enim sequitur, omne animal vigilat. quoddam autem animal necessario est lapis. quoddam igitur lapis necessario vigilat. Sed non est verum in Disamis. Sextum in Ferison si maior sit de necessario, & minor de inesse; sequitur conclusio de necessario. Septimum in particularibus negatiuis affirmatiua sit de necessario,

neg. de ineſſe non ſequitur concluſio de neceſſario in Brocardo nullo modo valet mixtio ex una parte ineſſe & altera de neceſſario, quod tamen non ſic rum, ſi maior eſt de neceſſario. Quapropter ex hoc percipimus ad concluſionem de ineſſe neceſſe eſt poſitionem eſſe de ineſſe ambas, ad concluſionem neceſſario ſufficere vnam eſſe de neceſſario: concluſionem ſimiles eſſe alicui prop. Idcirco hoc habet tres partes. prima docet ſyl. ex una neceſſario, & altera de ineſſe in modis mixtis has, ac primo vtilibus his verbis [In poſtrema figura] ſecundo inutilibus ſic [quando autem prima] comprobat autem & ait [ſint enim primum inde confirmat ſecundum præceptum ibi [Si autem A.C.] poſtea tertium duplici er ibi [ſi autem pro tatiua ſit neceſſaria] oſtendit etiam per terminos hoc paſto [amplius autem, & per terminos] da pare continet modos ſyl. particulares, ac primum in affir. ſic [ſi autem hic vniuerſalis] deinde bit aliam concluſionem, quæ eſt [ſi autem pro ris eſt neceſſaria] ſecundo in neg. ibi [ſi autem terminorum] Tertia pars ea exiſtit [Manifeſtum igitur quod.]

De ſyllogiſmis mixtis ex altera neceſſarijs, & altera abſolata in tertia figura. Caput vi.

IN poſtrema autem figura terminis quidem vniuerſalibus ad medium, & affirmatiuis vtraque propoſitionibus, ſi vtralibet ſit neceſſaria, & concluſio erit neceſſaria. Si autem hæc quidem ſit priuatiua, illa vero prædicatiua, ſi priuatiua quidem fuerit neceſſaria, & concluſio erit neceſſaria: quando autem prædicatiua non erit neceſſaria. Sint enim primum vniuerſales affirmatiuæ propoſitiones, & A, & B, omni

huiſmodi, neceſſaria autem ſit A, C, quoniam ergo B, omni C, ineſt, & C, alicui B, inerit: eo quod conuertitur vniuerſalis particulariter. Quare ſi A, ineſt omni C, ex neceſſitate; & C, alicui B, neceſſarium eſt ineſſe: nam B, ſub C eſt. Fit igitur prima figura. Similiter autem oſtenditur, ſi B, C, eſt neceſſaria: conuertitur enim C, alicui A, quare ſi omni C, ineſt B, ex neceſſitate; & A, alicui B inerit ex neceſſitate. Rurſum ſit A, C, quidem priuatiua, B, C, vero affirmatiua; neceſſaria autem priuatiua: quoniam ergo conuertitur affirmatiua: erit C, alicui B, A autem nulli C, ex neceſſitate, neque A, alicui B, inerit ex neceſſitate: nam B, ſub C eſt. Si autem prædicatiua ſit neceſſaria, non erit concluſio neceſſaria. Si enim B, C, prædicatiua, & neceſſaria, A, C autem priuatiua, & non neceſſaria, quoniam ergo conuertitur affirmatiua; inerit & C, alicui B ex neceſſitate. quare, ſi A quidem, nulli eorū, quæ ſunt C ineſt, C autem alicui eorum, q̄ ſunt B, & A alicui eorum quæ ſunt B, non inerit: ſed non ex neceſſitate. Oſtenſum eſt enim in prima figura, quod priuatiua propoſitione non neceſſaria, nec concluſio erit neceſſaria. Amplius autem & per terminos ſit manifeſtum: ſit enim A, q̄ dem bonum, in quo B, animal, C autem equus: ergo bonum quidem contingit nulli equo ineſſe. animal verò neceſſe eſt omni equo ineſſe: ſed nō neceſſe eſt aliquod animal non eſſe bonum, ſiquidem cōtingit omne eſſe bonum, aut ſi non hoc poſſibile: ſed vigilare, vel dormire terminum ponendum. omne enim animal ſuſceptibile eſt horum, ſi igitur termini vniuerſaliter ad medium ſint: dictum eſt, quando erit concluſio neceſſaria.

Si autem hic quidem vniuersalis, ille verò particularis, prædicatiuus vterque; quando vniuersalis fuerit necessarius, & conclusio erit necessaria. Demõstratio autem eadem, quæ & primæ. conuertitur enim & particularis affirmatiua. si ergo necesse est B, omni C inesse: A autem sub C est: necesse est B, alicui A inesse. si autem B, alicui A: & A, alicui B inesse necesse fuerit, conuertitur autem & A ad C, sit necessaria vniuersalis: nam B, sub C est. Si autem particularis est necessaria, non erit conclusio necessaria: Sit enim B C particularis necessaria: A autem inest omni C, non tamen ex necessitate: conuersa ergo B C, prima figura, & vniuersalis quidem propositio non necessaria, particularis autem necessaria: quando autem sic se habebant propositiones, non erat conclusio necessaria, quare nec in his, Assumptis autem & ex terminis manifestum. Sit enim quidem vigilatio, B autem bipes, in quo autem C, animal: ergo B, alicui C, necesse est inesse. autem omni C contingit, & A non necessario inesse E: non enim necesse est aliquem bipedum animare, vel vigilare. Similiter autem poterimus terminos ostendere etiam si A C, sit particularis, & necessaria. Si autem hic quidem terminorum sit prædicatiuus, ille priuatiuus, & maior necessarius, quando vniuersalis fuerit priuatiua, necessarius, & conclusio erit necessaria. Si enim A nulli C ex necessitate contingit, B autem omni C inest; necesse est A, alicui B non inesse: quando autem affirmatiua necessaria ponatur, vel vniuersalis, vel particularis; vel priuatiua particularis; non erit conclusio necessaria. Nam alia quidem eadem, quæ & in primo dicemus.

dicemus. Termini autem cùm vniuersalis quidem affirmatiua est necessaria, vigilatio, animal, homo: medium, homo: cùm autem particularis prædicatiua necessaria, vigilatio, animal, album: animal enim necesse est alicui albo inesse, vigilatio autem contingit nulli: & non necesse est alicui animali non inesse vigilationem. Quando autem priuatiua particularis est necessaria bipes, motus animal, medius animal. Manifestum igitur quod inesse quidē non est syllogizmus, si vtraque propositionum non sint in eo quod est inesse: necessarij verò est, & altera solum existente necessaria. In vtrisq; autem & affirmatiuis, & priuatiuis syllogismis, necesse est alteram propositionem similē esse conclusioni. dico autem similem; si inesse quidem existentem, si autem necessaria, necessariam. Quare & hoc palam, quod non erit conclusio neque necessaria, neque inesse, non sumpta vel necessaria, vel quæ inesse significet propositione. Igitur de necessario quomodo sit, & quam differentiam habeat ad inesse, sufficienter pene dictum est.

ANNOTATIONES.

In postrema figura [ex vtraque parte ad medium] i. sumendo vtramque propositionem, quod est medium [& A. & B. omni C. inesse] i. omne C. est A. & omne C. est B. vel erit. quare quantum [B. omni C. inest] i. omne C. est B. & aliquod B. est C. [conuertitur vniuersaliter particulariter] i. prop. vniuersalis conuerta, ut omnis homo. est animal conuertitur cum vota particulari; ut Aliquod animal est homo. Aduertat A. vtrumlibet terminum B. minorem, C. medium significare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

care: quare A. minorem prop. B. minorem: [ſit A. C. privatiua] ut, nullum C. eſt A. vel aliquod C. non A. [C. B. aſſir.] ut omne C. eſt B. [bonum eſt nulli equo eſſe] .i. cõtingit nullum equum eſſe bonum [termini vniuerſaliter ad medium] .i. vnita propoſitio ſit, ut omne, & nullum ſit ad medium [ſit vniuerſalis, ille verò particularis] .i. vna prop. ſit vniuerſalis, alia parti. [quòd ineſſe] .i. quòd de ineſſe. [quæ ſyl. [uõ ſint, in eo quòd eſt ineſſe] .i. niſi utræque ſint de ineſſe, [neceſſariò verò eſt] .i. ſyl. eſt de neceſſario [ſi ineſſe quidem exiſtentem] .i. ſi conclusio ineſſe vnum prop. eſſe de ineſſe [non ſumpſit, præcedat prop. neceſſaria, vel de ineſſe.

Argumentum, & diuiſio in cap. 12.

Nunc ad ſyl. accedit Ariſt. qui ex prop. conſtitutis fiunt. Contingens autem appellat id, quod non exiſtente neceſſario, ipſo autem poſito ineſſe, non fit, vel non fore impoſſibile, quare prop. de contingenti loco conuertuntur in oppoſitam qualitatem, ſed non quantum. contingit omnem hominem eſſe album: ergo contingit igitur omnem hominem non eſſe album: contingit non omnem hominem eſſe album: contingit igitur aliquem hominem eſſe album: & neceſſarium opponuntur, ut præcedens ſequens. Quia neceſſe eſt omnem hominem eſſe album, falſum eſt dicere, non est omnem hominem non eſſe album, ergo contingit igitur omnem hominem non eſſe album: ſequitur de ſit, ut contingat omnem hominem eſſe album. Sed non omnes prop. de contingenti conuertuntur in oppoſitam qualitatem: quoniam quoddam eſt contingens natum, quod in pluribus euenit, vt homini canescere, aliud eſt infinitum, & non magis ad vnum eſſe, determinatum, vt animal ambulare

ringit. atque hoc contingens conuertitur. ſed contingens natum conuertitur in contingens raro, vt homini canescere in ſenectute. Tales ſyl. ex contingentibus vtiles ſunt ad topicas arg. non ad demonſtrationem. Verum prop. de contingenti duos habent ſenſus. primus, quando ſignificatum prædicatum contingere ineſſe illi, cui ineſt ſubiectum. Secundus, quando ſignificat prædicatum contingere ineſſe illi, cui ineſt ſubiectum. Secundus, quando ſignificat ſubiectum ineſſe: vt hæc prop. Contingit A. eſſe B. Aſſir B. Secundus eſt, quod contingit eſſe A. commune eſſe B. nam hæc prop. Poſſibile eſt A. eſſe B. habet duplicem ſenſum: vnus eſt, quod eſt eſſe A. poteſt eſſe B. alius eſt, quod eſt currens, poteſt eſſe hominem. Secundus eſt, quod poteſt eſſe A. poteſt eſſe B. hoc eſt, quod quoddam tractatus primum cap. in quo tractatu agit Ariſt. de ſyl. ex prop. contingentibus. & continet decem capita. hoc primum, quatuor habet partes. in prima proponit quid dicendum ſit, ac definit contingens, ſecunda docet, quo modo conuertatur prop. de contingenti his verbis [Dico autem contingere] ſecunda docet, quo modo conuertatur prop. de contingenti his verbis [Accidit autem omnem] tertia remouet dubium ibi [Diſciplina autem] quarta diſtinguit.

De contingenti non neceſſario, & propoſitionum ſecundum contingens conuerſionibus. Cap. 12.

DE contingenti autẽ poſt hæc dicemus: quando, & quomodo, & per quæ erit ſyllogiſmus. Dico autem contingere, & cõtingens, quo non exiſtente neceſſario, poſito autem ineſſe, nihil erit propter hoc impoſſibile; nam neceſſarium

sarium æquinoctē contingere dicitur. Quōd autē hoc sit contingens, manifestum ex affirmationibus, & negationibus oppositis. Nam non contingit esse: non possibile esse: & impossibile esse, & necesse est non esse vel eadem sequantur seinuicem: quare & oppositū. Et contingit esse, & non impossibile esse, & non necesse non esse, eadem erunt, vel sequentia seinuicem. Hæc enim affirmatio, uel negatio vera. Erit ergo contingens non necessarium & non necessarium contingens. Accidit autem quasdam propositiones, quæ secundum contingere inuicem propositiones, conuerti sibiinuicem: dico autem non affirmatiuas negatiuis: sed quæcunque affirmatiuas habent figuram secundum oppositionem vt ea quæ est. Contingit esse, ei quæ est contingit non esse, & ea quæ est contingit omni, & quæ est, contingit nulli: vel non omni: & quæ cui, ei quæ non alicui: eodem autem modo & in alijs. Quoniam enim quod est contingens non est necessarium, & quod non est necessarium, possibile est non esse: manifestum quod si contingit A inesse B; contingit & non inesse. & si omni contingit inesse, & omni contingit non inesse. Similiter autem & in particularibus affirmationibus, nam eadem demonstratio. Sed autem huiusmodi propositiones prædictæ, nam contingere, ei quod esse, similiter proportionantur, quemadmodum dictum est prius. Determinatum autem his, rursum dicimus quod contingens dupliciter dicitur. Vno quidem quod secundum quod fit, & deficit: necessarium vt ex semine, vel augeri, vel minui, vel mutari, vel omnino natum est esse. Hoc enim non continuum habet necessitatem eo quod non semper est in actu

eum tamē hō est; aut ex necessitate, aut in plus libus est. Alio autem modo, infinitum, quod & sic, & non sic possibile: vt animal ambulare, uel ambulante fieri motum. Hæc: vel omnino quod casu fit: nihil enim magis sic natum est, vel econtrario. Connertitur ergo & secundum oppositas propositiones vtrunq; contingens, non tamen eodem modo: sed quod natum quidem est esse, ei quod non ex necessitate esse: sic enim contingit non canescere homi nem, infinitum autem ei, quod nihil magis sic, vel illo modo. Disciplina autem, & syllogismus demonstratiuus, ex infinitis quidem nō est, eo quod inordinatum est medium: ex ijs verò quæ nata sunt esse, pene orationes, & considerationes sunt de sic contingentibus; ex illis autem possibile quidem est fieri syllogismum: non tamē solet quæri. Hæc ergo deinlentur magis in sequentibus; nunc autem dicemus, quando, & quomodo, & quis erit syllogismus ex contingentibus propositionibus. Quoniam autem contingere hoc huic inesse dupliciter est accipere: aut enim cui inest hoc, aut cui contingit ipsum inesse, nam de quo B, A contingere, horum alterū significat; aut de quo dicitur B, aut de quo contingit dici: de quo aūt B, A contingere: aut omni A possibile inesse A, nihil differt. Manifestum igitur quoniam dupliciter dicitur A, omni B inesse contingere. Primū ergo dicemus, si de quo C, contingit B, de quo B, contingit A: quis erit, & qualis syllogismus: sic. n. vtrāq; propositiones sumuntur secundū contingere: quando autem de quo B est, contingit A: hæc quidē inest, illa verò contingens: quare à similibus figuris incipiendum quemadmodum & in alijs.

ANNO-

ANNOTATIONES.

* Dico autem contingere, & contingens] i. omne genere est possibile, vel propo. possibilis, qua si ponatur ineste; nullum sequitur impossibile, hoc est, est, aut utrumlibet, quod potest & esse, & non esse. [quam necessariam æquiuocè contingere dicitur] hoc. 1. & in libro Perier. [secundum contingere. i. contingenter. [conuerti sibi inuicem] dico autem non affirmatiuas negatiuis, sed &c.] i. omnes prop. de contingenti conuertuntur in oppositam qualitatem, non tamen illa, quæ habet modum affirmantem conuertitur in eam, quæ modum negantem habet, vel contra, sed quòd affirmatiua diuisa conuertitur in negatiuam, vbi verbum negatur solum, non modus. Quod explicat Arist. quando ait, vt ea, quæ est, [hæc duæ propositiones] s. modales de contingenti, in quibus modus non negatur, sunt affirmatiuæ. [nam contingere ei, quod est esse, similiter ponitur] i. licet se habet esse in prop. de inesse, ita contingere in prop. de contingenti, sed in prop. de inesse si affirmatur esse, est prop. affir. quare & in prop. de contingenti si contingere affirmetur; erit prop. affir. [diffinit est propositio] i. in lib. de Interpr. [quod plerunque fit, & dicitur necessarium] i. contingens definitum naturam, i. quod habet causam naturalem ordinatam ad ipsum, quæ potest impediri. unde differt a necessario, [sum fore potest homo] potest enim mori antequam sit senex. [infinitum] i. aptè se habet ad esse, & non esse. [nihil enim magis sic natum est, vel contra] i. nihil magis sic, quàm contra natum est. [ex infinito non est] i. de contingentibus qua ratione ad esse, & non se habent.

Argumentum, & diuisio in cap. 13.

Conficit syl. ex ambabus prop. contingentibus in prima fig. ac de vniuersalibus quatuor præcepta. primum est. ex ambabus prop. vniuersalibus affir. de contingenti sequitur vniuersalis affir. de contingenti in Barbara reduciturque per omne. Secundum. si maior sit vniuersalis neg. & minor vniuersalis affir. sequitur vniuersalis neg. de contingenti in Celarent, per Nullum. Tertium si maior sit vniuersalis affir. minor vniuersalis neg. non sit syl. perfectus. Sed perficitur per conuersionem minoris in oppositam qualitatem. Quartum, ex ambabus vniuersalibus neg. fit syl. imperfectus, qui perficitur per conuersionem minoris, vel ambarum in oppositam qualitatem. De particularibus verò tria habemus. primum est. si maior sit vniuersalis affir. vel neg. & minor particularis affir. sequitur particularis affir. vel neg. in Darij, vel Ferio. Secundum. Si maior vniuersalis affir. vel neg. & minor particularis neg. non fit syl. perfectus. perficitur autem per conuersionem minoris in oppositam qualitatem. Tertium. Si maior sit particularis, & minor vniuersalis vel particularis, non valet syl. quo niam medius terminus poterit excedere maiorem, & dantur termini, in quibus omni, & in quibus nullo. Sumatur contingens pro non necessario. Caput igitur hoc tres habet partes. prima complectitur syl. vniuersales ibi [Quando ergo] secunda particulares ibi [si autem hæc quidem prop.] tertia epilogum facit [Manifestum autem.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

De syllogismis ex ambabus contingentibus in prima figura. Cap. 13.

QVando ergo A, contingit omni B, & B, omni C, syllogismus erit perfectus, quoniam A, contingit omni C inesse. Hoc autem manifestum est ex definitione: nam contingere omni inesse sic dicebamus. Similiter autem & si A quidem, contingit nulli B: B autem, omni C, quoniam A, contingit nulli C. Nam de quo B contingit A, nō contingere hoc erat sumptum dimittere sub B contingentium. Quando autem A, contingit omni B, B autem nulli C, per sumptas quidem propositiones nullus fit syllogismus: conuersa autem B C secundum contingere, fit idem quemadmodum & prius: quoniam enim contingit B, nulli C inesse, contingit & omni inesse. Hoc autem dictum prius. Quare si B quidem, omni C, A autem, omni B, rursum idem fit syllogismus. Similiter autem & si ad utrasque propositiones negatio ponatur cum contingere (dico autem ut si A, contingit nulli B, & B, nulli C) igitur per sumptas quidem propositiones nullus fit syllogismus: conuersus autem rursus idem erit, qui & prius. Manifestum est igitur quod negatione posita ad minorem extremitatem, vel ad vtrasque propositiones, aut non fit syllogismus, aut fit quidem, sed non perfectus: ex conuersione enim fit necessarium. Si autem hæc quidem propositionum vniuersalis, illa verò particularis sumatur, ad maiorem quidem extremitatem posita uniuersali, syllogismus erit perfectus. Nam si A, omni B contingit, B autem alicui C, A, alicui C contingit: hoc autem manifestum ex definitione contingentis. Rursum si A, contingit nulli B: B autem contingit alicui C inesse; necesse est A, contingere alicui C non inesse. Demonstratio autem eadem, quæ in his. Si autem prior assumatur particularis propositio, uniuersalis autem affirmatiua, positione autem similiter se habeant (ut A quidem, omni B contingat: B autem, alicui C contingat non inesse) per sumptas quidem propositiones non fit manifestus syllogismus: conuersa autem particulari, & posito B, alicui C contingere inesse, eadem erit conclusio quæ & prius, quemadmodum in his quæ ex principio. Si autem quæ ad maiorem extremitatem particularis sumatur, quæ ad minorem uniuersalis, siue vtraque sumantur affirmatiuæ, siue priuatiuæ, siue non similis figuræ, siue utraque indefinitæ, vel particulares; nullo modo erit syllogismus. Nihil enim prohibet B transcendere A, & non prædicari de aquis: in quo enim B transcendit A, sumatur C: huic nec omni, neque nulli, neque non alicui, neq; non alicui contingit A inesse: si quidem cōuertatur secundum contingere propositiones, & quibus contingit quam A inesse. Amplius autem ex terminis manifestum est: nam sic se habentibus propositionibus, primum postremo & nulli contingit, & omni ex necessitate inesse. Termini autem communes omnium, in esse quidem ex necessitate, animal, album, homo: non contingere verò, animal, album, vestis. Manifestum igitur quod hoc modo habētibus terminis, nullus fit syllogismus: nam omnis syllogismus uel eius quod est inesse est, vel ex necessitate, uel contingere: non est autem eius

quod est ineſſe, neque neceſſarij: manifeſtum quod nō eſt, nam affirmatiuus interimitur priuatiuo, & priuatiuus affirmatiuo: relinquitur ergo eius quod contingere eſſe, hoc autem impoſſibile. Oſtenſum eſt enim quoniam ſe habentibus terminis, & omni poſtremo primum neceſſe ineſſe, & nulli contingere ineſſe: quare non erit eius quod eſt contingere ſyllogiſmus: nam neceſſarium non erat contingens. Manifeſtum autem & quoniam cum vniuerſales ſunt termini in contingentibus propoſitionibus, ſemper fit ſyllogiſmus in prima figura, ſiue ſint prædicatiui, ſiue priuatiui. Verum ex prædicatiuis quidem perfectus, ex priuatiuis autem imperfectus. Oportet autem contingere ſumere non in neceſſarijs, ſed ſecundum dictam definitionem, aliquoties autem latet huiuſmodi.

ANNOTATIONES.

Ex definitione] .ſ. quam antea dedimus in cap. 3. *priori.* [*nullum dimittere ſub B. contingentium*] .i. nullum dimittere de his, quæ ſub B. continentur. [*vniuerſa B. C. ſecundum contingere*] .i. minore prop. vniuerſa in oppoſitam qualitatem ſit ſyl. in Barbara. [*vniuerſus autem*] .i. conuerſis utriſque prop. vel minore ſit ſyl. [*ex conuerſione enim ſit neceſſarium*] .i. concluditur. [*B. tranſcendere A*] .i. poteſt medius terminus eſſe in plus, quàm maior ſit [*primum poſtremo*] .i. contingat maiorem terminum prædicari de medio omni, & nullo. [*oportet autem contingere ſumere*] .i. debet ſumi contingens pro contingenti non necessario, ſicut dictum eſt antea.

Argu-

Argumentum, & diuiſio in cap. 13.

Ad conſtruendos ſyl. ex una prop. de contingenti, & altera de ineſſe quatuor obſeruare oportet. primum, ſi maior ſit de contingenti, & minor de ineſſe; ſequitur concluſio de contingenti in qualibet modo primæ figuræ. Secundum eſt, ſi maior ſit de ineſſe ſimpliciter, & minor de contingenti; concluſio ſequitur de contingenti eo, quod poſſibile ſignificat. quia ſyll. unum imperfecti ſint; perficiuntur per impoſſibile: nam ſi antecedens alicuius conſequentiæ ſit poſſibile; conſequens erit poſſibile, & non impoſſibile: quamuis A poſſet eſſe, non exiſtente B. Nec A. ſit una prop. tantum; ſiquidem ex uno nihil ſequitur ſyllogiſtice. deinde quandoquidem ex antecedente falſo, non tamen impoſſibili ſequitur falſum; non tamen ſequitur impoſſibile. quare, quod concluſio ex una prop. de ineſſe, & altera de contingenti ſit bona duabus rationibus ſtatuo concluſionis cum minore poſita ineſſe infertur oppoſitum maioris in Brocardo: ſi argnatur in Barbara omne B. eſt A. omne C. contingenter eſt B. igitur C. contingenter eſt A. in Brocardo ſic. Aliquod C. neceſſariò non eſt A. omne C. eſt B. aliquod igitur B. neceſſariò non eſt A. ſed conſequentia non ſequitur propter poſitionem minoris ineſſe: poſſibili enim poſito ineſſe nullum ſequitur impoſſibile, ſed ſequitur propter oppoſitum concluſionis. Secundò quia niſi naleret hæc conſequentia; oppoſitum concluſionis ſtaret cum antecedente. ſed hoc eſt falſum: nam ex illo oppoſito cum minore poſita ineſſe infertur concluſio repugnans maiori. unde reducitur ad ipſum Barbara mutando minorem de contingenti in de ineſſe. Valet quoque hæc conſequentia in

T 3 Clarem:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Celarent: quoniam ex opposito conclusionis cum maiore posita ineſſe, ſequitur contradictoria minoris: Diſamis. Dictum autem eſt de ineſſe ſimpliciter: quoniam ſi eſſet de ineſſe ut nunc; daremus terminos, in quibus omni, & in quibus nulli. Dictum eſt de contingenti eo, quod ſignificat poſſibile: cum ſemper concluſio de contingenti ad utrumlibet ſequitur: nam ex oppoſito huius concluſionis de contingenti, Nullum C. contingit eſſe A. ſumitur hæc, Omne C. neceſſe eſt eſſe A. quod non euenuret, niſi eſſet de contingenti poſſibili. deinde aliquando ſequitur concluſio de contingenti pro neceſſario: ut, nullum animal eſt lapis, omne animal eſt currens. Sed omnis homo contingenter eſt intelligens, omnis igitur homo contingenter non eſt lapis: hæc, imo omnis homo neceſſariò non eſt currens. Sed concludendum, non ſemper igitur ſequitur concluſio de contingenti ad utrumlibet; quamquam aliquando ſequitur hæc: ut, nullum intelligens eſt mouens. Sed omnis homo contingenter eſt intelligens, omnis igitur homo contingenter non eſt mouens. Vt autem ſi in minor ſit negatiua ſyl. imperfectus, qui perficitur, minorem conuertamus in oppoſitam qualitatem, ſic eſt. ſi negatiua ſit minor uniuerſalis de ſecundo non valet ſyl. quoniam dantur termini in quibus nulli ni, ut album, animal, nix: & in quibus omni, album, animal, pix. Quartum, ſi maior ſit particularis, vel amba prop. non valet ſyl. quoniam dantur termini, in quibus omni, ut animal, album, homo: & in quibus nulli; ut animal, album, lapis. Quare ſi maior ſit uniuerſalis, & minor particularis, ſemper eſt ſyl. Quocirca Ariſt. in hoc capite formas ſyl. ex prop. de contingenti, & alia de ineſſe in primo fig. atque in duas partes ſecatur, in prima dicit de uniuerſali, in ſecunda particulari. prima habet tria obſeruanda. primum præceptum eſt. [Si autem

hæc quidem] Secundum [quando autem quæ ad minorem] deinde explicat primum, quando ait [contingit uero nec A. omni B.] & eſt ſyl. in Barbara, in Celarent] Poſtea ſecundum explanat præceptum hac parte [Quòd autem contrariò ſe habentem] & ad hoc comprobandum vtitur tali principio [primum autem dicendum quòd] quod principium declarat his uerbis [Amplius cum eſt A.] Ex dictis hanc infert concluſionem [Quemadmodum ergo] poſtquam ſecundum exposuit Ariſt. præceptum; duabus rationibus probat, & prima in Barbara eſt [Determinatis autē his inſt A.] Secunda eſt [poſſibile eſt autem & primam figuram] deinde explicat tempus uerborum propoſitionum [oportet autem accipere] At verò probat per impoſſibile in Celarent [Rursum ſit priuatiua propoſitio] Præterea probat, quòd non ſemper ſequitur concluſio de contingenti ad utrumlibet, quarum prima eſt [Hic ergo ſyl.] Secunda [Amplius & ex terminis] His peractis ſcribit alio quando ſequi concluſionem de contingenti ad utrumlibet ſic [ſed nec neceſſaria ſemper] ſed quando minor ſit neg. de contingenti in hoc ſecundo præcepto, quam fiat ſyl. perfectus, declarat ſic [ſi autem priuatiua ponatur ad minorem] poſt ea ſe confert ad modos inutiles ſic [ſi autem non ineſſe ponatur] ac præterea ad ſecundum deſcendit partem, in qua loquitur de ſyl. particularibus, ac primum de utilibus his uerbis [Si autem hoc quidem uniuerſale] deinde de inutilibus hoc modo [Quando autem non ineſſe] eandem repetit quæ propoſuit ſic [Manifeſtum eſt igitur.]

De Syllogismis ex vna absoluta, & altera contingente in prima figura. Cap. 13.

SI autem hæc quidem inesse, illa verò contingere sumatur propositionum, quando quæ ad maiorem quidem extremitatem contingere significauerit, perfecti erunt omnes syllogismi, & contingentis secundum dictam determinationem: quando autem quæ ad minorem; & imperfecti omnes, & priuatiui syllogismi, non contingentis secundum dictam determinationem: sed eius quod est nulli, aut non omni ex necessitate inesse. Si enim nulli, aut non omni ex necessitate contingere dicimus, & nulli, & non omni inesse. Contingat enim A, omni B: B autem, omni C ponatur inesse: quoniam igitur sub B est C, A autem, contingit omni B; manifestum quòd & C omni contingit. Atqui ergo perfectus syllogismus. Similiter autem & cùm priuatiua est A B propositio, B C autem affirmatiua, & hæc quidem contingere, illa verò inesse sumetur: perfectus erit syllogismus, quoniam A, contingit nulli C inesse. Quod ergo inesse posito ad minorem extremitatem, perfecti syllogismi fiunt, manifestum. Quòd autem contrarie se habentes erunt syllogismi, per impossibile monstrandum est: simul autem erit manifestum & quòd imperfecti: nam ostensio in assumptis propositionibus. Primum autem dicendum, quòd si cùm est A; necesse est esse B: & cùm possibile est esse A; possibile erit B, ex necessitate. Sit enim, sic se habentibus rebus, in quo quidem A, possibile, in quo autem B, impossibile: si ergo aliud possibile quidem est, ea possibile esse, ipsum fiet: hoc verò impossibile, quoniam impossibile, non utique fiet: simul autem si A possibile, & B impossibile; cõtinget fieri A præter B. si autem fieri, & esse: nam quod fit, quando factum est, est. Oportet autem accipere non solum in generatione possibile, & impossibile, sed & in uerum esse, & in quod actu est, & quocunque modo simpliciter aliter dicitur possibile: in omnibus enim similiter se habebit. Amplius cùm est A, B esse, non tanquam uno aliquo existente A, erit B, oportet opinaris nihil enim est ex necessitate uno aliquo existente, sed duobus ad minus, ut quando propositiones sic se habent, ut dictum est, secundum syllogismum: nam si C dicitur de D, D autem de E, & C de E ex necessitate: & si utrunque possibile, & conclusio erit possibilis. Quemadmodum ergo si quis ponat A quidem propositionem, B autem cõclusionem, accidet non solum A existente necessario, & B simul esse necessarium, sed etiam possibili, possibile. Hoc autem ostẽto, manifestum est quod falso posito, & nõ impossibili, & quod accidit propter positionem falsum erit, & non impossibile: ut si A falsum quidem est, non tamen impossibile: cùm autem sit A, & B est, & B erit falsum quidem, non tamen impossibile. Nam ostensum est quòd cùm est A, est B, & cùm possibile est A, possibile est B. Positum autem est A possibile esse, & B erit possibile: si enim impossibile est B, simul idem erit possibile, & impossibile. Determinatis autem ijs, insit A, omni B: B autem contingat omni C; necesse est A igitur contingere omni C inesse. Non enim contingat, B autem omni C

sumatur inesse: hoc autem falsum quidem, non tamen

tamen impossibile: si ergo A quidem non contingit omni C, B autem omni C inest, A non continget omni B contingit. Fit enim syllogismus per tertiam figuram. Sed positum erat omni C contingere inesse. necesse est ergo A, omni C contingere. Falso enim posito, & non impossibili, quod accidit est impossibile. Possibile est autem & per tertiam figuram facere impossibile, ponentes B inesse C: nam si B, omni C inest, A autem omni B contingit, & omni C cõtinget A: sed positum erat non omni possibile inesse. Oportet autem accipere omni inesse non secundum tempus determinantes: ut nunc, aut in hoc tempore, sed simpliciter (per huiusmodi enim propositiones & syllogismos facimus) quonam secundum nunc sumpta propositione, non erit syllogismus: nihil enim fortasse prohibet quandoque & omni mouenti hominem inesse, ut nihil aliud moueatur: mouens autem contingit omni equo, sed homo nulli equo contingit. Amplius: Sit primum quidem animal, medium autem mouens, postremum verò homo: ergo propositiones quidem similiter se habebunt, conclusio uero erit necessaria, non contingens: est enim necessitate enim homo est animal. manifestum igitur quòd uniuersale sumendum simpliciter, & non tempore determinantes. Rursum: si priuatiua propositio uniuersalis A B, & sumatur A quidem nulli B inesse, B autem contingat omni C inesse: his igitur positis necesse est A contingere nulli C inesse, non enim cõtingit B autem ponatur inesse C, sicut prius: necesse est igitur A, alicui B inesse: fit enim syllogismus per tertiam figuram. Hoc autem impossibile: quare contingit &, nulli C posito esse

falso

falso, & non impossibili, impossibile est quod accidit. Hic ergo syllogismus non est contingentis secundum definitionem, sed nulli inesse ex necessitate. Hæc est contradictio factæ hypothesis. Positum est enim ex necessitate A alicui C inesse: syllogismus autem per impossibile oppositæ est contradictionis. Amplius autem & ex terminis manifestum, quod non erit conclusio contingens: sit enim A quidem coruus: in quo autem B intelligens, in quo autem C homo. nulli ergo B, inest A, nam nullum intelligens, coruus: B autem contingit omni C; omni enim homini inest intelligere: sed A, ex necessitate nulli C, non igitur conclusio contingens. Sed nec necessaria semper: sit enim A quidem mouens, B autem scientia, in quo autem C homo: ergo A quidem nulli B inerit, B autem omni C contingit: & non erit conclusio necessaria: non enim necesse est nullum hominem mouere, sed necesse est aliquem: manifestum igitur quod est conclusio eius, quod est nulli ex necessitate inesse. Sumendum autem melius terminos. Si autem priuatiuum ponatur ad aliquem extremitatem contingere significãs, ex ipsis quidem sumptis propositionib. nullus erit syllogismus; conuersa autem secundum contingens propositione, erit quemadmodum in prioribus. Insit enim A, omni B, B autem contingat nulli C: sic ergo habentibus se terminis, nihil erit necessarium. Si autem conuertatur B C, & sumatur B contingere omni C: fiet syllogismus quemadmodum prius, similiter enim habent se termini in positione. Eodem autem modo & cùm priuatiua sunt utraque interualis: si A B quidem non inesse, B C autem nulli

cõtin-

contingere significat: nam per ea quidem, quæ sumpta sunt, nullo modo fit necessarium: conuersa autem secundum contingens propositione erit syllogismus: sumatur enim A quidem nulli B inesse, B autem contingere nulli C, fiet hæc quidem nihil necessarium. Si autem sumatur B, omni C contingere, quod verum est, A B autem propositio similiter se habeat: rursus erit idem syllogismus. Si autem non inesse ponatur B, omni C, & non contingere non inesse, non erit syllogismus ullo modo, siue priuatiua sit, siue affirmatiua A B propositio. Termini autem communes ex necessitate quidem inesse, album, animal, nix. Non contingit autem, album animal, pix. Manifestum est igitur quod ea universales sunt termini, & hæc quidem propositionum inesse, illa uero sumitur contingere, quando quæ ad minorem est extremitatem contingere sumitur propositio, semper fit syllogismus: veruntamen quandoque ex ipsis, quando que autem propositione conuersa: quando uero utrunque horum, & ob quam causam, dicemus. Si autem hoc quidem uniuersale, illud uero particulare sumitur interuallorum, quando ad maiorem quidem extremitatem uniuersalis ponitur, & contingens siue negatiuum, siue affirmatiuum, particulare autem affirmatiuum & inesse, erit syllogismus perfectus, quemadmodum & cum uniuersales sunt termini: demonstratio autem eadem quæ & prius. Quando autem uniuersale quidem fuerit ad maiorem extremitatem inesse, & non contingens, ad alterum vero particulare, & contingens, siue affirmatiuæ, siue negatiuæ ponantur utrunque, siue hæc quidem negatiua, illa verò affirmatiua, omnino erit syllogismus imperfectus. Verùm si quidem per impossibile ostenduntur, illi vero per conuersionem cõtingentis, quemadmodum in prioribus. Erit autem syllogismus per conuersionem, & quando uniuersalis quidem ad maiorem extremitatem posita significanetur inesse, vel non inesse: particularis verò cùm sit priuatiua, sumatur contingens: ut si A quidē omni B ineſt, vel non ineſt: B autem alicui contingit non inesse: conuersa enim B C, secundū contingere, fit syllogismus. Quādo autem non inesse sument particulariter posita propositione, non erit syllogismus. Termini inesse, album animal, nix: non inesse autem, album, animal, pix: per indefinitum enim est sumenda demonstratio. Si autem uniuersale quidem ponatur ad minorem extremitatem, particulare autem ad maiorem, siue priuatiuum, siue affirmatiuū, siue contingens, siue inesse utrumuis; nullo modo erit syllogismus. Nec, cum particulares, uel indefinitæ ponentur propositiones, siue contingere sumptæ, siue inesse, seu permutatim, nec sic erit syllogismus: demonstratio autem eadem, quæ in prioribus. Termini autem communes inesse quidem ex necessitate, animal, album, homo: non contingere uero animal, album, tunica. Manifestum est igitur quòd uniuersali posito ad maiorem extremitatem semper erit syllogismus, ad minorem autem nunquam.

ANNOTATIONES.

Quando quæ ad maiorem extremitatem contingere significauerit] *i. si maior prop. erit contingēs.*

[nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

[non contingentis secundum dictam determinationem] .i. non contingentis secundum datam definitionem, sed illius contingentis, quod possibile significat, & non ad utrumlibet [contrarie se habentes, vt dicunt syl.] .i. quando maior erit de inesse, & minor de contingenti; sient syl. imperfecti [per impossibile reducuntur] monstrandum est] .i. per impossibile reducendo ad perfecti. [Primum autem dicendum, quid] primo quoddam principium ad perfectionem sequentium conjugationum, quod est. Posita possibili, quod sequitur dit non est impossibile, atque sic ostendit. si ponatur dens est possibile; & consequens est possibile. si antecedens, B. consequens. si igitur est A. possibile, B. est possibile [sit enim] hoc est, si B. non est possibile, sit A. possibile, B. impossibile. [si ergo aliud] .i. si ergo A. possibile est [hoc verè] .i. B. [contingit fieri præter B.] hoc est, A. aliquando fieri præter B. [aliquãdo est præter B. eius oppositum] .i. non semper. [si autem fieri] .i. si autem factum erit, &c. erit. [tamen autem accipere &c.] hoc est possit aliquis intelligere per A. intelligi unum tantum, vel unum propositum ex uno nihil sequitur necessarió. quare per A. intelligit Arist. duas prop. disponit ar secundum modos & figuram: quæ si sint possibiles; conclusio erit possibilis: si necessariæ; & conclusio necessaria. Amplius eam est A. B. esse] id vult inferre. posita igitur possibili falsa, nihil ex hoc sequitur impossibile inconueniens. A. si falsum, & possibile, si ponatur inesse fit. non possit esse falsum, sed non impossibile 2 simul dicere. A sit possibile; & B. erit possibile, vt dictum est. si non eueniat idem esse possibile & impossibile. [ponatur ergo posito] .i. supposito [& quod accidit propter suppositionem falsum erit] .i. & conclusio propter suppositionem falsa erit. [ponatur inesse] .i. supponatur inesse, & non contingere [secundum tempus definitum] .i. secundum tempus definitum. [utraque interrulla] .i. utraque propositionem.

Argumentum & diuisio in cap. 15.

Si in prima figura una prop. erit necessaria, altera contingens; quinque præcepta obseruentur. Primum est, in quolibet modo primæ figuræ si maior sit contingens, & minor necessaria; sequitur conclusio contingens propriè. Secundum, in quonis modo affirmatiua si maior sit necessaria, & minor contingens; conclusio erit contingens; quod possibile significat: ex opposito enim conclusionis cum minore posita inesse sequitur oppositum maioris in Brocardo, vel Ferison. Tertium est, in quonis modo negatiuo si maior sit necessaria, & minor contingens; sequitur conclusio duplex, de contingentis. pro possibili, & de inesse; nam ex opposito conclusionis cum maiore sequitur oppositum minoris in Cesare, vel Festino. Quartum est, si minor sit neg. & de necessario quoquo modo sint prop. dispositæ; non valet consequentia: dantur enim termini, in quibus nulli, vt animal, alterum horum. Quinto si maior, vel ambæ prop. sint particulares una contingens, & altera necessaria; non sit syl. non dantur termini, in quibus omni, & in quibus nulli. Quapropter ex his perspicuum sit in quibus modis valet mixtio ex una prop. contingen & altera de inesse, in his valere ex una contingen & altera necessaria. differunt tamen quoniam si maior neg. ponitur necessaria; sequitur duplex conclusio. de contingenti, & de inesse; sed solum ti mæ tertiæ. in prima quinque præcipit ad formationem modorum syl. in secunda explicat, in tertia compa-

rat miscellam syl. huius naturæ cum his, quos in

præcedenti capite describit. Quo ad primum præceptum primum scribit sic Arist. [Quando autem] secundum [Et perfectus quando] tertium [conclusio autem] quartum [si autem sint hæc] tum [contingere autem] Quo ad secundum exponit ea, quæ præcipit, ac primo in modis vniuersalibus] aliud [Quòd igitur vniuersalibus affirmatiuis] [Rursum A quidem] & in negatiuis [Si autem non] similis figuræ] aliud [Rursum vt affirmatiua] aliud de syl. imperfecto [si autem ad minorem extremitatem] atque accedit ad syl. inutiles sic [quando autem non contingere] deinde ad particulares sic] fert vtiles & primum [Eodem autem modo] secundum [quando autem particularis] tertium [aut vniuersale] deinde ad inutiles, ac primò [si autem vniuersale] secundo [quando similiter,] tertio [quando autem affir.] quarto [nec quando indefinita] Tertia pars est [manifestum ergo.]

Mixtio necessarij, & contingentis in prima figura. Cap. 15.

QVando autem hæc quidem propositiones ex necessitate inesse, vel non inesse, illa vero contingere significat, syllogismus quidē ex hoc modo habentibus se terminis. Et perfectus quidē ad minorem extremitatem ponentibus necessaria. Conclusio autē si prædicatiui sint quidem termini, contingentis, & non inesse erit siue vniuersaliter siue non vniuersaliter proponatur: si autem sint hoc quidem affirmatiuum, illud vero priuatiuum, quādo affirmatiuum fuerit necessarium; & cōtingentis erit conclusio, & non eius, quod est non inesse. Quando autem priuatiuum necessarium; & contingentis non esse, & non inesse, siue vniuersales, siue non vniuersales sint termini. Contingere autem in conclusione eodem modo accipiendum est, quo in prioribus. Eius autem quod est ex necessitate non inesse, non erit syllogismus aliud enim est non ex necessitate inesse, & ex necessitate non inesse. Quòd igitur vniuersalibus affirmatiuis existentibus terminis non fiat conclusio necessaria, manifestum: sinit enim A omni B ex necessitate, B autem contingat omni C, erit igitur syllogismus imperfectus, quòd A contingit omni C inesse. Quod autem imperfectus ex demonstratione palam: eodem enim modo ostēdetur, quo & in prioribus. Rursum A quidem contingat omni B inesse: B autem omni C sinit ex necessitate: erit itaque syllogismus, quod A contingat omni C inesse, sed non quòd inesse, & perfectus quidem sed nō imperfectus: statim enim sūmitur per quæ a principio. Si autem non similis figuræ sint propositiones, sit primum priuatiua necessaria, & A quidem nulli contingat B ex necessitate, B autem contingat omni C: necesse est igitur A, nulli C inesse. Ponatur enim A inesse aut omni, aut alicui, positum autem est A nulli contingere B: quoniam ergo conuertitur priuatiua, & B nulli A contingit, A autem positum est inesse C aut omni, aut alicui: quare nulli, aut non omni C continget B inesse. sed supponebatur ex principio: manifestū autē qđ & eius qđ est contingere non inesse fit syllogismus, siquidem & eius qđ est non inesse. Rursum sit affirmatiua quidem propositio necessaria, & A quidem contingat nulli B inesse, B autem inferom C ex necessitate: ergo fit syllogismus quidē

perfe-

perfectus, sed non eius quod est non ineſſe, sed
elius quod est contingere non ineſſe: nam & ſ-
positio sic sumpta est, quæ ad maiorem est ex-
tremitatem, & ad impossibile non est ducere
nam si ponatur A ineſſe vlli, C positum est au-
tem & A, B cõtingere nulli ineſſe: nihil accidit
per hæc impossibile. Si autem ad minorem ex-
tremitatem ponatur priuatiuum, quando con-
tingere quidem significauerit: syllogismus erit
per conuersionem quemadmodum in priori.
Quando autem non contingere; non erit ex ne-
cessitate: nec quando vtraque quidem propo-
tio priuatiua, non sit autem contingens: nec
ad minorem est. Termini autem ineſſe quidem
album, animal, nix. non ineſſe quidem, album,
animal, pix. Eodem autem modo se habebit &
in particularibus syllogismis. Quando enim
fuerit priuatiua necessaria, & cõclusio erit eius
quod est non ineſſe: vt si A quidem nulli B con-
tingit ineſſe ex necessitate, B autem alicui C cõ-
tingat ineſſe: necesse est A alicui eorum si sunt
C non ineſſe. Si enim A omni C ineſt, nulli au-
contingit B, & B nulli A, contingit ineſſe:
quare si omni C ineſt A nulli C contingit B. Sed
positum erat alicui contingere. Quando autem
particularis affirmatiua necessaria fuerit, sicut
in priuatiuis est syllogismus, vt B C, aut vniuer-
lis in affirmatiuo, vt A B: nõ erit ineſſe syllogi-
mus. Demonstratio autem eadem quæ in præ-
ribus. Si autem vniuersale qui sem ponatur ad
minorem extremitatem vel affirmatiuum, per
uatiuum contingens, particulare autem ne-
sariam; non erit syllogismus. Termini autem
ineſſe quidem ex necessitate, animal, album, ho-
mo: non contingere autem, animal, album, pa-

lea. Quando similiter vniuersale quidem est
necessarium, particulare autẽ contingens, cum
priuatiuum quidem est vniuersale: ineſſe quidẽ
termini, animal, album, coruus: non ineſſe, ani-
mal, album, pix: cum autem affirmatiuum, in-
ſſe quidem, animal, album, cygnus: non con-
tingere autem, animal, album, nix. Nec quan-
do indefinitæ sumunt propositiones, aut vtræ-
que particulares, sic erit syllogismus. Termini
autem communes, ineſſe quidem, animal, al-
bum, homo: non ineſſe autem, animal, album,
animatum. Nam & animal alicui albo, & al-
bum animato alicui est necessarium ineſſe,
& non contingit ineſſe, & in contingenti simi-
liter quare ad omnia vtiles sint termini. Mani-
festum ergo ex ijs, quæ dicta sunt, quod simili-
ter habentibus se terminis, & in eo quod est
ineſſe, & in necessarijs, & sit, & non sit syllogis
mus: veruntamen secundum ineſſe quidem po
sita priuatiua propositione, eius quod est con-
tingere erat syllogismus: secundum necessariũ
autem priuatiua: & contingere, & non ineſſe.
Falsam autem & quod omnes imperfecti syl-
logismi, & quomodo perficiuntur per præ di-
cas figuras.

ANNOTATIONES.

*Hæc propositionum ex necessitate ineſſe, vel non in
eſſe, illa vera &c.*] *hoc est, quando vna prop. fuerit
necessaria affirm. vel neg. & altera contingens.* [*& si
perfecta*] *scilicet erit syl. si minor sit necessaria,*
[*conclusio autem*] *scilicet syllogismorum erit contin-
gens, & non de ineſſe.* [*hoc*] *1. vna prop.* [*quando
autem priuatiua necessarium*] *3. Quando maior fue-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit neg. de necessario sine necessaria. [& contingentis non esse, & non inesse] hoc est, sequitur contingens, & de inesse. qua est duplex [quae prioribus] scilicet definitum est. [Eius autem quod est ex necessitate non inesse] eius syl. in qua minor non negatur, non erit conclusio. [aliud enim differt si dicatis, Non necesse est, & necessaria non est. [quòd A. contingit omni C. inesse] .i. omne C. contingenter .i. possibile est, vt sit A. [perficitur per ex principio propositiones] .i. per dicto de omni. similis figurae] scilicet affirmatiua, sed sine negatiua. [sit primum primaria necessaria] .i. sit maior negat. necessaria. [si quidem non inesse] .i. si quidem & eius quod est non inesse. [quoniam contingens significauerit] .i. illa prop. fuerit minor nega. contingens [syl. erit per conuersionem, vt in prioribus] .i. syl. cum sit imperfectus perficitur per conuersionem minoris in oppositam qualitatem. [quòd autem non contingere] .i. quando minor nega. non fuerit contingens, sed necessaria, non sequetur syl. vtilis. [quando autem particularis] scilicet minor particularis affirmat. [quę in primatiuo syl. est] .i. maior vniuersalis neg. contingens [aut vniuersalis in affirmatiua] .i. maior vniuersalis affirmat. & particularis contingens. [non erit inesse syl.] .i. syllogismus inesse non erit. [non erit syl.] scilicet directè conclusio. [secundum inesse posita primatiua] si maior sit negatiua. de inesse [eius quod est contingere erit syl.] .i. conclusio erit contingens. [secundum necessaria & primatiua] .i. si minor sit neg. necessaria, & contingere, & non inesse] .i. sequitur conclusio de esse, sed nega. contingens, alia neg. de inesse.

Arg-

Argumentum, & diuisio in cap. 16.

In secunda figura si ambae prop. fuerint contingentes affirmatiua, vel negat. non fit syl. nec si affir. sit de inesse, & nega. de contingenti. sed erit syl. si nega. de inesse existat, & affir. contingens. Verum si neg. fit necessaria, & affir. contingens; sequitur conclusio contingens, sed non dum negat. sit contingens propriè definitum. At verò prop. vniuersalis nega. contingens non conuertitur in terminis: etenim, & vniuersalis affirm. conuerteretur vtraque nanque est ad vtrumlibet. deinde ex vero sequeretur falsum: si enim haec prop. conuertitur, contingit omnem hominem non esse album: atque contingit omne album non esse hominem: ex vero sequitur falsum: antecedens enim est falsum, & consequens falsum. Tandem consequentia illa non est bona, in qua ex opposito contradictorijs consequentis non infertur oppositum antecedentis, qualis est haec: nam oppositum contradictorium huius prop. Omne A. contingit non est B. non sequitur. Quoddam B. necesse est esse A. quod est oppositum antecedentis. Caput autem hoc tres habet partes; prima tria continet praecepta, siue conclusiones, quarum vna est [in secunda autem figura] alia exhibet, [quando autem haec] tertia verò est [eodem modo] secunda pars declarat vniuersalem prop. neg. contingentem propriè non conuerti simpliciter, tertia id tribus rationibus. prima est [ni si A. contingere ex impossibili] secunda [amplius autem nihil] tertia [sed similibus primum praeceptum, siue conclusionem. prima secundam [sed nec per impossibile] tertiam [omnino autem si est syl.] tertiam confirmat ibi [similiter autem ostendetur.

De syllogismis ex ambabus contingentibus in secunda figura. Cap. 16.

IN secunda autem figura quando contingentes quidem sumuntur vtræque propositiones: nullus erit syllogismus, siue sint affirmatiuæ, siue priuatiuæ, siue vniuersales, siue particulares. Quando autem hæc quidem inesse, illa vero contingere significat, affirmatiua quidem inesse significante: nunquam erit syllogismus priuatiua vniuersali existente: semper. Eodem modo & quando hæc quidem ex necessitate, illa vero contingere assumatur: oportet autem & in ijs accipere quod in conclusionibus est contingens, quemadmodum in prioribus. Primum igitur ostendendum, quod non conuertitur in contingenti, priuatiua: vt si A contingit nulli B; non necesse est, & B contingere nulli A. Ponatur enim hoc & contingat B nulli A, inquit se: ergo, quoniam conuertuntur, quæ sumuntur eo, quod est contingere, affirmationes negationibus, & contrariæ, & contrariæ entes, negationes contrariæ, & contrariæ entes, B autem contingit nulli A inesse: manifestum est, quod & omni A contingit B inesse. Hoc autem falsum est; non enim si hoc huic omni contingit, & hoc huic contingat necessariumt quare non conuertitur priuatiua. Amplius autem nihil prohibet A quidem contingere nulli B, B autem alicui A ex necessitate non inesse: vt album quidem contingit omni homini non inesse, & hominem autem nō verum est dicere, quod contingit nulli albo, pluribus enim ex necessitate non inest: necessarium autem non inesse contingens. Sed nec impossibili ostendemus con-

uertens: vt si quis putet, quoniam falsum est B contingere nulli A inesse, verum non contingere nulli A: affirmatio enim, & negatio: si autem hoc verum, ex necessitate alicui A inesse B: quare & A alicui B inesse: hoc autem impossibile: non enim si A non contingit vlli B; necesse est alicui B inesse. Nam non contingere nulli, dicitur dupliciter: hoc quidem ex necessitate alicui ineſt, illud vero si ex necessitate alicui non ineſt: Nam quod ex necessitate alicui non eorum, quæ sunt A non ineſt, non est verum dicere, & omni contingit nō inesse: quemadmodum nec quod alicui ineſt ex necessitate, quoniam omni contingit inesse. Si ergo aliquis putet, quoniam non contingit C, omni D inesse; ex necessitate alicui non inesse ipsum falsum sumet; omni. n. ineſt si contingat: sed quoniam quibusdam ex necessitate ineſt propter hoc dicimus non omni contingere. Quare ei quod est contingere omnino inesse, & ea quæ est ex necessitate alicui ineſ se, opponit: & ea q̃ est ex necessitate alicui non ineſse, similiter aut & ei q̃ est contingere nulli. Fali ergo quod ad sic contingens, & non contingens, vt in principio definiuimus, non solū ex necessitate alicui ineſse, sed & ex necessitate alicui non ineſse sumendum. Hoc autem sumpto, nihil accidit impossibile: quare non fit syllogismus. Manifestum ergo ex ijs quæ dicta sunt, & quoniam conuertitur priuatiua. Hoc autem ostenso ponatur A, B quidem contingere nulli, C verò omni; per conuersionem ergo non erit syllogismus: dictum est enim, quod non conuertitur hupothesi propositio. Sed nec per impossibile: nā posito B omni C contingere ineſse, nihil accidit falsum: continget enim A & omni & nulli

C ineſſe. Omnino autem ſi ē ſyllogiſmus, patet quod contingens erit eo quod neutra propoſitionum ſumpta eſt in eo, quod eſt ineſſe: & hoc vel affirmatiuus, vel priuatiuus: neutro autem modo poſſibile eſt: affirmatiuo enim poſito, conſequebatur per terminos, quod nō contingit ineſſe. priuatiuo autem, quod concluſio non eſt contingēs. ſed neceſſaria. Sit enim A quidem alicui B autem homo in quo autem C, equus: ergo alicui A contingit huic quidem omni, illi vero nulli ineſſe: ſed A, neque ineſſe contingit C, neque non ineſſe. Quod igitur ineſſe non poſſibile, eſt manifeſtum: nullus enim equus homo: ſed neque contingere non ineſſe: neceſſe eſt enim nullum equum hominem eſſe, neceſſarium autem non erat contingens, non igitur hoc ſyllogiſmus. Similiter autem oſtendetur, & ſi conuerſo ponatur priuatiua, & ſi vtreque affirmatiuæ ponantur, vel priuatiuæ: nam per coſdem terminos erit demonſtratio. Et quando hæ quidem vniuerſales, illa verò particularis, vel vtræque particulares, vel indefinitæ, aut quolibet modo aliter cōtingit permutati propoſitiones: ſemper enim erit per eoſdem terminos demonſtratio. Manifeſtum ergo quod vtriſque propoſitionibus ſecundum contingere poſitis, nullus fit ſyllogiſmus.

ANNOTATIONES.

Oportet autem, & in his accipere quod in conuerſionibus eſt contingens, &c.] hoc eſt, in hac propoſitione Scella, in qua vna eſt de contingenti, & alia de neceſſario, vel de ineſſe. in ſecunda figura oportet contingens accipi in concluſione, vt in prima figura, vbi maior

maior erat de ineſſe, & minor contingens [*in contingenti*] ſcilicet propriè ſumpto. [*quoniam conuertuntur quæ ſunt in eo, quod eſt contingere, affirmationes neg. &c.*] *à quoniam conuertuntur contingentes affirmationes cum negationibus. & contraria, & oppoſita.* [*ſi contingat*] quidam codices Non habent. [*per conuerſionem ergo*] ſcilicet maioris vniuerſalis negat.

Argumentum & diuiſio in Cap. 17.

Si in ſecunda figura vna prop. ſit contingens, altera de ineſſe; hanc obſeruare oportet. Primum, ſi affirmatiua fuerit de ineſſe, & neg. de contingentia, concluſio non ſequetur: ſi quidem eadem reducendo ad impoſſibile. nega. contingens non poteſt converti. ſecundo, ſi neg. ait de ineſſe ſimpliciter, & affir. contingens, concluſio ſequitur contingens. atque hi ſyl. ad primam reducuntur figuram, ſi neg. de ineſſe convertatur. Tertia de vtriſque affirma. ſed vna contingens, & altera de ineſſe, non ſequitur concluſio contingens: dantur enim termini, in quibus omni, & in quibus nulli. Quarto, ſi particular. neg. ſit de ineſſe vt nunc; nom ſit concluſio contingens. Quatuor igitur ſunt huius cap. partes. Prima primum exprimit præceptum ſic [*ſi autem altera*] *ſecunda ſecundum ibi.* [*Quando autem affirmatiua*] *quam explanat his verbis* [*ſumatur enim A. B.*] *explanat quoque, ſi vtraque pro. ſint neg. ſic* [*ſi autem vtraque*] *tertia pars, quæ tertium dat præceptum eſt* [*ſi autem vtraque ponatur tradicatiua*] Declarat poſtea præcepta hæc in mediis particularibus ibi [*Eodem autem modo ſe habebit*] *quarta pars quartum notat præceptum, quæ eſt* [*ſi autem ineſſe quidem.*]

Mixtio absoluti, & contingentis in secunda figura. Cap. 17.

SI autem altera quidem inesse, altera verò cõtingere significat, prædicatiua quidem inesse posita, priuatiua vero contingere, nunquam erit syllogismus siue vniuersaliter, siue particulariter sumantur termini: demonstratio autem eadem, & per eosdem terminos. Quãdo autem affirmatiua cõtingere, priuatiua inesse; erit syllogismus. Sumatur enim A, B quidem nulli inesse, C, verò omni A, contingere: conuersa ergo priuatiua, B inest nulli A, A autem omni C contingebat: fit ergo syllogismus, quod B contingit nulli C, p primam figuram. Similiter autem & si ad C ponatur priuatiua. Si autem vtraque sint priuatiuæ, significet autem hæc quidem non inesse, illa verò contingere non inesse: per eadem quæ sumpta sunt nihil accidit necessariũ: conuersa autem secundum contingere propositione fit syllogismus: quod B contingit nulli C inesse, quemadmodum in prioribus: erit enim rursum prima figura. Si autem vtraque ponatur prædicatiue, non erit syllogismus. Termini quidem inesse: sanitas, equus, homo. Eodem autem modo se habebit, & in particularibus syllogismis. Quando autem erit affirmatiua inesse, siue vniuersaliter, siue particulariter sumpta: nullus erit syllogismus: hoc autem similiter, & per eosdem terminos demõstratur, quibus & prius. Quando autem & priuatiua erit per conuersionem, quemadmodum in prioribus. Rursum si ambo quidem interualla priuatiua sumantur, vniuersaliter autem quod non inesse, ex ipsis quidem propositionibus non erit necessarium, contingere autem contingenti, sicut in prioribus, erit syllogismus. Si autem inesse quidem sit priuatiua, particulariter quidem sumpta: non erit syllogismus, neque prædicatiua, neque priuatiua existente altera propositione. Nec quando vtraque ponuntur indefinitæ, vel affirmatiuæ, vel negatiuæ, aut particulares: demonstratio autem eadem & per eosdem terminos.

ANNOTATIONES.

Siue vniuersaliter, siue particulariter sumantur termini] .i. siue in modis vniuersalibus, siue in particularibus. [erit syl.] .i. conclusio de contingenti propositionis, si prop. de inesse sit simpliciter, & de contingenti diuisa. [nihil accidit necessarium] .i. non sequitur conclusio.

Argumentum, & diuisio in cap. 18.

Cum in secunda figura una prop. sit contingens, altera necessaria: duo sunt aduertenda primum in singulis modis secundæ fig. si negatiua prop. sit necessaria, & affir. contingens: sequitur conclusio contingens, & de inesse. atque hi syl. reducuntur ad primam fig. si prop. neg. conuertatur. secundum, si affir. sit necessaria, & neg. contingens: non valet syl. in his modis vniuersalibus, nec in particularibus propter eandem rationem sequi conclusio necessaria: ut omnis cygnus albus: fit albus: omnis homo contingenter vñ est albus: ita que omnis homo necessario non est cygnus, & verũ si ambæ prop. sint particulares: non fit syl. possunt enim dari termini in quibus omni, & in quibusdam nulli. Ex his intelligimus omnes syl. in hac fig.

esse imperfectos, ac perfici per primam. Dividit autem hoc caput in tres partes. in prima ostendit ea quæ diximus in modis uniuersalibus: in secunda in particularibus: in tertia infert Corollarium, siue ex clusionem quandam. In prima parte scribit Arist. duo præcepta relata. primum [si autem hæc propo.] secundum autem [affirmatiua autem non erit] dimidium primum explicat in Cesare hic verbis [ponatur autem A. B. nulli inesse] secundum hic [rursum ita prædicatiua] quod exemplis comprobat, quando ita [sit enim A. album] & ibi [amplius & possibile est] Postea asserit eandem dissimilitudinem, si media prop. sint uniuersales affir. ibi [si autem similis figuræ sint] secundum partem explanat hoc loco [similiter autem se habebit] & est præceptum primum in modis particularibus. secundum autem [uterque utraque sumuntur affir.] tertium [quando uterque priuatiuæ] quartum [si utraque indefinita] Tertia tandem pars ea est [talem & quod.]

Mixtio necessarij, & contingentis in secunda figura. Cap. 12.

SI autem hæc quidem propositionum ex necessitate, illa vero contingere significat: priuatiua quidem necessaria; erit syllogismus non ipsum quòd contingit non inesse, sed quod non inest: affirmatiua autem non erit. Ponatur enim A B quidem nulli inesse ex necessitate, C autem omni contingere, conuersa ergo priuatiua, B nulli A inerit: A autem omni C contingebat. Ita igitur rursum per primam figuram syllogismus: quod B, contingit nulli C inesse. Simul autem manifestum quod neque inest B, vlli C. ponatur enim inesse: ergo si A nulli, B cõtingit, B autem inest

inest alicui C. A alicui C non contingit: sed omnigonebatur contingere. Eodem autem modo ostendetur, & si ad C ponatur priuatiuum. Rursum. Sit prædicatiua quidem necessaria, altera autem priuatiua, & contingens: & A B cõtingat nulli, C autem omni insit ex necessitate: sic etiam habentibus se terminis, nullus erit syllogismus: accidit enim B ex necessitate nõ inesse C. Sit enim A quidem album, in quo autem B, hominem: in quo vero C, cygnus: ergo album cygno quidem ex necessitate inest: homini autem contingit nulli, & homo nulli cygno ex necessitate. Quod igitur eius quod est contingere non est syllogismus, manifestum ẽ: nam ex necessitate non erat contingens. Sed tamẽ non necessarij: nam necessarium aut ex vtrisque necessarijs, aut ex priuatiua necessaria contingebat. Amplius & possibile est ijs positis A inesse C. Nihil enim prohibet C quidem sub B esse: A autem B quidem omni contingere: C vero ex necessitate inesse: vt sit quidem C vigilia, B autem animal, in quo autem A, motus: nam vigilanti quidem ex necessitate inest motus: animali autem nulli cõtingit, & omne vigilans animal. Manifestum ergo quod non eius quod est non inesse: si quidem sic se habentibus terminis, necesse est inesse, neque autem oppositarum affirmationum, figuræ nullus erit syllogismus. Similiter autem ostendetur, & econuerso posita affirmatiua. Si autem similis figuræ sint propositione, cum priuatiuæ sint, semper fit syllogismus, conuersa secundum contingere propositione, quemadmodum in prioribus. Si sumatur enim A, B quidem ex necessitate non inesse, C autem contingere non inesse, conuersis autem propositionibus B

quidem

quidem nulli inesse A: A autem omni C conclusio igitur fit igitur prima figura: & si ad C ponatur propositio priuatiua similiter. Si autem prædicatur ponatur, non erit syllogismus: nam eius quod est non inesse, aut eius quod est ex necessitate non inesse, manifestum quod non erit, eo quod nō fiat propositio priuatiua, neque in eo quod est inesse, neque in eo quod est ex necessitate non inesse, sed neque eius quod est contingere non inesse: ex necessitate enim sic se habebit. B non inerit C: vt si A quidem ponatur animal, in quo autem B, equus, in quo autem C, homo. Neque igitur oppositarum affirmationum, quoniam ostensum est B ex necessitate non inesse C. Non ergo fit syllogismus omnino. Similiter autem habebit & in particularibus syllogismis. Quando autem fuerit priuatiua, & vniuersalis, & prædo autem fuerit priuatiua, & vniuersalis, & necessaria, semper erit syllogismus, & eius quod est contingere non inesse, & eius quod est non inesse, demonstratio autem per conuersionem. Quando autem affirmatiua, nunquam: eodem autem modo ostenderur quo & in vniuersalibus & per eosdem terminos. Nec quando vtraque sumuntur affirmatiuæ: nam & huius eadem demonstratio, quæ & prius. Quando vtraque quidem priuatiuæ, vniuersalis autem, & necessaria, quæ nō inesse significat, per ea quidem quæ sumpta sunt, non erit necessarium concludere, fit tamen secundum contingere propositione, erit syllogismus, quemadmodum in prioribus. Si autem vtraque indefinitæ, vel particulares sumantur, non erit syllogismus: demōstratio autem eadem & per eosdem terminos. Manifestum igitur ex prædictis quod priuatiua quidem vniuersalis propositio necessaria, semper fit syllogismus, non ita

eius quod est contingere non inesse, sed & nō inesse: affirmatiua autem, nūquam: & quod eodem modo se habētibus & in necessarijs, & in his quæ in sunt: fit & non fit syllogismus. Palam & quod imperfecti oēs sunt syllogismi, & quoniam omnes perficiuntur per prædictas figuras.

ANNOTATIONES.

Erit syl. non solum quod contingit non inesse, sed quod non inesse] .i. sequitur conclusio contingens, & de inesse, *[affirmatiua autem non erit]* i. si prop. *contingens non est syl.*] .i. non sequitur conclusio contingens, sed necessaria. *[sed tamen non necessaria]* sed neque necessarium *[amplius autem]* idem ostendit per terminos, ubi affir. est de inesse; ut, contingit nullum animal mouerì, sed necessario omne vigilās mouetur. quare omne vigilans est animal. *[manifestum ergo quod non eius, quod est non inesse]* i. cum conclusio sequatur affir. de inesse, non sequitur neg. de necessario, neque de inesse. *[neque autem oppositarum affirmationum]* .i. si fuerit aliquando neg. de necessario, aliquando affir. de inesse, non sequitur aliqua prop. alicui earum opposita. unde non fit syl.

Argumentum, & diuisio in cap. 15.

In tertia figura si ambæ prop. fuerint contingentes, sex hæc memoriæ sunt mandanda. primum autem, ex ambabus contingentibus oritur conclusio contingens. secundum, ex una de inesse, & altera contingente fit conclusio contingens. tertium, ex una necessaria, & altera contingenti, si necessaria fuerit affirmatiua, erit contingens conclusio: si neg. erit

contingens, & de inesse. confirmatur primum per impossibile. Deinde ostendit quomodo reducatur ad primam figuram. Quarto loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in mixtis modis. Quinto loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis negativis. Sexto loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus negativis. Septimo loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus particularibus. Octavo loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus indefinitis. Nono loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus singularibus. Decimo loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus universalibus. Undecimo loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus particularibus. Duodecimo loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus indefinitis. Tertio loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus singularibus. Quarto loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus universalibus. Quinto loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus particularibus. Sexto loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus indefinitis. Septimo loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus singularibus. Octavo loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus universalibus. Nono loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus particularibus. Decimo loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus indefinitis. Undecimo loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus singularibus. Duodecimo loco ostendit quomodo reducatur ad primam figuram secundum quod est in modis ambabus universalibus.

De syllogismis ex ambabus contingentibus in tertia figura. Cap. 19.

IN postrema autem figura, & utrisque contingentibus, & altera, erit syllogismus. Quando ergo contingere significant propositionem, & conclusio erit contingens. Et quando hæc quidem contingere, illa verò inesse; similiter contingere, illa verò inesse; similiter contingere, illa verò inesse; similiter

ANNOTATIONES.

Sumendum autem & in his similiter quod est in conclusionibus contingens] .i. *sumendum est conclusionem contingere in hac tertia figura, sicut in prima, hoc est priùs, & non communiter* [*ex his, quæ sumpta sunt; non erit necessarium*] .i. *per sumptas prop. in 3. fig. non erit necessarium* [*conuersis autem prop.*] .i. *minore conuersa in oppositam qualitatem, vel ambabus conuersis fit 3.l. perfectus.*

Argumentum, & diuisio in cap. 20.

Si in tertia figura vna prop. fuerit contingens, & altera de inesse tres conclusiones notare oportet prima est. in quouis modo tertiæ figuræ si vna prop. sit contingens, & altera de inesse; sequitur conclusio contingens. reducuntur 3.l. ad primam fig. per conuersionem prop. de inesse. Secunda. si minor sit contingens; fit 3.l. imperfectus. perficitur per conuersionem minoris in oppositam qualitatem. Tertia. Quando vtraque prop. fuerint particulares, non fit 3.l. Tres igitur habet partes hoc caput. primam continet conclusionem quæ est [*Si autem propositionum*] *quam declarat in Darapti, & Felapton ibi* [*sint enim primum*] *deinde secundam* [*secundum declarat conclusionem, hoc loco* [*si autem contingens priuatiua*] *confirmat autem in modis particularibus ibi* [*si autem hæc quidem propositionum*] *tertia pars tertiam exponit sic* [*quando autem indefinita.*]

Mixtio

Mixtio contingentis & inesse in tertia figura. Caput. 20.

Si autem hæc quidem propositionum inesse illa autem contingere significet; conclusio quidem erit quod contingit, & nõ quod inest: syllogismus autem erit eodem modo se habentibus terminis, quo & in prioribus. Sint enim primum prædicatiua, & A quidem omni C inest: B autem omni C contingat: conuersa ergo B C. erit prima figura, & conclusio quod contingit A alicui, B inesse: cùm enim altera propositionum in prima figura significabit contingere; & conclusio erit contingens. Similiter autẽ & si B C, quidem inesse: A C autem contingit inesse. Et si A C quidem priuatiua, B C autẽ prædicatiua, insit autem alterutra; utrinque contingens erit conclusio: fit enim rursum prima figura. Ostensum est autem quod si altera propositio significet contingere in prima figura; & conclusio erit contingens. Si autem cõtingens priuatiua ponatur ad minorem extremitatem, vel si utraque ponatur priuatiua: per ea quidẽ, quæ posita sunt non erit syllogismus: conuersa autem erit, quemadmodum & in prioribus. Si autem hæc quidem propositionũ sit vniuersalis, illa verò particularis vtriusque quidem prædicatiuis, aut vniuersali quidem priuatiua, particulari autem affirmatiua, idem modus erit syllogismorum: omnes enim claudũtur per primam figuram. Quare manifestum quòd eius quod est contingere, & non eius quod est inesse erit syllogismus. Si autem affirmatiua quidem vniuersalis, priuatiua autem particula-

tis; per impossibile erit demonstratio. Inest enim B quidem omni C, A autem contingat alicui C non inesse; necesse est ergo A alicui B contingere non inesse: nam si omni B inest A ex necessitate, B autem omni C positum est inesse A omni C ex necessitate inerit. Hoc autem constat prius, sed positum est alicui contingere non inesse. Quando autē indefinitæ, vel particulares sumuntur vtræque, non erit syllogismus: demonstratio autem eadem quę & in superioribus, & per eosdem terminos.

ANNOTATIONES.

Syl. autem erit eodem modo se habentibus terminis &c.] .i. sicut utrinque .i. utroque modo in precedenti aliquando fit syl. ex utraque affir. aliquando ex utraque neg. aliquando ex altera affir. altera neg. & reducuntur ad primam fig. per conuersionem illius de inesse; sic in hac.

Argumentum, & diuisio in cap. 21.

In tertia figura tres obseruantur conclusiones, & syl. fiunt ex una prop. contingenti, & altera vtriusuis. prima est in singulis modis tertię figurę habentibus maiorem contingentem, & minor necessaria habet conclusionem propriam contingentem. & hi syl. reducuntur ad primam figuram. Secunda, si maior sit necessaria, & minor contingens, sequitur conclusio contingens pro possibili, & de inesse. Tertia, si minor sit neg. contingens; fit syl. imperfectus: si necessaria; non valet: quoniam deficiuntur termini, in quibus omni, & in quibus nulli. Exhibit perfectiõ fit syl. huius fig. esse imperfectos. Ea

re hoc caput tres obtinet partes. prima habet conclusiones in genere. secunda eas in specie declarat. tertia ex his epilogum facit. prima conclusio est [si autem est hæc] secunda [quando autem fuerit hæc] tertia [si sit affirmatiuus] quarta [eius autem quod est ex necessitate] secunda pars declarat primam conclusionem in Darapti ibi [si autem privatiua] sic in Felapton. secundam exponit conclusionē tertiam [quando autem privatiuus] si minor sit neg. contingens: si verò necessaria; ibi [si autem necessaria] Deinde efficit Arist. in nudis particularibus, & quatuor conclusiones describit quarum prima est [similiter autem] secunda [& quando hoc privatiuum] tertia [quando autem privatiuus necessarium] quarta [quādo autem privatiuus vniuersaliter] Tertia pars est [manifestum ergo.]

Mixtio necessarij, & contingentis in tertia figura. Caput 21.

SI autem est hæc quidem propositionum necessaria, illa uero contingens, fi prædicationi quidem sunt termini; semper eius quod est contingere erit syllogismus. Quando autem fuerit hic quidem prædicatiuus, ille autem priuatiuus, si sit affirmatiuus quidem necessarius, eius erit quod est contingere non inesse: si autem priuatiuus; & eius quod est contingere nō inesse, & eius quod est, non inesse: eius autem quod est ex necessitate non inesse, non erit syllogismus: quemadmodum & in alijs figuris. Sunt ergo prædicatiui termini primum: & A, C quidem omni insit ex necessitate: B autem omni C contingat inesse: quoniam ergo A omni C necessario inest, C autem, alicui B contingit; &,

A alicui B contingens erit, & non inerit: sic est necidic in prima figura: similiter autem ostendentur, & si B C quidem ponatur necessaria: A C autem contingens. Rursum sit hoc quidem prædicatiuum, illud vero priuatiuum, necessarium autem prædicatiuum: & A quidem contingat nulli C inesse: si autem omni inest ex necessitate C, erit ergo rursum prima figura & conclusio contingens, sed non inesse: nam priuatiua propositio cõtingere significat. manifestum est igitur, quòd conclusio erit contingens. Quando enim sic se habebant propositiones in prima figura, & conclusio erit contingens. Si autem priuatiua sit propositio necessaria; & conclusio erit, quod contingit alicui non inesse, & qñ non inesse. Ponatur enim A non inesse C ex necessitate: B autem omni C contingere, conuersa ergo B C affirmatiua, prima erit figura, & necessaria priuatiua propositio. Cùm autem sic se habebant propositiones accidebat A, & contingere alicui C non inesse, & non inesse: quare & A necesse est alicui B non inesse. Quando autem priuatiuum ponitur ad minorem extremitatem, si contingens quidem; erit syllogismus transsumpta propositione, quemadmodum in prioribus. Si autem necessarium, non erit: contingit enim necesse est ut omni, & nulli contingat inesse. Termini omni inesse: somnus, equus, dormiens homo: nulli inesse, somnus equus, vigilans homo. Similiter autem se habebit, & si hic quidem terminorum sit uniuersalis, ille autem particularis ad medium: nam si utrique sint prædicatiui; eius quod est contingere, & non eius quod est inesse, erit syllogismus. Et quando hoc quidem priuatiuum sumetur, illud vero affirmatiuum, necessarium autem affirmatiuum, huius quod est contingere. Quando autem priuatiuum necessarium: & conclusio erit eius quod est nõ inesse: nam idem modus erit demonstrationis, & cum uniuersales, & non uniuersales sunt termini: necesse est enim per primam figuram perfici syllogismos: quare ut in illis, & in his necessarium accidere. Quando autem priuatiuum uniuersaliter sumptum ponitur ad minorem extremitatem, si contingens quidem; erit syllogismus per conuersionem: si autem necessarium sit; non erit. ostendetur autem eodem modo, quo & in uniuersalibus, & per eosdem terminos. Manifestum ergo & in hac figura quando, & quomodo erit syllogismus, & quando eius quod est contingere, & qñ eius quod est inesse. Palam autem & quod omnes imperfecti, & quod perficiuntur per primam figuram.

ANNOTATIONES.

Et A alicui B contingens erit, & non inerit] .i. cũ clusio erit contingens, & non de inesse. plura exemplaria non habent & non inerit sed Græcus codex habet. [conclusio erit quòd contingit alicui non inesse, & quòd non inesse] .i. conclusio erit contingens, & de inesse. sed contingens pro possibili sumatur. [transsumpta propositione] .i. conuersis terminis, & transposita prop.

Argumentum, & diuisio in cap. 22.

Ex dictis perficiuntur est omnes 3ti. secundæ, & tertiæ fig. reduci ad primam, & particulares priX 4

me ad vniuersales: omnis enim syl. affir. vel negat. vniuersalis, vel particularis, ostensiuus, aut ex hypothesi fiunt in aliqua trium figurarum: nam, cum in omni syl. ostensiuo concludatur aliquid de aliquo, vel maior terminus de minori: atque id fieri non posset per eosdem terminos, esset enim petitio principij, necessarius est alius vnde duo ernnt, qui in aliqua tertia conueniant, qui sit medius: quare tres sunt termini, est necesse, quorum medius aut prædicetur in vtrisque prop. & sit secunda fig. aut subiiciatur, et sit tertia: aut in prima prop. subiiciatur, in secunda vero dicetur, & sit prima. atque hoc pacto omnis syllogismus est in aliqua trium fig. sic syl. ad impossibile, qui ostensiuus est quo ad primum eius processum: habet enim syl. ad impossibile conclusionem falsam, et vna prop. vera, & altera falsa: vt si quis neget hominem esse animal, sic arguendum est per impossibile. omne animal rationale est animal. sed nullus homo est animal. igitur nullus homo est animal rationale. vel ex hac hypothesi argumentum sit. si nullus homo est animal, et omne animal rationale est animal. igitur nullus homo est rationalis. Sed conclusio est impossibilis. sic & prop. Ex his igitur tres habemus partes. prima significat omnes syl. reduci ad vniuersales prima fig. ibi [Quòd igitur qui] secunda ostendit omnem syl. fieri in aliqua trium fig. sic [necessarius est ergo] tertia demonstrat id, ac primum ex syl. ostensiuis his verbis [si ergo oporteat] deinde in syl. ex hypothesi, & ad impossibile quam partem caput continuerunt quidam, & est [Quòd autem & qui ad impossibile.]

De syllogismo ostensiuo, & quòd figura syllogismorum sint tantum tres in omnibus syllog. generibus. Caput 22.

QVòd igitur qui in his figuris sunt syllogismi perficiuntur per eos, qui in prima figura sunt vniuersales syllogismos, & in hos reducuntur, palàm ex dictis. Quòd autē simpliciter omnis syllogismus sic se habebit, nunc erit manifestum: cum ostensus fuerit omnis, qui fit, per aliquam harum figurarum fieri. Necesse est ergo omnem demonstrationem, & omnem syllogismum aut inesse quid, aut non inesse monstrare. Et hoc aut vniuersaliter, aut particulariter: amplius aut ostensiuè, aut ex hypothesi. Eius autē, quod est ex hypothesi, pars est per impossibile. Primum ergo dicemus de ostensiuis: his enim ostensis manifestum erit & de ijs, qui ad impossibile, & omnino de ijs, qui ex hypothesi.

Si ergo oporteat A de B syllogizare vel inesse, vel non inesse, necesse est sumere aliquid de aliquo. Si ergo A sumatur de B: quod ex prin cipio erit sumptum. si autem A de C, C autem de nullo alio, nec aliud de illo C. neque de A, alterum, neque A de altero: nullus erit syllogismus. nam in eo quod vnum de vno sumitur, nihil accidit ex necessitate: quare assumenda est altera propositio: ex una propositione nihil cōcluditur. Si igitur sumatur A de alio, aut aliud de A, aut de C alterum: esse quidem syllogismum nihil prohibet: ad B autem non erit per ea, quæ sumpta sunt nec quando C ineſt alteri. & illud alij, & hoc alteri, non copuletur autem

ad B, nec sic erit ad B syllogismus ipsius A. Omnino enim dicimus quòd nullius unquàm erit syllogismus alius de alio, non sumpto aliquo medio, quod ad utrunque se habeat quoquo modo prædicationis. Nam syllogismus quidam simpliciter ex propositionibus est. ad hoc autem syllogismus ex propositionibus quæ ad hoc, qui autem est huius ad hoc, per propositiones huius ad hoc. impossibile est autem ad B sumere propositionem nihil neque prædicantes de eo, neque negantes: aut rursum eius quod est A ad B, nihil commune sumentes, sed utrunque propria quædam prædicantes, aut negantes. quare sumendum, utriusque quod copulatur prædicationes, si erit huius ad hoc syllogismus. Ergo, si necesse est aliquod sumere ad utrumque commune; hoc autem cõtingit tripliciter: aut enim A de C, & C de B prædicantes, aut C de vtrisque, aut utraque de C: hæ autem sunt tres dictæ figuræ; manifestum, quod omnem syllogismum necesse est fieri per aliquam harum figurarũ: nam eadem ratio est & si per plura colligetur. ad B: eadem enim erit figura, & in pluribus. Quod igitur ostensiui terminantur prædictas figuras, manifestum est.

ANNOTATIONES.

Inesse quid, aut non inesse] .i. esse affir. aut negat. [amplius aut ostensiuè, aut ex hypothesi] .i. probare vel syl. est ostensiuus qui. s. ex duabus prop. euidentibus, non præsupposita aliqua hypothesi: ut sunt syl. qui fiunt in aliqua trium figurarum. aut est hypotheticus, hoc est, qui facta aliqua suppositione ex duabus prop. conclusionem infert. & est triplex. s. ad impossibile

sibile, ad transumpto, & secundum qualitatem in suo esse. A transumpto dicitur ille, in quo aliquis se transfert ad conclusionem probandam extra propositum principale, ex qua mediante concessione, vel admissione respondentis concluditur propositum: vt si quis probare velit animam Aristotelis esse immortalem, supponat, quòd si probauerit animam Platonis esse immortalem, probatum fuerit apertè animam Aristotelis esse immortalem. Sed syl. secũdum qualitatem in subiecto dicitur is, cuius medius terminus, & minor sunt conuertibiles, vt homo, & risibile, vnde infertur conclusio vniuersalis in tertia fig. quare omne risibile est animal, omnis homo est risibilis. Se transfert ad aliquam conclusionem probandam, quæ est similis qualitatis, veritatis, & falsitatis cũ principali conclusione. [eius autem, quod est ex hypothesi, par est impossibile] hoc est, syl. ad impossibile est par .i. similis eius, qui est hypotheticus. [si oportet esse] .i. si oportet fieri syl. siue conclusionem affir. vel neg. [necesse est sumere aliquid de aliquo] .i. necesse est inuenire aliquid, quod prædicetur de minore termino, & est medius terminus. [si ergo sumatur A. de omnis terminos conclusionis] erit sumptum] hoc est, si accipias B. quod ex principio erit petitio principii: vocati si dicas, omne B. est A; quoniam omne B. est A. est animal; quoniam omnis homo est animal. [si autem A. de C. C. autem de nullo alio, nec aliud de illo C. neque de A. alterum, neque A de altero] hoc est, si sumatur A. de C. aden, quòd conclusione, si vniuersalis accipiatur iterum sub A. vel supra A, nec sub C. aut supra C. non erit syl. quia ex duobus tantum nihil sequitur. [si igitur sumatur A. de

esse,

alio, aut aliud de A. &c.] i. si sumatur A. de C. vel alio, ut prop. assumpta communicet prædicatum conclusionis, & in alia prop. sumatur C. vel A. de alio, puta de B. vel aliud quam B. de altero eorum; nihil probabet syl. fieri. sed non fiet ad conclusionem A. B. simpliciter: vt si sub C. accipiatur aliud, quam F. vel D. & sub illo aliud ut F. & sic gradatim, si non accipiatur B. sub aliquo eorum; non erit syl. ad conclusionem A. B. quamquam potest esse syl. ad veram conclusionem. [ex prop. est] .i. simpliciter. [sed hoc autem syl. ex prop. &c.] & syl. ad hoc prædicatū ex propositis communicantibus hoc prædicatum. syl. etiam haberi ad subiecti ad hoc prædicatum ex prop. communicantibus hoc prædicatum, & hoc subiectum. [impossibile est autem ad B. sumere prop. nihil neque &c.] hoc est, sed non sumitur prop. ad B. subiectum communicans ipsum, nisi aliquid de ipso affirmetur, vel negetur, vel de aliquo. nec fiet syl. huius conclusionis. B. nisi aliquid sumatur utrique communi secundum prædicationem. sed propria utriusque. quare propositio est, si debeat ostendi A. de B ut accipiatur medium commune, quod copuletur cum maiori, & cum minori termino. [nam eadem ratio est &c. si plura sumuntur ad B.] id est, quoniam eadem est ratio, cum medium est inter A. & B. & cum plura: nam, cum plura sint, quouis eorum accepto idem fiet, quod prius.

De syllogismo ad impossibile. Caput 23.

QVòd autem & quí ad impossibile, palam erit per hæc: omnes enim quí per impossibile concludunt, falsum quidem syllogizant: quod autem ex principio erat, ex hypothesi demonstrant, quando aliquid accidit impossibile posita contradictione: vt, quòd diameter est asymeter; eò quòd fiunt abundantia æqualia præcisis, posito symetro: ergo æqualia sunt asymetrum autem esse diametrum, ex hypothesi mõstrant: quoniam falsum accidit propter contradictionem. Hoc enim fuit per impossibile syllogizare ostendere aliquid impossibile propter priorem hypothesim. Quare, quoniam falsus sit syllogismus ostensiuus in his, quæ ad impossibile deducuntur, quod autem est ex principio, ex hypothesi monstratur: ostensiuos autem diximus prius, quòd per has termi nantur figuras, manifestum quod & per impossibile syllogismi per has erunt figuras. Similiter autem & alij omnes, qui sunt ex hypothesi: in omnibus his enim syllogismus quidem fit ad transumptum: quod autem est ex principio, terminatur per confessionem, aut per aliquam aliam hypothesin. Si autem hoc verum; necesse est omnem demonstrationem, & oẽm syllogismũ fieri per tres prædictas figuras. Hoc autem ostenso, palam quod omnis syllogismus perficitur per primam figuram, & reducitur in huius universales syllogismos.

Annotationes in cap. 23.

Syllogizant] .i. ratiocinantur. [quod autem ex principio erat] .i. propositum principale [ut quod diameter &c.] sic dicatis, sicut se habet diameter ad simetrum, ita abundans ad perfectum. Sed, ut supra positum est, diameter est simeter. abundans igitur est perfectum. verba sic interpretantur [diameter est asy-

asymeter] .i.diameter est incommensurabilis [*fiunt*] .i.fiunt imparia æqualia paribus [*propter priorem hypothesin*] .i. propter suppositionem, quæ ex principio. [*syl. quidem sit transumptum*] *syl. ad transumptum est, quando ex consensu respondentis opponens se transfert ad probandam aliquam prop. extra propositum.*

Argumentum, & diuisio in cap. 24.

In omni syl. oportet aliquam prop. vniuersalem esse, & aliquam affir. alias propositum non concluderetur, vel peteretur principium, & ex nega. sequeretur aliquid. Caput hoc tres habet partes. Prima explicat propositum sic [*Amplius autem*] *secunda declarat exemplis id declarat, quorum alterum est.* [*Manifestum autem*] *alterum est.* [*Manifestum igitur*] *tertia concludit id, quod propositum fuit in figuris*] *tertia concludit id, quod propositum fuit, his verbis.* [*Manifestum igitur, quod in omni syllogis.*]

In omni syllogismo terminum prædicatiuum esse, & vniuersale existere.
Capit. 24.

AMplius autem in omnib⁹ oportet aliquem terminorum prædicatiuum esse, & vniuersalem: sine vniuersali enim non erit syllogismus: aut non ad hoc quod positum est, aut quod ex principio est, petet. Ponatur enim non esse voluptatem esse studiosam. si ergo proficeam voluptatem esse studiosam, si accrescerit voluptatem esse studiosam, non adcrescerit omnem; non erit syllogismus: si autem aliquam voluptatem esse studiosam, si aliam quidem nihil ad hoc quod positum est: si autem eandem, quod

quod ex principio erat, sumit. Magis autem fit manifestum in figuris: vt quòd æquicruris æquales sunt anguli, qui sunt ad basim: sint enim in centrum ductæ A B, si ergo æqualem sumpserit A C angulum ei, qui est B D, non omnino peres æquales eos, qui sunt semicirculorum: & rursum C ei, qui est D, non omnem assumens eam qui est incisionis. Amplius, ab æqualibus existentibus totis angulis, æqualibus demptis, æquales esse reliquos, scilicet E F: quod ex principio est petet, nisi sumat ab omnibus æqualibus, æquis demptis, æqualia relinqui. Manifestum igitur, quod in omni syllogismo oportet vniuersales esse: & quod vniuersale quidem ex omnibus terminis vniuersalibus monstratur: particulare autem & sic, & aliter. Quare si conclusio sit vniuersalis, & terminos necesse est vniuersales esse: si autem vniuersales sint termini, contingit conclusionem non vniuersalem esse. Palam etiam quod in omni syllogismo, aut vtranque, aut alteram propositionem similem necesse est fieri conclusioni: in eo autem non solum in eo quod affirmatiua sit, vel negatiua, sed in eo quod necessaria, aut inesse, aut contingens, considerare autem oportet & alia prædicamenta. Manifestum autem, de simpliciter quando erit, & quando non erit syllogismus, & quando perfectus; & quod si est syllogismus, necessarium est habere terminos secundum alterum dictorum modorum.

ANNOTATIONES.

Aut non ad hoc, quod positum est] .i. aut non erit ad rem propositam, sed extra [*aut quod ex principio*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pio est, petet] *i. eadem erit conclusio, & prop.* [*Ea natur enim*] *i. sit conclusio, Musica voluptas studiosa.* [*si ergo proposuerit*] *i. si ad hanc conclusionem inferendam protulerit prop. maiorem talem,* [*voluptas est studiosa, nec addat Omnis; non erit syll.* [*si autem aliquam*] *hoc est si addat Aliquam, tamen non significet eam, de qua proposita est conclusio,* [*nihil ad hoc, quod positum est*] *i. nihil erit ad propos.* [*si autem eandem*] *hoc est, si dicens Aliquam voluptatem, velit eam esse, quæ musica voluptas;* [*petitio principium*] *sine probat idem per idem* [*aquilonares Ischeles, qui latinè æquicrurus dicitur, est triangulorum, æqualium laterum* [*particulare autem & alter.*] *i. particulare concluditur ex singulari prop. universalibus, vt in tertia figura, & ex vna prop. vniuersali, & altera particulari.* [*Si vniuersales sint termini*] *i. prop. contingit conclusionem esse particularem.* [*& alia prædicamenta*] *hoc est, necesse est considerare vtrumque propo. secundum quodcunque aliud genus prædicandi.*

Argumentum, & diuisio in Cap. 25.

In omni syl. tres existunt termini, & duæ propositiones, nisi sumantur plura media ad conclusionem probandam, & nisi aliqua prop. prosyllogizetur, sed probetur: constant enim singuli syl. ex singulis enunciationibus: quæ si plures fuerint, quot erunt, tot syllogismi extabunt. Proponit primum Arist. duo dic. [*Palam autem, & quòd omnis demonstratio*] *deinde propositum sic explicat* [*vt E. per A. B.*] *tandem concludit* [*quare manifestum quòd.*]

Omnem Syllogismum ex tribus tantum constare terminis, duabusque propositionibus. Caput. 25.

PAlam autem, & quòd omnis demonstratio erit per tres terminos, & non per plures, ni si per alia, & alia eadem conclusio fiat: vt E per A B: & per C D: aut per A B, & A C, & B C, plura enim media eorundem nihil esse prohibet: hæc autem cum sint; non vnus, sed plures sunt syllogismi. Aut rursum, quando vtrunque A sumitur per syllogismum, vt A per D E. & rursum B per F G, aut hoc quidem inductione, illud autem syllogismo, sed & sic plures erunt syllogismi; plures enim conclusiones sunt ut A, B, & C. Si igitur non plures, sed vnus (sic autem contingit fieri per pluta media eandem cõclusionem, ut E quidem per A B C D) impossibile: sit enim E conclusio ex A B C D, ergo necesse ē aliquid eorum, aliud ad aliud sumptum esse hoc quidem vt totum, illud verò vt pars: hoc enim ostensum est prius, quod si est syllogismus; necesse est sic aliquos se habere terminorum. Habeat se ergo A sic ad B, est itaque alius ex eis conclusio, aut ergo E, aut alterum eorum quæ sunt, C D, aut alterum aliud quidem præter hæc. Et si E quidem; ex A B tantum erit syllogismus: C D autem quidem se habeant sic, vt sit hoc quidem vt totum, illud verò vt pars: erit aliquid ex illis aut E, aut aliquid eorum, quæ sunt A B, aut alterum aliud quidem præter hæc. Et si E quidem aut eorum quæ sunt A B alterum, aut plures erunt syllogismi, aut (vt contingebat,) idem per plures terminos

Universidad de Deusto
Biblioteca

concludi accidit, si autem aliud quidem praeter haec, plures erunt, & inconiuncti syllogismi adinuicem: si autem non sic se habeat C ad D, vt faciat syllogismum; vane erunt sumpta nisi inductionis, aut celationis, aut alicuius talium gratia. Si autem ex A B non fiat sed alia quaedam fiat conclusio, ex C D autem aut horum alterum, aut aliud praeter haec; & plures fiunt syllogismi, & non eius quod est tum est; Ponebatur enim eius, quod est syllogismum. Si autem non fiat ex C D nulla conclusio; & vane sumpta esse ea accidit; & non eius, quod est ex principio esse syllogismum. Quare manifestum, quod omnis demonstratio, & omnis syllogismus erit per tres terminos solos.

ANNOTATIONES.

Vt E. per A. B.] *i. vt conclusio monstretur per duo media sed. A. B. C. D. sunt media, vbi non communicatur aliqua litera cum conclusione. sed vbi communicatur E. quae est conclusio per A. B. & A. C. litera. B. communicatur cum conclusione, igitur E. significat conclusionem A. B. vtrasque prop. A. maiorem, & B. minorem.* [*& per C. D.*] *i. per alias prop. [sed per A. B. & A. C. & B. C.*] *hoc est per maiorem, minorem aliam, atque aliam.* [*aut vsque quaque vtrumque A. B. sumitur per syl.*] *i. aut quando vtraque prop. probatur per syl.* [*vt A.*] *i. ut medius per D. E. hoc est per duas prop.* [*& rursum B. per F. G. i. & minor per duas, quae sunt F. G.* [*ergo necesse est aliquid eorum aliud aut aliud sumptum esse, hoc vt totum, illud vt pars*] *i. si ergo ex his vt aliqua conclusio syllogistica; oportet aliquod illorum ad*

terum se habere, sicut totum ad partem. [*hoc enim est primum est prius, quàm si est syl. &c.*] *hoc est. Ostendere est in praecedenti oportere aliquam prop. esse minorem eadem, quae se habet vt totum respectu alterius.* [*habent se ergo A. sic ad B.*] *scilicet vt unum sit totum, & alterum vt pars.* [*est itaque ex eis conclusio*] *i. ex his duobus A. B. ad aliquid medium copulatis sequitur aliqua conclusio.* [*aut ergo E. &c.*] *hoc est, si ex A. B. aliquid sequitur; aut igitur E. aut alterum horum duorum C. D. aut aliquid aliud sibi.* [*C. D. autem &c.*] *hoc est, aut ex C. D. aliquid sequitur, aut nihil. Si autem C. D. se habeant sicut totum, & pars, & fiat ex his syl. aut ex his sequitur E. & tunc erunt plura media ad eandem conclusionem; quoniam E. syllogizatur per A. B. & per C. D. aut ex his sequitur A. vel B. & tunc erunt plures conclusiones: nam ex A. B. syllogizatur E. & ex C. D. syllogizatur A. vel B. aut ex C. D. sequatur aliud ab his tribus, scilicet E. A. B. unde erunt plures syl. inconiuncti, & non erunt C. D. ad rem ad E.* [*si autem non sic se habeat C. ad D. &c.*] *hoc est si ex C. D. nihil sequitur; frustra accepta sunt, quia aut inductionis, aliàs abductionis, aut occultationis E. sed alia, &c.*] *i. si ex A. B. sequitur C. vel D. tunc ex C. D. aut sequitur aliquid, aut nihil. si nihil si frustra accepta sunt. si aliquid, aut E. & sic multae conclusiones: aut alterum horum duorum A. B. & sic multae conclusiones, aut aliquid aliud ab his, & sic multae conclusiones.* [*Si autem non fiat hoc est si detur quòd ex A. B. sequatur aliquid aliud ab his tribus E. C. D.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumentum, & diuisio in cap. 28.

Omnis syl. constat ex tribus terminis. Sed tres termini non faciunt nisi duas propo. quatre omnis syllogismus duas habet prop. & hoc est propositum huius capitis vbi scribit Aristot. [*Hoc autem manifestum*] *tres autem, & est minor prop. & est* [*nam tres termini*] *deinde numerat prop. cum terminis, & conclusionibus primum in syllo. principali sic* [*secundum ergo*] *deinde in syllo. non simpliciter vno quo ad terminos* [*his verbis* [*quando autem per prosyll.*] *pollet quo ad conclusiones ibi* [*conclusiones autem.*]

Quo facto dum adduntur termini, propositiones fiant, ac conclusiones. Cap. 29.

HOc autem manifesto, palàm, quòd & ex duabus propositionibus, & non plurib⁹, nam tres termini, duæ sunt propositiones: nisi assumatur aliquid (quemadmodum in primis dictum est) ad perfectionem syllogismorum. Manifestum igitur, quòdo in qua oratione syllogistica non p̃ares sunt propositiones, fit conclusio principalis (quasdam enim syllogismorum conclusionum necessarium est esse propositiones) hæc oratio aut non syllogistica, aut plura necessarijs interrogauit ad positionem. Secundum igitur principales propositiones ptis syllogismis, omnis syllogismus erit ex propositionibus quidem perfectis, ex terminis autem abundantibus: vno enim plures terminis propositionibus: erunt autem & cõclusiones dictæ propositionum. Quando autem per plura syllogismos concluditur, aut per plura non continuus, vt A B per C D; multitudo quidã terminorum similiter vno superabit propositio nes: aut enim extrinsecus, aut mediũ ponetur intercidens terminus: vtrũque autem accidit vno minus esse internalla, quam terminos. propositiones autem æquales sunt internallis. Nõ tamen hæ quidem semper perfectæ erunt, illi vero abundantes, sed permutationis; quia cum propositiones quidem sunt perfectæ, abundantes erunt termini: cum vero termini perfectij, abundantes erunt propositiones: simul enim termino addito, vna additur propositio, vndecunque addatur terminus. Quare quoniam hæ propositiones quidem perfectæ, illi vero abundantes erunt: necesse est transmutare eadem, additione facta. Conclusiones autem, non etiam eundem habebunt ordinem neque ad terminos, neque ad propositiones: vno enim termino addito, conclusiones adiungentur vno pauciores præexistentibus terminis: ad solum enim vltimum non facit conclusionem, ad alios autem omnes. Vt si eis, quæ sunt A B C, adiacet D, illa & conclusiones duæ adiacent, quæ ad A & ad B similiter autem & in alijs. Si autem ad medium intercedat eodem modo: ad vnum enim solum non faciet syllogismum: quare multò plures conclusiones erunt & terminis, & propositionibus.

ANNOTATIONES.

Nisi assumatur aliquid &c.] *scilicet eum principali syl. sicut si fiat prosyl.* [*principaler prop.*] *deest*] *primas, vel primo loco descriptas* [*ex prop. perfectis*] *i. paribus* [*ex terminis vero abundantibus*]

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. imparibus. [aut per plura media non coniuncta] hoc est sine syllogizetur aliquid coassumendo propositiones, sine syllogizetur per multa media vnum eandem conclusionem ordinata [aut enim extremus, aut medium &c.] id est, aut accipitur terminus extrinsecus respectu terminorum principalis syllog. s. supra maiorem, vel sub minorem, aut accipitur medium, alteram extremitatem, & vero, vnde semper prop. vno pauciores erunt terminis. [Additione facta] i. additis vnius termini vnam additione prop. [vt si eis quæ sunt A.B.C. adiacet D.] hoc modo sit principalis syllogis. Omne B. est A. omne C. est B. ergo omne C. est A. accipiatur deinde B. sub C. Omne C. est B. omne D. est C. ergo omne D. est B. & omne B. est A. sic. omne C. est A. omne D. est C. ergo omne D. est A.

Argumentum, & diuisio in cap. 27.

Illa proposita facilè concludantur, quæ per plures figuras, & modos concludi possunt: contra quæ per pauciores. Sed propositum vniuersale affirm. difficiliter argumentabile: quoniam falsum in primo modo primæ figu. concluditur. vniuersale autem negat. per duas figu. primam scilicet, & secundam, & per tres modos, Celarent, Cesare, Camestres. Particulare affirma. per duas figu. primam, & tertiam, & per tantum modos, Darij, Darapti, Disamis, & Datisi. Particulare neg. est facilè syllogizabile: per vnicum enim figuras concluditur, & per sex modos, Ferio scilicet, Festino, Baroco, Felapton, Brocardo, & Ferison. Sed propositum vniuersale affirmat. difficile concluditur, sed facilè destruitur: non enim potest concludi nisi destruatur particulare negat. quod difficulter destruitur. Sed destruitur per vniuersale negat. & facilius

particulare negat. vnde facilius est destruere, quàm construere. Proponit igitur Arist. sic [manifestum nobis est] deinde propositum explanat ibi [non quæ in pluribus,] & primam comparat vniuersale affirm. ad alia. Deinde ad particularia sic [omnino autem est] tandem epilogum facit ibi [quomodo ergo fit omnis syl.

De problematis hoc est, propositis in vnaquaque figura facilè, & difficile construendis, & destruendis. Cap. 27.

QVoniam autem habemus ex quibus syllogismi, & quale in vnaquaque figura, & quot modis monstratur; manifestum nobis est & quæ propositio facilè, & quæ difficile argumentabilis est. Nam quę in pluribus figuris, & per plures casus concluditur, facilis: quę autem in paucis, & per pauciores, difficilius argumentabilis. Ergo affirmatiua quidem vniuersalis p primam tantum figuram monstratur, & p hanc simpliciter. Priuatiua vero & per primam, & p mediam: per primam quidem simpliciter, per mediam autem dupliciter. Particularis autem affirmatiua per primam, & per postremam: illis dupliciter quidem per primam, tripliciter autem per postremam. Priuatiua vero particularis in omnibus figuris monstratur: verum in prima quidem semel, in media autem, & postrema, in illa quidem dupliciter, in hac vero tripliciter. Manifestum ergo, quod vniuersalem affirmatiuam construere quidem difficillimum, destruere autem facillimum: omnino autem est interimenti quidem vniuersalia, quàm particularia facilius: etenim si nulli, & si alicui non in

fit, interemptum est. horum autem alicui qualibet non in omnibus figuris monstratur: nulla autem in duabus. Eodem autem modo & in particularibus: etenim si omni, & si alicui, interemptum est quod ex principio. Hoc autem fit in duabus figuris. In particularibus autem simpliciter non omni, aut nulli ostendentem inesse. Construenti autem facilius est particularia: nā in pluribus figuris, & per plures modos. Omnino autē hoc oportet latere, quòd destruere quidem per vniuersalia inuicē est, & vniuersalia p particularia, & hoc per uniuersalia: construere autem non est per particularia vniuersalia: p illa vero, hæc est. Nā si omni, & alicui. Simul autē manifestum quod destruere, quā cōstruere facilius. Quomodo ergo fit oīs syllogismus, & per quot terminos, & propositiones, & quomodo habentes se ad inuicem, amplius autē quæ propositio in vnaquaque figura, & quæ in pluribus, quæ in paucioribus monstratur, palam ex his quæ dicta sunt.

ANNOTATIONES.

Quæ propositio] *i. quod propositum, vel problema.* [*per plures casus*] *i. modos.* [*simpliciter*] *i. vniuersaliter, & Græcis dicitur monachos.* [*est interemptum*] *i. tollere* [*etenim si nulli, &c.*] *i. quoniam destruitur per vniuersale neg. & particulare neg. Interemptum autem alicui non, in omnibus figuris monstratur*] *i. particulare neg. in omnibus figuris concludetur.* [*nulli autem in duabus*] *i. vniuersale neg. in duabus, scilicet prima, & secunda.* [*eodem autem modo, & in privativis*] *scilicet vniuersal bus dicitur. quòd difficilè construitur, & facilè destruitur.* [*etenim si omni, & si alicui*] *i. per vniuersale, & per particulare affir. tollitur* [*simpliciter*] *i. uno modo.* [*construenti autem facilius est particularia*] *i. destruere per se inuicem est, & vniuersalia per particularia, &c.*] *i. vniuersale, & particulare mutuo sese interimunt.* [*construere autem &c.*] *i. sed non mutuo sese construunt.* [*per illa verò hæc est &c.*] *i. vniuersale construit particulare, & non contrà.*

Argumentum & diuisio in cap. 28.

Si quod problema, siue propositum, siue subiectum nobis proponatis ad ratiocinandum: primum cognoscite illud ex duobus terminis constare, maiori scilicet, & minori: & maior de minori prædicatur, vel secundum substantiam, vel secundum accidens. Sed hæc prædicatio nobis erit ignota: nisi quid sit vterque terminus, vt homo est animal, quid sit animal, & quid sit homo, sciatis. Deinde explicationes de his, quæ prædicantur, recitatas in lib. præd. memoria tenetis, hoc est, quædam de nullo prædicari, sed de his, vt Cleonem, et Calliam: quædam prædicæ de aliis, & alia de his, vt hominem de Callia, & animal de homine: & quædam de aliis prædicari. sed nulla de ipsis, vt genera generalissima. His cognitis medios ad ratiocinationem reperietis. Iæ sunt rationes, ac propositiones propositi thematis. Sumuntur autem medię ex consequentibus, & antecedentibus, & consentibus, sine comitantibus terminos conclusionis, siue propositi, dummodo propositum sit affir. ab exis autē verè, si neg. consequentia autem alia sunt essentialia, alia accidentalia: & accidentalium alia propria, alia communia: & communium alia secundum opinionem, quæ sunt veluti probabilia, alia secundum veritatem, quæ sunt qualia demonstrativa. Iæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

verè quò magis abundaueritis, eò pleniorem compe-
tis orationem, atque eò efficaciorem, quò medijs fir-
rint efficaciora. At uero dum hæc colligitis media, o-
rem hæc præcepta seruatote. primum si medium
consequenti sumatis; consequens illud prædica-
uniuersaliter de aliquo terminorum conclusionis p
positæ. secundum, ne detur signum consequens, u
homo est omne animal. Consequens autem hoc ho
pellatur prædicatum, & antecedens subiectum
norum conclusionis. tertium si sumere velitis co
sequens minoris termini; omittite consequen
joris. quartum, si extremum sit accipiendum
ani terminorum sit proprium, alij oppositum
Quintum, si accipiatis antecedens maioris
mini, reuocite antecedens minoris: unde antecedens
consequentia, & repugnantia propria, & propinqua
& non remota eligenda sunt. Sextum est, ut sim
tur conclusionis propositæ, quæ si sit ex termi
ut frequenter; mediæ antecedentia, consequentia,
repugnantia sint ut frequenter. Septimum, ut
quentia non eligatis adeo uniuersalia, ut omnia
plexentur, ut genera generalissimæ: hæc enim
petur exempli affirmat in secunda figura. Quæ
igitur habet partes hoc caput, in prima propositi
pallo media possimus inuenire, ubi ait [quæ
tem idonei erimus] in secunda ostendit media
nienda aut communicare cum terminis propri
omnino dissentire: & ideireo præcognosci opo
ea quæ prædicantur, & quæ subiiciuntur, &
sint, & qualia. De his igitur scribit [omnium
quæ sunt] in tertia describit loca ex quibus
possimus tanquam ex fonte media, siue prop
tiones appelletis, ibi [oportet ergo propositi
in quarta docet quæ sint obseruanda, dum
gimus, & sunt septem præcepta: primum
[oport

[oportet autem eligere] secundum [similiter au-
tem eligendum] tertium [quando autem ab aliquo]
quartum [quæ autem in vnoquoque] quintum [ne-
que autem in uniuersale] sextum [sumendum au-
tem] septimum [amplius quæ omnibus.]

SECTVM SECVNDVM.

De abundantia propositionum, inuentio-
neque medij syllogistici.

Quo pacto inueniendæ sint propositiones.
Caput. 22.

QVomodo autē idonei erimus semper syl-
logizare ad propositum, & per quam
viā sumemus circa vnumquodq; prin-
cipia, nunc dicendum: non enim solum fortas-
se oportet generationem considerare syllogis-
morum: sed & potestatem habere faciēdi. Om-
nium igitur quæ sunt, hæc quidem sunt talia,
ut de nullo alio prædicentur verè uniuersali-
ter: ut Cleon, & Callias, & quod singulare, &
sensibile: de his autem alia: nam & homo, & a-
nimal uterque horum est. Illa verò & ipsa qui-
dem de aliis prædicantur: de illis autem alia
quibus non prædicantur: alia autem & ipsa de a-
liis, & de his alia, vt homo de Callia, & de ho-
mine animal. Quòd ergo quædam eorum quæ
sunt, de nullo nata sint dici, palàm: nam sensi-
bilium penè unumquodque est huiusmodi, vt
de nullo prædicetur, nisi ut secundum accidēs:
dicimus enim quandoque, album illud Socra-
tem esse, & hoc ueniens Calliam. Quòd autem
in finitum pergentibus stetur quandoque, tur-

sum

sum dicemus: nunc autem sit hoc positum: de
ijs ergo prædicatum aliquod non est demo-
strare, nisi secundum opinionem, sed hæc de ne-
lijs, neque singularia de alijs, sed alia de alijs.
Quæ autem in medio sunt, manifestum quod
utrunque cõtingit: nam & hæc de alijs, & alia
de his dicuntur: & penè rationes & consideratio-
tiones sunt maximè de his. Oportet ergo pro-
positiones circa unumquodque horum fieri,
mere supponẽtem ipsum, primum & definitio-
nes, & quæcunque propria sunt rei: deinde quæ
hoc quæcunque sequuntur rem. Et rursum quæ
res sequitur, & quæcunque non contingunt
si inesse: quibus autem ipsa non contingunt,
non sumendum; eò quod conuertitur priori-
ua. Diuidendum autem est & eorum quæ de-
quuntur, quæcũque in eo quod quid est, & quæ-
cunque ut propria, & quæcunque ut accidẽs
prædicantur: & horum quæ secundum opinio-
nem, & quæ secundum veritatem: quãto enim
plurium talium abundauerit quis, citius inue-
niet conclusionem: quanto autem veriorum,
magis demonstrabit. Oportet autem eligere ad
quæ sequuntur aliquam, sed quæcunque totum
rem sequuntur: ut non quod aliquem hominem,
sed quod omnem hominem sequitur: per uni-
uersales enim propositiones fit syllogismus.
Cùm autem est indefinitum; incertum, si uni-
uersalis est propositio: cùm verò definita; ma-
nifestum. Similiter autem eligendum & quæ to-
sum sequitur totum propter dictam causam. Su-
sum autem quod sequitur, non est sumendum
totum sequi: dico ut hominem omne animal,
aut musicam, omnem disciplinam, sed singu-
ter solùm sequi, quemadmodum & præce-

mus: etenim inutile alterum, & impossibile: ut
omnem hominem esse omne animal, vel iusti-
tiam, omne bonum: sed cui consequens est, in
illo omni esse dicitur. Quando autem ab ali-
quo continetur subiectum, cuius consequentia
oportet sumere: quæ vniuersale quidem sequũ
tur, vel non sequuntur, non eligendum in his:
sumpta enim sunt in illis: quæcũque enim ani-
mal, & hominem, sequuntur, & quæcunque nõ
animali insunt similiter. Quæ autem in uno-
quoque sunt propria, sumendum: sunt enim
quædam speciei propria præter genus: necesse
est enim diuersis speciebus propria quædam in
esse. Neque autem uniuersale eligendum ijs
quæ sequitur quod continetur: vt animal ijs q̃
sequitur homo: necesse est enim si hominem
sequitur animal, & hæc omnia sequi: conueniẽ
tiora autem hæc hominis electioni. Sumenda
autem & quæ plerunque sequuntur ea quæ cõ
sequuntur: nam & problematibus quæ pleru-
que: & syllogismus ex propositionibus quæ ple-
runque, aut omnibus, aut aliquibus: similis em
est uniuscuiusq; ue cõclusio principijs. Amplius
quæ omnibus sequentia sunt, non eligendum:
non erit syllogismus ex ipsis. ob quam autẽ cau
sam in sequentibus erit manifestum.

ANNOTATIONES.

*Et per quam uiã sumamus circa unumquodq; prin
cipia] s. per quam uiam, sint per quæ loca accipia-
mus principia mediante ad quodvis propositum com-
munda. [sensibile] alij legunt Quod secundum nomen
eundum [utrunque horum est] s. quæ prædicantur
[Hæ verò & ipsæ] s. alia sunt quæ de aliis prædicã-
tur.*

tur, de illis verò nulla, vt genus generaliss. [sentitur] s. singularium, siue individuorum [talium dicitur] i. singularium, siue individuorum [aliud] s. quod sit deo [quòd autem in sursum perpetuò] s. quòd ab individuis ad generà sistetur quandoque] i. quòd ab individuis ad vera, suprema veniatur, ultra quæ progredi non possumus, supponendum est. [de his ergo] s. generalibus, potest demonstrari aliquod, quod de his prædicatur, nisi secundum imaginationem, [quæ autem in medio sunt] s. ut animal, & homo, [utrumque contingit] s. prædicantur, & subiiciuntur. [& penè rationes, & considerationes &c.] i. de his sequitur omnis scientifica oratio, & consideratio. dixit Aristot. veteres, quoniam aliquando sunt extrema, media in syllogismo, sed verò. [oportet ergo supponentem ipsum] s. quemcunque, habere propositum, siue thema, siue problema, siue subiectum, siue quæstionē propositam appellētis. Oportet [positionem circa vnumquodque horum hic] s. quæ positio, qui velit invenire media ex suprà dictis s. quæ præsumuntur, & quæ subiiciuntur, hoc pacto. [primum definitiones, & quæcunque propria sunt rei] i. quæ definitiones, & quæcunque propria sunt rei, quid debet supponere, & scire quid sit prædicatum, quid subiectum propositi thematis; vt homo est animal, quid est homo, & quid est animal. & si qui horum vocabulorum sit singularis; vt Socrates est homo; scire oportet descriptionem Socratis, in qua Socratis proprietates continentur. Dixit Reis. de qua agitur, & quid subiectum, & prædicatum propositæ elocutionis, quare definitiones rerum, descriptiones, & proprietates sunt noscenda. atque hæc rem continuatur. [deinde quæcunque sequuntur rem] deinde igitur definitionum, ac proprietatum prædicati, & subiecti, & earum usque simul primum media sumetis, sine ratiocinatione inde ab his, quæ sequuntur, hoc est, quæ prædicentur de maiori termino conclusionis, vel de minori, [ea quæ res sequitur] i. ac præterea ea, qæ debet

maior terminus, vel minor conclusionis prædicatur, & dicuntur antecedentia, & illa consequentia hoc tempore. [& quæcunque non contingunt ipsi inesse] i. quæcunque sunt extranea, siue repugnantia. [quæ autem ipsa non contingunt, non sumendum] hoc est accepto illo, quod rei non inest, non oportet quærere illud, cui res non inest: illud enim nec etiam reiicit, ut palam fit ex conuersione vniuersalis negatiuæ &c.] i. dividendum autem est & eorum quæ sequuntur &c.] i. consequentia, siue ea quæ prædicantur, sic dividamus, ut alia sint essentialia, alia accidentia hæc: & accidat alium alia propria, alia communia: & communium alia secundum opinionem, alia secundum veritatem. [inueniet conclusionem] i. assequetur propositum [magis demonstrabilis] i. efficiet syl. demonstrativum: is enim constat ex veris, vt dicemus in lib. poster. [non quæ sequuntur aliquam] i. consequētia particularia, siue ea, quæ prædicantur particulariter, sed vniuersalia, vt animal non de aliquo homine, sed de omni homine prædicatur. [per vniuersalem] hoc est, ex vtraque prop. vniuersali, vel altera tantum sit syl. vtilis. [cum autem est indefinitum] i. absque signo est prop. incertum est, an prop. sit vniuersalis, vel particularis. [& quæ ipsum sequitur totius hominis est animal. [ipsum autem, quod sequitur] i. consequens [non est sumendum totum sequi] i. non est dicendum cum signo vniuersali, vt homo est omne animal. [sed simpliciter solum sequi] i. absque signo esse consequens. [etenim inutile alterum, & impossibile] vt si dicatis, omnis homo est omne animal verbum. Omne est inutile, ac superfluum, & sermo est impossibilis, & falsus. [Sed cui consequens est, in illo omni esse dicitur] i. sed illud habeat verbum. Omne, cui est consequens, & hoc est antecedens, vt Om-

nis homo est animal. [quando autem ab aliqua contine-
tur subiectum, cuius consequentia &c.] sic vero
struuntur. cum subiectum, siue minor terminus pro-
positi thematis, cuius consequens est eligendum, con-
tinetur ab aliqua, ut homo ab animali; non eligen-
dum est consequens, uel repugnans, quod sit ma-
consequens, uel repugnans prædicati, siue maioris ter-
mini. [sumpta enim sunt in illis] .i. quicquid ei con-
est consequens, uel repugnans prædicati, est quoque
& subiecti [quæcunque enim animal, & homini
&c.] hoc est, nam quæcunque sunt consequentia ani-
malis, sunt & consequentia hominis [& quæcun-
que non animali insunt similiter] .i. sic & homini-
que sunt repugnantia animali, sunt & homini.
[Quæ autem in unoquoque &c.] quidam sic legunt.
Quæ autem in unoquoque sunt propria, inuenienda, ut
extranea, hoc est, ad eligendum extraneum subiecti,
uel prædicati propositæ conclusionis, debet eligi ex-
tranum, quod sit uni termino proprium, alij uero ex-
positum. [neque autem uniuersale eligendum est
quæ sequitur &c.] hoc est, si uelimus eligere antece-
dens prædicati pro medio; non debemus eligere an-
tecedens subiecti. [sumenda autem & quæ priora
que &c.] .i. eligenda sunt ea quæ conueniunt plu-
runque, non semper. [quæ omnibus sequentia sunt]
.i. genera generalissima.

Argumentum & diuisio in cap. 29.

Locos inuentos aptat Arist. ad modos syl. docet
ptos in tribus figuris, & inquit, si proponatur nobis u
uniuersale affir. medium accipiatis, quod sit con
quens subiecti, & antecedens prædicati: propositi
ui. Appellat Arist. at diximus consequens id, quod
prædicatur, & continet, & antecedens id, quod

citur, & continetur. Erit syl. in primo modo primæ
figuræ, qui est Barbara: Si propositæ conclusio sit parti-
cularis affir. medium sit antecedens ad utrunque ter
minorum conclusionis. & sient syl. in Darapti, Datisi,
& Disamis. Si conclusio sit uniuersalis neg. in Ce-
larent, uel in Cesare; medium sit extraneum, ac re-
pugnans ad prædicatum, & consequens ad subiectum.
sed in Camestres sit repugnans ad subiectum, & con
sequens ad prædicatum. Si verò conclusio sit particu-
laris neg. medium sit antecedens ad subiectum, &
repugnans ad prædicatum, & hoc in Felapton, Bro-
cardo, & Ferison. si indirecte conclusio inferenda sit
particularis affir. medium sit antecedens subiecti,
& consequens prædicati. Declarat præterea Arist.
ea quæ dixit cum his literis A. B. C. D. E. F. G. H.
prædicatum conclusionis propositæ sit A. consequent
B. antecedens C. repugnans D. Subiectum verò sit E.
consequens F. antecedens G. repugnans H. Si igitur
idfuerit C. hoc est, antecedent prædicati, & F. quod
est consequens subiecti; poterit conclusio fieri, quod E.
sit A. affirmatiue uniuersaliter. hæc exempli gra-
tia. cætera legamus. Haber autem hoc caput duas
partes. prima applicat ad modos syllog. locos descri-
ptos, deinde explicat literis. Locos autem quatuor
modis considerat, primo si conclusio inferenda sit uni
uersalis affir. atque his uerbis [constituere ergo nolen
tibus] secundo particularis affir. ibi [si autem non
quid omni] tertio uniuersalis neg. sic [quando autem
nulli oportet] quarto particularis neg. hoc modo [si
autem alicui non inesse] Deinde literis primum ex-
plicat locus hoc pacto [Magis autem fortasse] secun-
do locus ostendit per literas, quo pacto se habere debeat
medium ad inferendam conclusionem uniuersalem
affir. ibi [si ergo eidem aliquid] postea ad particula
rem affir. sic [si autem C. & G. idem] præterea ad

universalem neg. in prima fig. [si autem F. & D. idem] in secunda, ut in Camestres [Rursus si E. & H. idem] praeter haec ad particularem neg. in tertia fig. [si autem G. & D. idem] post haec ad particularem affir. indirecte [si verò G. & B. idem] Ex hoc repetit locos medij accipiendi [Manifestum ergo] & proximos magis, quàm remotos, & universales, quàm particulares; ibi [oportet autem & quantum] Secunda pars huius capitis recitat tradidit Arist. de medij inueniendi ratione, sed breui hîc uerbi repetit [Palam autem, quòd per terminos] deinde ostendit alios locos inutiles esse [Manifestum autem, quòd & aliæ considerationes] ac primus inutilis est [ut si sequentia utrunque eundem [aut quæ sequitur A] tertium [aut quæcunque quæcunque] postea explicat primum esse inutilem [nam si sequentia sint eadem] secundum [si autem ea, quæ sequitur A] tertium [si autem quæcunque] præterea opinionem eorum confutat ad confirmationem propriam, qui aiebant ad medij inuentionem oportere consequens subiecti, & consequens predicati, quæ si sint contraria, conclusio ostenditur, ut A. uel particularis. confutat autem duabus uijs. inquit autem [Palam autem & quæ eadem] ratio prima est [primum quidem quoniam] secunda [deinde & in quibus accidit] literis non expressis ibi [ut si B. & F. sint contraria.]

Quo pacto inuenienda sunt media in omni syllogismorum genere, constructis, syllogismi. Cap. 29.

CONstruere ergo volentibus aliquid de aliquo toto, eius quidem, quod construitur inspiciendum ad subiecta, de quibus ipsum dicitur:

eiusrì de quo autem oportet prædicari, quæcunque hoc sequuntur: si enim aliquod horum idem alterum alteri necesse est inesse. Si autem non quòd omni, sed quod alicui, quæ sequitur vtrunque: si enim aliquod horum idem sue rit necesse est alicui inesse. Quando autem nulli oporteat inesse, cui quidem oportet non inesse, ad sequentia subiecti: quod autem oportet non inesse, inspiciendum ad ea quæ non contingunt illi adesse. Aut conuersim cui quidem oportet non inesse, ad ea quæ non contingunt eidem adesse: quod verò non inesse inspiciendum ad sequentia. Nam si hæc sint eadem vtrumque; nulli contingit alteri alterum inesse: fit enim quandoq; quidem in prima figura syllogismus, quãdoque autem in media. Si autem alicui non inesse, cui quidem oportet non inesse, quæ consequitur: quod verò non inesse, quæ non possibile est illi inesse: si enim aliquid horũ sit idem; necesse est alicui non inesse. Magis autem formasse etit sic vnumquodque eorum, quæ dicta sunt, manifestum. Sint enim sequentia quidem A, in quibus B: quæ autem ipsum sequuntur in quibus C: quæ autem non contingunt ei inesse, in quibus D: rursum autem ipsi E quæ quidem insunt, in quibus F: quæ autem ipsum sequitur in quibus G: quæ autem non contingunt eidem inesse, in quibus H.

Si ergo eidem aliquid eorum quæ sunt C, alicui eorum quæ sunt F; necesse est A, omni E inesse: nam F quidem, omni E, C autem omni A, quare omni E inest. Si autem C & G idem; necesse est alicui E inesse A: nam id quod est C, A: id uero quod est G, E omne consequitur. Si autem B & D sint idem; nulli E inerit A: ex prosyllogis-

mo:quoniam enim conuertitur priuatiua, & ei quod est D idem, nulli F inerit A: F autem omni E. Rursus si B & H idem; nulli E inerit A: nulli B, A quidem omni: ei autem in quo E, nulli inerit: idem enim erat ei quod est H, ſi: H autem nulli E inerat. Si autem G & D idem; A alicui non inerit: nam ei quod est G, non inerit A, quoniam neque D: G autem sub E est, quare alicui E non inerit. Si autem G & B idem; conuersus erit syllogismus: nam G, inter omni A, nam B ei quod est A: E autem ei quod est B, idem enim erat ei quod est G: A autem ei quod est E, omni quod non necessarium est ineſſe, alicui autem non necessarium: eò quòd conuertatur uniuerſale priuatiuum, in particulare. Manifestum ergo & ex prædicta perſpiciendum utrinque in unaquaque quæſtione: per hæc enim omnes ſyllogiſmi. Oportet autem & ſequentium, & quod ſequitur ſingulum, ad ptima, & uniuerſalia maximè inſpicere: ut equidè magis ad K F, quàm ad C ad F ſolum: A autem ad K C magis, quàm ad C ad F ſolum. Si enim ei quod est K C ineſt A; & ei quod est F ineſt, & ipſi E: ſi verò hoc non ſequitur, A, poſſibile est id quod est F ſequi. Similiter autem & in quibus idem ſequitur, conſiderandum: ad ſi primis, & ijs quæ ſub ipſis ſunt, ſequitur; ad tem non his, & ijs quæ ſub ipſis ſunt poſſibile. Palàm autem, quod per tres terminos, & duas propoſitiones conſideratio, & per prædictas figuras ſyllogiſmi omnes: monſtratur enim omni quidem E ineſſe A, quando eorum quæ ſunt C & F, idem quiddam ſumitur: hoc autem est medium, extremitates autem A & E: ſit ergo prima figura. Alicui autem, quando C & G ſumitur idem: hoc autem poſtrema figura: medium enim

enim ſit G. Nulli verò, quando D & F idem: ſic autem & prima figura, & media: prima quidem quoniam nulli F ineſt A: ſi quidem conuertitur priuatiua: F autem, omni E. Media autem, quod D A quidem nulli: E autem omni ineſt. Alicui autem non ineſſe, quando D & G idem fuerit: hæc autem poſtrema figura: nam A quidem nulli G inerit, E uero omni G: manifeſtum igitur est, quod per prædictas figuras omnes ſyllogiſmi: & quod non eligèdum quæcunque ommnibus ſequuntur; eo quod nullus fiat ſyllogiſmus ex ipſis: nam conſtruere quidem non omnino erat ex ſequentibus: priuare autem non contingit per ea, quæ omnibus ſequuntur: oportet enim huic quidem ineſſe, illi uerò non ineſſe. Manifeſtum autem quod, & alix conſiderationes quæ ſecundum electiones, inutiles ad faciendum ſyllogiſmum. Vt ſi ſequentia utrunque eadè ſint; aut quæ ſequuntur A, & quæ non contingit E ineſſe: aut rurſum quæcunque non poſſibile est utriſque ineſſe: non enim fit ſyllogiſmus per hæc. Nam ſi ſequentia ſint eadem, ut B & F, media fit figura prædicatiuas habens utraſque propoſitiones. Si autem ea quæ ſequitur A, & quæ non contingit E, ut C, & H, prima erit figura priuatiuam habens propoſitionem ad remotem extremitatem. Si autem quæcunque non contingunt utrique ut D & H: priuatiuæ utraſque propoſitiones erunt, uel in prima figura, uel in media. ſic autem nullo modo erit ſyllogiſmus. Palam autem & quæ eadem, ſumè dum ſecundum conſiderationem, & non quæ diuerſa, uel contraria: primum quidem quoniã medij gratia, inſpectio: medium autem non diuerſum, ſed idem oportet ſumere. Deinde & in

quibus accidit fieri syllogismum quod sumatur contraria, aut non contingentia eidem inesse, in prædictos omnia reducuntur modos: vt si B & F sint contraria, aut nõ contingat eidem inesse: erit enim his sumptis syllogismus, quod E. nulli inest A, sed non ex ipsis, sed ex præsumpto modo: nam B, A quidem omni, E autem nulli inerit: quare necesse est B, idem esse alicui eorum, quæ sunt H. Rursum si B G non possint adesse, erit, quod alicui E non inerit A: nam sic media erit figura: nam B A quidem omni, G uerò nulli inerit. quare necesse est G idem esse alicui eorum quæ sunt D: nam non contingunt G & B eidem ineſſe, nihil differt, aut G alicui D idem esse. omnia enim sumpta sunt in D, quæ non contingunt A ineſſe. Manifestum ergo, quod ex istis quidem inspectionibus nullus fit syllogismus: & si B & F sint cõtraria, idem esse B, cui H, & syllogismus semper fieri per hæc. Amplius ergo sic inspicientibus considerare oportet iam necessariam, eò & quandoque latet identitas horum quæ sunt B & H.

ANNOTATIONES.

Construere ergo volentibus aliquid de aliquo tribus. i. si quis velit conclusionem conficere uniuersalem affirmatiuam. [*inspiciendum est ad subiecta eius, quod conclusum fit.* [*inspiciendum est ad subiecta eius, quod conclusum fit*] *i. ad prædicatum, & subiectum conclusionis*] [*fit*] *i. ad prædicatum, & subiectum conclusionis, quibus ipsum dicitur, de quo autem &c.*] *i. & quibus ipsum dicitur, de quo autem &c.*] *i. & ex ea ue antecedens prædicati, & consequens subiecti: quæ sunt idem* [*alterum alteri &c.*] *i. necessario sequitur conclusio affir.* [*sed quod alicui, quæ sequitur non trunqur*] *i. ad conclusionem particularem affir. quæ trunqur*] *i. ad conclusionem particularem affir. quæ sit medium sic antecedens utriusque. s. subiecti, & prædicati.*

ti. [*Quoniam autem nulli oportet inesse*] *i. quando conclusio uniuersalis neg. sit inferenda* [*cui oportet inesse*] *i. quando conclusio uniuersalis neg. sit inferenda* [*cui oportet non inesse, ad sequentia subiecti*] *i. medium sit consequens subiecti* [*quod autem &c.*] *i. & repugnans prædicati* [*aut conuersim, cui quidē oportet*] *i. contrà medium sit repugnans subiecti, & consequens prædicati.* [*si autem alicui non inesse*] *i. si conclusio sit efficienda particularis neg.* [*cui quidem oportet non inesse quæ consequitur*] *i. medium sit antecedens subiecti* [*quod uero non inesse &c.*] *i. & repugnans prædicati.* [*sint sequentia A. in quibus B.*] *i. eum A. sit prædicatum propositæ conclusionis; B. sit consequens.* [*quæ ipsum sequitur, in quibus C.*] *i. & C. sit antecedens.* [*quæ non contingunt ei inesse, in quibus D.*] *i. repugnans sit D.* [*ipsi E. quæ insunt, in quibus F.*] *i. E. subiectum, & F. consequens sit subiecti.* [*quæ ipsum sequitur in quibus G.*] *i. G. sit antecedens* [*quæ non contingunt inesse, in quibus H.*] *i. H. sit repugnans.* [*si ergo eidem aliquid &c.*] *i. si C. 'antecedens prædicati, & F. consequens subiecti sint idē* [*necesse est A. omni E. inesse*] *i. fiet hæc cõclusio. Omne E. est A.* [*si autem C. & G. eidem*] *i. si antecedens prædicati, & subiecti sint idem* [*necesse est alicui E. inesse A.*] *i. conclusio erit. Aliquod E. est A.* [*nam quod est C. A. &c.*] *i. nam omne C. est A. omne C. est E. igitur aliquod E. est A.* [*si autem F. & D. idē*] *i. & repugnans prædicati, & consequens subiecti sint idem* [*nulli F. euenit A. ex profyl.*] *i. nullum E. erit A. ex profyl. sic per primum secundæ fig. Nullum A. est D. omne F. est D. ergo nullum F. est A. sed, si nullum A. est F. & omne E. est F. nullum E. erit A. hic fit profyl. in secunda, si autem conuertatur maior, Nullum A. est D. & dicatur, Nullum D. est A. fit syl. in prima fig. Et quando ait Arist. Nullum E. erit A. ex*

prosyl. significat syl. non fieri in prima fig. per hanc regulam immediatè, sed per conuersionem huius, Nullum A. est D. [A. alicui E. non inerit] .i. conclusio erit particularis neg. talis, Aliquod E. non est A. [si autem G. & B. idem] .i. si antecedens prædicati, & subiecti sint idem [conuersus erit syl.] .i. huius syl. particularis, ut Aliquod E. est A. indirectè conclusus in prima fig. hoc est, per conuersionem conclusionis uniuersalis affir. quæ directè hoc pacto sequitur. Omne B.G. est E. omne A. est B.G. ergo aliquod E. est A. directè enim sequitur quòd omne A. sit E. hæc conuertitur conclusio. [oportet autem & sequentium &c.] .i. si debeat eligi medium, quod sit consequens subiecti, & antecedens propinquius prædicati, &c. prædicatum, A. subiectum: E. consequens subiecti, G. antecedens prædicati. sit idem F. & K. si duo eadem, uel plura consequentia subiecti, & antecedentia prædicati; eligatur id, quod prædicato sit propinquius. [quando eorum, quæ sunt C. & F. idem quidem infertur] .i. quando ex C. & F. quæ sunt antecedens & consequens, sed idem accipitur medium [Aliquando G. tem] .i. particularis autem conclusio erit. [quando & G. sumitur idem] .i. quando antecedens prædicati, & antecedens subiecti idem eligitur. [medium G.] .i. medium sit antecedens subiecti. [nullo modo quando D. & F. idem] .i. conclusio erit uniuersalis neg. quando repugnans prædicati, & consequens subiecti sunt idem. [alicui autem non inesse, quando G. & G. idem fuerit] .i. conclusio erit particularis neg. quando repugnans prædicati, & antecedens subiecti sint idem, [quæcunque omnibus sequuntur] .i. medium, quod sit consequens terminorum omnium conclusionis [construere] .i. concludere affirmative [destruere] .i. concludere negatiuè [si sequentia sint eadem] .i. si medium eligamus quod sit consequens &

vtri, & minoris termini conclusionis. [aut quæ sequitur A. & quæ non contingit E. inesse] .i. aut quod sit consequens maioris termini, & repugnans minoris. [& non quæ diuersa, vel contraria] quoniam .s. medium est unum, & non plura, quare erit inuestigandum ut unum, & idem [ut si B. & F.] .i. si consequens minoris, & maioris termini sint contraria, aut repugnantia, sic fiet syl. omne A. est B. nullum E. est B. nullum igitur E. est A. sed non ex ipsis .s. contrariis, sed ex uno contrariorum, quod est consequens prædicati, siue maioris termini, & repugnans subiecti, siue minoris. unde ait [necesse est B. idem esse alicui eorum, quæ sunt H.] & subdit [si B.G.] .i. antecedens maioris, & minoris [aut G. alicui D. idem esse] Græci volunt sic legi. H. idem esse alicui eorum, quæ D.

Argumentum, & diuisio in cap. 30.

Omnis syl. siue ostensiuus, siue ad impossibile, siue aliud præterea methodo, ac arte conficitur: nam eadem conclusio syllogizari potest per utrunque. differunt tamen: quoniam syl. ostensiuus constat ex propositionibus veris, & qui est ad impossibile, ex una uera, alia falsa. sic syl. a transumpto potest concludi, in quo accipitur antecedens, consequens, & extraneum non principalis conclusionis. sed illius, ad quæ probandam se transfert argumentum. quæ probata infert conclusionem primariam. sed in syl. secundum æqualitatem in subiectis oportet inspicere ad medium, quod conuertatur cum minori termino ad conclusionem uniuersalem affir. uel neg. in tertia figura. Fiunt quoque eadem ratione syl. ex propositionibus modalibus, præter quàm quod in syl. de inesse medium sumitur, quod alicui inest, vel non inest: in modalibus uero,

quod

quod possibile est ineſſe, vel non ineſſe. Caput 29. habet partes. prima proponit, ubi legitur [Eadem autem modo] ſecunda explicat, quæ eſt [ſuperiora autem modo] ſecunda explicat, quæ eſt [ſuperiora dicamus. & nulli E. inerit] tertia differentiam inter oſtenſionem ſyl. & eum, qui ad impoſſibile eſt, habet his verbis. [Differt autem oſtenſiuus] quarta oſtenſiui ſyllogiſmi artem ſyl. conficiendorum eſſe in ſyl. ex hypotheſi. [In aliis autem ſyl.] quinta exponit in ſyl. modales, his verbis [eodem autem modo.]

De ſyllogiſmis aſſertoriis, ad impoſſibile, & reliquis qui ex hypotheſi. Cap. 30.

EOdem autem modo ſe habent & qui ad impoſſibile deducunt ſyllogiſmi, eum oſtenſiuum & ipſi fiunt per ea, quæ ſequuntur, & quibus ſequitur utrunque. Et eadem conſideratio in utriſque: nam quod monſtratur oſtenſiuè, & per impoſſibile eſt ſyllogizare, & per oſtenſiuè volentibus ſyllogizare, & ad impoſſibile deducere. In aliis autem ſyllogiſmis quicunque ſunt ex hypotheſi, vt quicunque ſecundum tranſumptionem, aut ſecundum qualitatem in ſubiectis, non in prioribus, ſed in tranſſumptis erit conſideratio, modus autem inſpectionis idem: conſiderare autem oportet, & diuidere quot modis ſunt ex hypotheſi: monſtratur enim quòd nulli E inerit A. Rurſum ſi oſtenſiuè ſyllogizatum ſit A, ineſſe nulli E: ſuppoſitis impoſſibile eſſe, per impoſſibile mõſtrabitur nulli ineſſe. ſimiliter autem & in alijs. In omnibus enim neceſſe eſt ijs qui per impoſſibile communem alicui ſumere terminum alium a ſubiectis, ad quem erit mendacij ſyllogiſmus: quare cõuertenſa ea propoſitione, altera autem ſimiliter ſe habente, oſtenſiuus erit ſyllogiſmus per eoſdem terminos. Differt autem oſtenſiuus ab eo, qui ad impoſſibile: quoniam in oſtenſiuo ſecundùm uetitatem ambæ propoſitiones ponũtur: in eo autem qui ad impoſſibile, falſa una. hæc verò erũt magis manifeſta perſequentia, quando de impoſſibili dicemus. nunc autem tantum nobis ſit manifeſtum: quod ad hæc perſpiciendum, & oſtenſiuè volentibus ſyllogizare, & ad impoſſibile deducere. In alijs autem ſyllogiſmis quicunque ſunt ex hypotheſi, vt quicunque ſecundum tranſumptionem, aut ſecundum qualitatem in ſubiectis, non in prioribus, ſed in tranſſumptis erit conſideratio, modus autem inſpectionis idem: conſiderare autem oportet, & diuidere quot modis ſunt ex hypotheſi: monſtratur enim Ro unumquodque propoſitorum ſic. Eſt autem & alio modo quædam ſyllogizare horum, ut vniuerſalia per particularem inſpectionem ex hypotheſi. Si enim C & G eadem ſint, ſolum G autem ſumatur E ineſſe, omni E inerit A: & rurſum ſi G & D eadem, ſolum autem de G prædicetur E quòd nulli E inerit A: manifeſtum ergo quod ſic inſpiciendum. Eodem autem modo & in neceſſarijs, & in cõtingentibus: nam eadem conſideratio, & per eoſdem terminos erit, eodemque ordine & contingentis, & ineſſe ſyllogiſmus.

enim quòd nulli E inerit A. Rurſum ſi oſtenſiuè ſyllogizatum ſit A, ineſſe nulli E: ſuppoſitis impoſſibile eſſe, per impoſſibile mõſtrabitur nulli ineſſe. ſimiliter autem & in alijs. In omnibus enim neceſſe eſt ijs qui per impoſſibile communem alicui ſumere terminum alium a ſubiectis, ad quem erit mendacij ſyllogiſmus: quare cõuertenſa ea propoſitione, altera autem ſimiliter ſe habente, oſtenſiuus erit ſyllogiſmus per eoſdem terminos. Differt autem oſtenſiuus ab eo, qui ad impoſſibile: quoniam in oſtenſiuo ſecundùm uetitatem ambæ propoſitiones ponũtur: in eo autem qui ad impoſſibile, falſa una. hæc verò erũt magis manifeſta perſequentia, quando de impoſſibili dicemus. nunc autem tantum nobis ſit manifeſtum: quod ad hæc perſpiciendum, & oſtenſiuè volentibus ſyllogizare, & ad impoſſibile deducere. In alijs autem ſyllogiſmis quicunque ſunt ex hypotheſi, vt quicunque ſecundum tranſumptionem, aut ſecundum qualitatem in ſubiectis, non in prioribus, ſed in tranſſumptis erit conſideratio, modus autem inſpectionis idem: conſiderare autem oportet, & diuidere quot modis ſunt ex hypotheſi: monſtratur enim Ro unumquodque propoſitorum ſic. Eſt autem & alio modo quædam ſyllogizare horum, ut vniuerſalia per particularem inſpectionem ex hypotheſi. Si enim C & G eadem ſint, ſolum G autem ſumatur E ineſſe, omni E inerit A: & rurſum ſi G & D eadem, ſolum autem de G prædicetur E quòd nulli E inerit A: manifeſtum ergo quod ſic inſpiciendum. Eodem autem modo & in neceſſarijs, & in cõtingentibus: nam eadem conſideratio, & per eoſdem terminos erit, eodemque ordine & contingentis, & ineſſe ſyllogiſmus.

gismus. Sumendum autem & in cõtingentibus & quæ non insunt, inuisibilia autem inesse & quæ non insunt, inuisibilia autem inesse fiunt per ostensionem. Ostenditur autem hoc modo. Sumatur enim, quòd & per hæc fit contingentium est syllogismus, similiter autem se habebit & in alijs prædicationibus.

ANNOTATIONES.

Per ea, quæ sequuntur, & quibus sequitur utique] i. per antecedentia, & consequentia. [*quod ostenditur ostensiue*] i. qui concluditur ostensiue. [*in alijs propositis*] i. in alijs, quæ ad concludendum ponuntur. [*ut si ostensum est nulli E. inesse A. quoniam accidit & B. alicui E. inesse. quod est impossibile*] i. si conclusum sit ostensiue, nullum E esse A. quia velimus per impossibile demonstrare accipiamus oppositum cum aliquo modo concludemur falsum. Quoniam A. est B. & est verum. Aliquod E. est A. Quod est hypothesis, siue suppositio. Ergo aliquod E. est B. quod est apertè falsum. quare hypothesis est falsa, cui oppositum est verum, quod est, Nullum E est A. Et quia dicit syllogismus] dicitur syl. mendacij, qui ex impossibile, eo quòd falsum concludit. [*quòd ad hæc perspiciendum*] i. ad eadem antecedentia conseqüentia, & repugnantia: [*in alijs autem syl. &c.*] in alijs syl. ex hypothesi sic fiunt, ut syl. ex hypothesi fiunt secundum transumptionem, & qui sunt secundum qualitatem in substantijs. & sit in his inspectio non ad medium artem prædictam non quo ad principales conclusiones, hæc etenim ex hypothesi accepta sunt; sed ad conclusiones, in quibus vtimur super principales conclusiones: tales enim syllogizata sunt, & alio modo quædam syl.] accipiatur antecedens subiecti. conuertibile ei, ut si debeat syllogizari. Omne C. est A. & accipiatur antecedens utrinsque quod

quod est C. G. si antecedens G. conuertatur ei, quod est C. non solum particularis, sed etiam uniuersalis conclusio syllogizari poterit hoc pacto. Omne C. G. est A. omne E. est C. ergo omne E. est A. sic syllogizatur uniuersalis neg. si idem sit antecedens subiecti, & repugnans prædicati, supposito quòd antecedens subiecti sit conuertibile subiecto. [*sumendum autem & in contingentibus &c.*] i. accipiendum autem & in contingentibus ea quæ non insunt, sed possunt inesse.

Argumentum, & diuisio in cap. 31.

Fit igitur omnis syl. hac methodo, & ratione, inspiciendo. s. antecedentia, consequentia, & repugnantia. est communis ad medium inueniendum circa philosophiam, & quamlibet artem, & disciplinam. non tamen semper eodem modo sumendum est medium, sed alio ad conclusionem uniuersalem, alio ad particularem. Verum ad probanda principia alicuius scientiæ non utimur hac arte, sed sensu, memoria, & experientia. Quare hoc caput tres habet partes, prima ex dictis concludit hanc unam esse uiam syl. confitendo. Secunda hanc uiam esse de omnibus ibi [*ergo methodus quidem*] ab omnibus] tertia aduertit hanc methodum non sufficere ad principia alicuius scientiæ sumenda, sed sumi debere à sensu, memoria, & intellectu, & ait [*secundum singulum autem.*]

Quòd omnium scientiarum syllogismi superioribus præceptis efficiantur. Cap. 31.

MAnifestum ergo ex prædictis, quòd non solum possibile est per hanc viam fieri omnes syllogismos, sed etiam quòd per aliam impossibile.

possibile. Omnis enim syllogismus ostensiuus est quod per aliquam prædictarum figurarum fit: has autem non contingit per alia constituere quam per sequentia, & quæ sequitur vnumquodque ex his enim propositiones, & medij sumptiones: quare nec syllogismum possibile est fieri per alia. Ergo methodus quidem de omnibus eadem est & circa philosophiam, & circa artem, & quamlibet disciplinam. Oportet enim quæ insunt, & quibus insunt circa vnumquodque colligere, & his quam plurimis abūdare, & hoc per tres terminos considerare destruentem quidem sic, destruentem vero sic: & secundum veritatem quidem, ex ijs quæ secundum veritatem sunt propria: ad dialecticos autem syllogismos, ex propositionibus quæ sunt secundum opinionem. Principia autem syllogismorū communiter quidem dicta sunt, & quomodo se habeant, & quomodo oportet inquirere ea: quamus non alpiciamus ad omnia quæ dicuntur, neque eadem construentes, & destruentes, neque construentes de omni, aut de aliquo, destruentes ab omnibus, aut ab aliquibus, sed ad propria, & determinata. Secundum singulum autem eorum quæ sunt eligere: vt de bono, aut de pulchra. Propria autem in vnaquaque sunt prima, quare principia quidem, quæ sunt circa vnumquodque, experimento est cognoscere, eo autem vt astrologicam quidem experiendo astrologicæ disciplinæ: sumptis enim fundamentis apparentibus, sic inuentæ sunt astrologicæ demonstrationes. Similiter autem & circa quamlibet aliam se habet & artem, & disciplinam. Quare si sumantur quæ insunt circa vnumquodque, nostrum erit iam demonstrationes pro-

prè declarare: si enim nihil secūdum historiam omittatur eorum quæ subtiliter, & verè insunt rebus, habebimus de omni (cuius quidem non est demonstratio) hanc inuenire, & demonstratione: cuius autem non nata est demonstratio, hoc facere manifestum. Vniuersaliter ergo quo oportet modo propositiones eligere, penè dictū est: per diligentiam autem pertransiuimus in eo negotio, quod circa dialecticam est.

ANNOTATIONES.

Ex his enim propositiones, & medīo sumptis]. i. ex consequentibus & antecedentibus accipitur medium, & componuntur propositiones. [ergo methodus de omnibus eadem est]. i. hæc ratio medij inueniendi est communis scientiis speculatiuis, artibus, sine qualitate, & actiua, & [quamlibet disciplinam]. i. scientiam moralem. [destruentem sic, construentem vero sic]. i. in conclusione, siue syl. affirm. aliàs accipiendum est medium, quàm in negat. [& secundum veritatem &c.]. i. in demonst. vtrum legantur media probabilia. [Principia syl.]. i. termini, propositiones, & figuræ. [quatenus non afficiamur ad omnia, quæ dicuntur, &c.]. i. non omnia indifferenter inspiciamus, quando aliqua conclusio proposita est, sed quæ tanta, & determinata: nec inspiciemus eadem affirm. sit, vel neg. conclusio, vniuersalis, vel particularis. [Secundum singulum autem eorum, quæ sunt, &c.]. i. diuersa sunt habenda considerationes ad propria principia inuestiganda in vnaquaque re. & via fit per sensum. ex multis autem sensibus fit memoria vna, atque ex multiplicata memoria fit experimentum, quod hoc loco est collatio secundum rationem mul-

multorum acceptorum, & memoria mandatorum: vt ex his commune aliquid innotescat, quod vniuersale sit, quare propria principia circa vnamquamque scientiam experimento accipiuntur. [secundum historiam] i. secundum narrationem veritatis. [subtiliter] quoniam propria principia adeo propinqua sunt rei, vt facilè discernantur [rei] quæ rei, & necessario rei insita est.

Argumentum, & diuisio in cap. 32.

Senserunt antiqui diuisionem generis in species, accidentium, siue syl. diuisiuum plurimum conferre ad rei dij inuentionem, sed errorum sententia est falsa: si quidem diuisio est syl. imbecillis, qui principium sumit, vel non concludit propositum, nec definitionem de definito: fieret enim aut principij petitio, aut consequentis sequeretur conclusio, quàm esset propositum. Habet autem hoc caput tres partes. Prima in qua improbat diuisionem vtilem esse ad medij inuentionem. Secunda incipit. [Quoniam autem] secunda demonstrat diuisionem non concludere definitionem de definito, sic [Communem autem idem] tertiam ait nec præterea communem autem idem quid esse aliud prædicatum, vt genus, proprium, aut accidens, ibi [manifestum est autem.]

De diuisione, & eius syllogismo. Cap. 32.

QVòd autem diuisio per genera, parua quædam particula eius dictę methodi sit, inde est videre est: enim diuisio velut syllogismus syllogismus: nam quod oportebat sumere ostendere, petitur: syllogizatur vero semper quid supetiorũ. Primum autem idem hoc latuit omnes vrentes ea, & suadere conati sunt, quod esset

esset possibile de substantia demonstrationem fieri, & de eo quod est quid. quare neque quòd contingebat syllogizare eos qui diuidunt, intelexerunt: neque quod contingebat sic, quemadmodum diximus. Ergo in demonstrationibus quidem enim oporteat quid syllogizare; oportet medium per quod fit syllogismus minus semper esse, & non vniuersaliter de prima extremitate. Diuisio autem contrarium vult: nam vniuersalius sumit medium. Sit enim animal quidem in quo A, mortale autem in quo B, & immortale in quo C, homo verò cuius terminum oportet sumere in quo D. omne ergo animal aut est quicquid erat A, omne esse aut B aut C. Rursus hominem semper, qui diuidit, ponit animal esse, quare de D. sumit A esse: ergo syllogismus quidem est, quod D, aut B, aut C, omne erit: quare hominem, aut mortalem, aut immortalem oportet sumere: nam mortale quidem, aut immortale esse necessarium est animal: mortale aũt nõ necessarium est: sed petitur. Hoc autẽ erat quod oportebat syllogizare. Et rursus qui ponit A quidem animal mortale, in quo autem B pedes habens, in quo autem C, non habens pedes, hominem vero D: similiter sumit A quidem, aut in B aut in C esse: omne enim animal mortale aut pedes habens, aut pedes non habens est: de D aũt A: nam hominẽ animal mortale sumpsit esse: quare habens pedes vel non habens pedes esse animal, necesse est hominẽ: habens pedes autem habens non necesse est, hoc autem non necesse est, sed sumit hoc autem erat quod oportebat cursum ostendere. Et ad hunc modum semper diuidentibus, vniuersale quidem accidit eis medium sumere

de quo oporteat ostendere, & differentias, & extremitates. in fine autem quod hoc est hominis aut quicquid erat quod quæritur, nihil horum manifestum, quare necessarium est esse eorum aliam viam facimus omnem: non quidem contingentes idoneitates, opinantes esse. Manifestum est autem quòd neque destruere hoc volentis est neque de accidente aliquid, aut de proprio syllogizare, neque de genere, neque de quibus ignoretur vtrum hoc modo, aut illo se habet vt putas ne diameter sit symeter, vel asymeter: si enim sumat quod omnis longitudo est symetros, vel asymetros, diameter autem longitudo syllogizatum est quod symetet, vel asymeter est diameter. Si autem sumetur incommensurabile; quod oportebat syllogizare, sumetur. Via ergo est ostendere: nam via quidem hæc est, hanc autem non est ostendere symetrum, vel asymetrum, in quo A. longitudo: B autem symeter, aut asymeter: diameter C. Manifestum ergo igitur quod neque ad omnem considerationem congruit inquisitionis modus, neque in quibus maximè videtur conuenire, in his est vtilis. Et quibus ergo demonstrationes fiunt, & quomodo, & ad quæ perspiciendum secundum vnumquodque propositum, manifestum ex dictis.

ANNOTATIONES.

Diuisio per genera] hæc diuisio ponebat ut ab ea *demonstrare definitionem*. [*petitur*] i. eadem *ratio*, & *conclusio*. [*syllogizatur aliquid communius rum.*] i. *syllogizatur aliquid communius re, quod habet syllogizari*. [*ac si esset possibile de substantia demonstrationem fieri; & de eo &c.*] i. ac si per

per diuisionem substantialem rei definitionem demonstrare: videbant enim diuisionem non syllogizare, sed petere principia. &, si syllogizetur, conclusio sit communior, quam fuerat propositum. [*sit enim animal in quo A. &c.*] hoc est. *sit propositum syllogizandi hanc definitionem. Homo est animal mortale peden habens. Primum sic ratiocinatur. Omne animal aut est mortale, aut immortale: sed homo est animal. igitur est mortalis, vel immortalis: unum enim sequitur alterum horum, sed ambo, quòd si unum, ut mortale: petitur quod est in principio: nam accipitur quod propositum est probari, & non probatur.* [*& rursus qui dixit A.*] *secundò ratiocinatur, quod accepto, quòd homo sit animal mortale, sic aliam partem. Omne animal mortale est habens pedes, vel non habens. Sed homo est animal mortale. Habet igitur pedes, vel non habet. Sed habet. quod non est syllogizatum, verum accipitur absque probatione* [*omnino sale accidit medium sumere, de quo &c.*] *i. qui utuntur ratione diuisiua, sit, ut accipiant medium communius, quàm maior extremitas: animal enim quod est medium communius est, quàm animal mortale, quod est maius extremum. & addit, quòd de aliquo sicut de specie oportebat per dictam diuisionem ostendere differentias, aliquam maiorem extremitatem.*

Argumentum, & diuisio in cap. 33.

Oratio syllogistica primum reducenda est in duas propositiones, deinde videndum est, an una propositio sit maior, & alia minor, & una universalis, & alia particularis. Vltra si in syl. desit altera propositionum: ac tandem si quid desideretur, & est addendum, vel superfluum sit, & est amouendum aliquid ad duas deueniamus prop. sed aliquando facilè

cognoscitur defectus, & excessus, quandoque difficulter, facilè, quando non sequitur conclusio necessariò: difficulter, quando sequitur; vt, non interimitur substantiæ, non interimitur substantia. sed partibus substantiæ interemptis interimitur substantia. sed partes substantiæ sunt substantia. In hoc sequitur non esse conclusio necessariò, sed non est syl. quia maior non est universalis. Sed erit, si dicamus. Omnis, quibus interemptis interimitur substantia. sunt substantia. Partes verò substantiæ sunt huiusmodi: igitur sunt substantia. Aliud exemplum. Si homo est animal, est substantia animal est: substantia est: quare, si homo est, substantia est. Conclusio sequitur necessariò. Omne non syllogistica. Sed hoc pacto reducitur. Omne cui quo posito ponitur animal, est substantia. Sed hominis posito ponitur animal. igitur homo est substantia. Habet vero caput duas partes. Prima est propositio. [Quomodo autem reducemus] secundum est propositi explanatio, quæ est [primum ergo oportet] quæ hac in quatuor diuiditur partes, quæ sunt quatuor præcepta tradita. Primum legitur [primum ergo oportet tentare] secundum [deinde considerare] tertium, [& si non ambæ] quartum [considerandum autem,] & hanc partem duobus exemplis declarat. Primum est [ut si sumatur] secundum [rursum si cum est homo.]

SECTVM

SECTVM TERTIVM.

De Syllogismorum resolutione.

Quo pacto syllogistica omnes rationes in aliquam prædictarum figurarum sint reducenda. Cap. 32.

QVomodo autem reducemus syllogismos in prædictas figuras, dicendū erit post hæc. restat enim consideratio hęc, si enim & generationem syllogismorum intpiciamus, & inueniēdi habeamus potestatem, amplius autē facilos reducamus in prædictas figuras, finem habebit quod ex principio propositum est: accidet etiam simul, quæ prædicta sunt confirmari, & manifestiora esse, quod sic se habēt, per ea quæ nunc dicenda sunt. Oportet enim omne quod verum est ipsum sibi ipsi manifestum esse omnino. Primum ergo oportet tentare duas propositiones accipere syllogismi facilius enim maiora diuidere, quàm minora: maiora autem cōpositiora sunt, quam ea ex quibus componūtur. Deinde considerare, vtra in toto, & utra in parte. Et si non ambę sumptæ sint; eum qui ponit aliquoties enim vniuersalem protenden tes, eam quæ in hac est, non sumunt, neque scribentes, neque interrogantes: aut has quidem pretendunt, per quas autem hæc concludunt, omittunt: alia vero vane interrogant. Considerandū autem si quid superfluum sumptum sit, & si qd necessarium omissum: & hoc quidem ponendum, illud verò auferendum, donec veniat quis ad duas propositiones, sine his enim non est re-

ducere sic interrogatas orationes. In aliquibus ergo facile est videre quod minus esse aliquo vero latent, & videantur quidem syllogizare, eo quod necessarium quid accidit ex ijs quæ posita sunt. Vt si sumatur, non substantia interempta substantiam non interim: ex quibus autem est, interemptis, & quod ex eis est corrumpi. His enim positis, necessarium est substantiæ partem esse substantiam: non tamen syllogizatum est per ea quæ sumpta sunt, sed desunt propositiones. Rursum si cum est homo, necesse est esse animal: & cum est animal, substantiam: & cum est homo necesse est esse substantiam, sed nondum syllogizatum est: non enim se habent propositiones vt diximus. Fallimur autem in talibus, eo quod necessarium quiddam accidat ex his quæ posita sunt, quoniam & syllogismus, necessarium est: in plus autem est necessarium, quam syllogismus: nam omnis syllogismus necessarius, necessariū autem non omne syllogismus. Quare non (si qd accidat positis quibusdam) statim tentandum est reducere, sed primum sumendum est duas propositiones.

ANNOTATIONES

Syllogismor] *i. orationes syllogisticæ. Ipsum fit ipsi manifestum*] *idest confessum, & confessionis. [aera in toto, & uera in parte*] *i. altera maior, altera minor, uel altera uniuersalis, altera particularis. [& si non ambæ sumptæ*] *i. syllogizans profecto non esset, & taceat minorem, uel contrà. [facile est uidere quod minus*] *i. facile deprehendetur quod desit. [ex quibus necessarium quid accidit ex his quæ sumpta sunt*] *idest ex datis propositionibus necessario sequitur conclusio. [ex quibus autem est, &c.*] *idest, ex partibus substantiæ in exemptis interioribus subsistentibus, (sumptæ sunt*] *propositiones sunt. [desunt propositiones,*) *scilicet maior. [sublatis autem, &c.*] *idest quando credimus orationes esse syllogisticas, ex eo quod conclusio ex propositionibus sequatur necessario.*] *quidam sic exponunt, conclusionem sequi necessario, se habet in plus, & communius est, quàm syl.*

Argumentum, & diuisio in Cap. 34.

Reperta propositionibus quemadmodum docuit Arist. sumendi tres termini, quorum medius ita in maiore est subiectum, in minore prædicatum; reducitur oratio ad primam fig. si in utraque sit prædicatum: ad secundam: si in vtraque subiectum: ad tertiam. Ita nec vlla oratio dicetur syllogistica, nisi idem frequenter dicatur, hoc est, vt in medius terminus bis sumatur. Habet autem caput tres partes. prima sic proponit (Deinde sic diuidendum) secunda propositum explicat in prima, secunda, & tertia fig. (si ergo subiiciatur) tertia epilogum quidam facit his uerbis (quoniam autem habemus.

De resolutione in terminos. Cap. 34.

DEinde sic diuidendum in terminos. Medium autem ponendum terminorum, qui in utrisque propositionibus dicitur: necesse est enim medium in utrisque esse in omnibus figuris. Si ergo subijciatur, & prædicetur medium: aut ipsum quidem prædicetur, aliud verò de illo abnegetur: prima erit figura. Si autem & prædicetur, & negetur ab aliquo: media erit figura:

si uerò alia de illo prædicentur, aut hoc quidem prædicetur, illud uerò ab illo negetur; postrema: sic enim se habuit in postrema figura medium. similiter autem etsi non uniuersales fiant propositiones; nam est eadē determinatio dij. Manifestum igitur, quòd in qua oratione non dicitur idem frequenter, non fit syllogismus: non enim sumptum est medium. Quoniam autem habemus quod propositorum in unaquaque figura clauditur, & in qua uniuersale, & in qua particulare; manifestum est, quod non omnes figuras perspiciendum, sed in unaquaque que proposito ad propriam. Quæcunque uero in pluribus concluduntur, medij positione cognoscimus figuram.

ANNOTATIONES.

Nisi idem frequenter dicatur] i. nisi medius terminus bis sumatur. [non ad omnes figuras pertinendum] i. in superioribus definitum est in qua figura propositum syllogizandum perpendi in qua figura syllogizari debet, vt vniuersalis affirmatiua in prima fig.

Argumentum & diuisio in Cap. 35.

Sed & terminorum vestra positio efficit, vt nihil concludatur bonum, & non est vel quoniam nulla propositionum est vniuersalis: vt Aristomenes intelligibilis semper est, sed Aristomenes est Aristomenes vel quoniam intelligibilis, igitur Aristomenes semper est, vel quoniam termini uniformes non sumuntur, de quo in sequenti. Caput tres habet partes. prima proponit dua impossibilia

mentia ibi [Frequenter ergo falli] secunda declarat secundum impedimentum duobus exemplis sic [ut si. A. de B.] postea concludit [Hæc ergo fallacia.]

De necessario, & de deceptione iuxta similitudinem positionis terminorum. Cap. 35.

FRequenter ergo falli accidit circa syllogismos propter necessarium, quemadmodum dictum est prius: aliquoties autem propter similitudinem positionis terminorum: quod non oportet latere nos. Vt si A de B dicitur, & B de C: uidebitur enim sic se habentibus terminis esse syllogismus: non fit autem neque necessarium quicquam, neque syllogismus. Sit enim in quo A, semper esse, in quo autem B, intelligibile: uerum est autem A inesse B, semper enim est intelligibilis Aristomenes: in quo autem C, Aristomenes: non inest C, corruptibilis est enim Aristomenes: non igitur fiebat syllogismus sic se habentibus terminis, sed oportebat uniuersaliter A B sumi propositionem: hoc uero falsum quod putabat, omnem intelligibilem Aristomenē semper esse: cum Aristomenes sit corruptibilis. Rursum sit in quo quidem C, Micalus: in quo autem B, musicus Micalus, in quo autem A, corrūpi eras. Verum est ergo B de C prædicarimam Micalus, est musicus Micalus: sed & A de B: corrumpetur enim eras musicus Micalus: A autem de C falsum: hoc autem idem est priori: non enim uerum est uniuersaliter, Micalus musicus quoniam corrumpetur eras. Hoc autem non sumpto non erat syllogismus. Hæc ergo fallacia

fit in eo quòd penè: ut enim nihil differat dicere hoc huic inesse, aut hoc huic omni inèsse concedimus.

ANNOTATIONES.

Propter necessarium] i. quia orationis textum ad habet necessitatem; ut credatur syllogismus, & est. [*propter similitudinem positionis terminorum*] quoniam termini sic sunt dispositi, ut in syl. tamen fit syl. cum maior propositio non sit universalis. [*Aristomenes*] hic, & Micalus auditores fuere Platonis. [*Hac ergo fallacia*] fit in eo, quòd penè fit deceptio fit in eo, quòd penè est eadem & fallacia terminorum, nec differt nisi quòd desideratur nota universalis.

Argumentum, & diuisio in cap. 36.

Secundum impedimentum, siue fallacia est, quòd sæpe aliqua oratio non syllogizatur, ex quòd terminis non rectè disponuntur secundum locutionem, hoc est, non sunt uniformes in propositionibus, & in conclusione, sed in altera parte sunt abstracti, in altera verò concreti. *ex. g. Nulli ægritudini inest sanitas, sed omnis homo ægritudinis est susceptibilis, ergo nullus homo est sanus. sic in prima fig. in secunda, & tertia exempla legantur. Caput hoc tres continet partes. prima est propositum, ut* [*Frequenter autem mentiri*] *secunda id explicat sic* [*ut si H quidem*] *& captatio est in tribus figuris.* [*Tertia repetit quod proposuerat, & inquit* [*Palam ergo quòd.*]

De falsi ex terminorum, seu de fallacia, cum termini diuersimodè in propositionibus assumuntur. Caput. 36.

FRequenter autem mentiri euenit: eò quòd non bene exponuntur secundum propositionem termini: ut, si A quidem sit sanitas, B autem ægritudo, C vero homo: verum est enim dicere, quòd A, nulli B cõtingit inesse: nulli enim ægritudini sanitas inest: & rursum quod B. inest omni C: omnis enim homo susceptibilis est ægritudinis: videbitur ergo accidere nulli hominì contingere sanitatem inesse. Huius autem causa est, quòd non bene exponuntur termini secundum locutionem; quoniam transsumptis ijs, quæ sunt secundum habitudines, non erit syllogismus. Vt si pro sanitate quidem ponatur sanum, pro ægritudine autem ægrum: nõ enim verum est dicere, quòd non contingit ægrotanti inesse sanum esse: hoc autem non sumpto, nõ fit syllogismus, nisi contingentis. Hoc autem non impossibile; contingit enim nulli homini inesse sanitatem. Rursum in media figura similiter erit falsum. Nam sanitatem ægritudini quidem nulli, homini verò omni contingit inesse: æquare nulli homini ægritudo. In tertia autem figura secundum cõtingere accidit falsum: etenim sanitatem, & ægritudinem, & disciplinam, & ignorantiam, & omnino contraria, omni eidem contingit inesse: sibi verò inuicem impossibile, hoc autem confessum in prædictis: cum enim eidem plura contingerent inesse, contingebant & sibi inuicem. Manifestum igitur, quòd in omnibus his fallacia fit propter terminorum

notum expositionem: transsumptis enim his quæ sunt secundùm habitudines, nihil fit dubium. Falsum ergo quòd secundùm huiusmodi propositiones semper est secundum habitum pro habitu sumendum, & ponendum reuerum.

ANNOTATIONES.

Frequenter autem &c.] i. sæpe fit decepti... dò termini accipiuntur nunc concreti, nunc ab... [transsumptis his, quæ sunt secundum habitudi... uocat Arist. terminos abstractos eos qui ab his ... dum habitudines: concretos autem, qui ab his ... tur, unde his mutatis abstractis in concretos ... nas. [quod est secundum habitum, pro habito ... dum] i. oportet sumere abstracta pro abstractis, ... non concretis, & concreta pro concretis, & non ... abstractis.

Argumentum & diuisio in cap. 37.

Non semper medius terminus sit simplex nomen sine uox, sed aliquando oportet sumere definitionem uel descriptionem: quoniam medio non est nomen impositum, & sæpe dum inuestigamus simplicia media in syllogismis decipimur: ut triangulus habet duos rectos. Aequicrurus est triangulus. quare habet duos rectos, concluditur primum de ultimo per medium simplex, quod est triangulus. Sed si deberet poni medius sine maiorem de medio, non habemus terminum simplicem pro medio: duo enim rectè per se triangulo insunt, & non per aliud. Praterea non semper oportet maiorem terminum prædicari de medio, nec medium de minori in recto, sed tot modis, quot mutationes sunt. unde ex obliquis fit syl. m ex rectis pauciores.

prima enim figura si maior sit terminorum rectorum, minor obliquorum sequitur conclusio obliquorum: ut omnis sophia est disciplina. boni est sophiæ. ergo boni est disciplina. sic si maior sit de obliquo, minor de recto ut, omnium contrariorum eadem est disciplina. malorum & bonum sunt contraria. quare boni, & malis eadem est disciplina. sic si utraque, ut, cuius est disciplina, illius est genus. sed boni est disciplina. boni, igitur est genus. In secunda fig. ex obliquis fit conclusio de rectis: ut, nullius generationis est motus. sed voluptatis est motus, itaque voluptatis non est generatio ut tertia: ut, Deo non est tempus opportunum. Deo est æstus. æstus igitur non est tempus opportunum. Habet autem caput duas partes. prima ostendit terminos voces simplices esse minimè oportere, his uerbis [Non oportet autem terminos] secunda demonstrat syllogizari in prima, secunda, & tertia figura, ibi [in... esse autem primum medio.]

De utilibus terminorum compositorum, & obliquorum syllogismi. Cap. 37.

Non oportet autem terminos semper quæ rere nomine exponi; sæpè enim erunt ora tiones, quibus non ponuntur nomina: quare & difficile erit reducere huiusmodi syllogismos. aliquoties autem & falli accidet propter huiusmodi inquisitionem: ut quòd immediatorum est syllogismus. sit enim A duo recti, B autem triangulus, C verò æquicrurus: ergo ei quod est C, inest A propter B. ei verò quod est B, non itenum propter aliud: per se enim triangulus habet duos rectos. quare non erit medium eius quod est A B, cùm sit demonstrabile. Manifestum ergo

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd medium non sic semper est sumendum vt hoc aliquid: sed aliquando ut orationem. Vel accidit & in prædicto Inesse autem primum medio, & hoc postremo nō oportet sumere, ut prædicentur semper ad se inuicem similiter, & primum de medio, & hoc de postremo: & in quibus ineſſe ſimiliter, ſed quoties dicitur eſſe & non dicere, hoc toties arbitrari oportet ſignificare & ineſſe. Vt quòd contrariorum una eſt diſciplina: ſit enim A, unam eſſe diſciplinam, B autem contraria ſibiinuicem: A ergo ineſt B, nō quòd contrariorum unam eſſe eorum diſciplinā, ſed quòd verum eſt dicere de ipſis unam eſſe contrariam diſciplinam.

A. vna ſcientia, ——— B. contraria

Accidit autem quandoque primum de postremo dici medium autem de tertio non dicitur: sophia est disciplina, boni autem est sophia: conclusio, quod boni est disciplina: & non quidem est disciplina, sophia autem est disciplina. Quandoque autem medium quidem dicitur, primum autem de medio non dicitur vt si qualis omnis est disciplina, aut contrarij. Bonum autem est & contrarium. & conclusio quidem, quod boni est disciplina. non est autem bonum disciplina, neque qualis, neque contrariorum sed omnium disciplina. non est autem bonum disciplina, neque secundum rectum, neque quale, neque contrarium: sed bonum hæc. Est autem quandoque neque primum de medio, neque hoc de tertio, primum de tertio quandoque quidem dicitur, quando autem non dicitur. Vt si cuius est disci-

na, huius est genus, boni autem est disciplina: conclusio, quod boni est genus. Prædicatur autem nullum de nullo: sed autem cuius est disciplina, genus est hoc, boni autem est disciplina, conclusio, quod bonum est genus: ergo de extremo quidem prædicatur primum, de te autem inuicem non dicuntur. Eodem autem modo & non ineſſe ſumendum; non enim semper significat non ineſſe hoc huic: non esse hoc, hoc: sed aliquando non esse hoc huius, aut huic: ut ☉ non est motionis motus, aut generationis generatio, voluptatis autem est, non ergo voluptas generatio. aut rursus quod risus est signum: signi autem non est signum. quare non est signum risus: similiter autem & in alijs, in quibus interimitur propositum: eo quod dicitur aliquo modo ad ad genus. Rursum quod occasio non est tempus opportunum: Deo enim occasio quidē est, tempus autem opportunum non est: eò ☉ nihil sit Deo confetens: terminos enim ponendum est occasionē, & tempus opportunum, & Deum: propositio autem sumenda secundum nominis casum: simpliciter enim hoc dicimus de omnibus, quod terminos quidem semper ponendum secundum declinationes nominū, vt homo, aut bonum, aut contraria, aut hominis, aut boni, aut contrariorum. propositiones autem sumendum secundum cuiusque casus, aut enim quoniam huic vt æquale, aut quoniā huius vt duplum, aut quoniam hoc vt sedens, vel videns, aut quoniam hic vt homo, animal aut si quolibet modo aliter cadit nomen, secundum propositionem: ineſſe autem hoc huic, & verum esse hoc de hoc, toties sumendum, quoties prædicamenta diuisa sunt, & hæc autali-

quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo modo, aut simpliciter amplius, aut simpliciter, aut complexa. Similiter autem & non ita se. Considerandum hæc autem, & determinandum optimum.

ANNOTATIONES.

Nomine exponi] scilicet simplici. [*vt quod omnia* *diatorum erit syl.*] scilicet propositionum. *Immedia* *ta autem dicitur propositio duplici*ter, *primo si* *sa sit immediata, vt prima principia demonstra* *nis: unde non est immediata, Triangulare habet* *rectos, cum sit conclusio demonstrationis. Dicit* *mediat terminus sit immediatus, vt subiectum* *hoc pacto, est conclusio demonstrationis immedia* *quoniam inter passionem, & subiectum propin* *non cadit medium, & hoc modo hæc est immedia* *ta. Omnis triangulus habet duos rectos.* [*Inesse* *tem primum medio, &c.*] *idest non semper* *nis horum terminum prædicari de medio, nec medi* *de minori in recto, nec contrà, sive affirmative* *negative. Sed tot modis contingit prædicationem* *riari, quot aliquid dicitur esse secundum diuersa* *sus, quot verum est vnam de alio dici.* [*non dici* *prædicari in casu obliquo,* [*vt si qualis omnis est* *sciplina, aut contrarij*] *i. omnis qualis, aut* *est eadem disciplina. Sed bonum, & malum* *traria. igitur boni, & mali eadem est disciplina.* *non inesse*] *i. negatiue ex obliquis.* [*similiter* *& in alijs, in quibus interimitur propositum.* *idest similiter est in alijs, in quibus concludit* *tiuæ propositio; ea quod prædicatum aliquo* *habet ad ipsam propositionem, sed ad ipsum* *rectam.* [*Inesse autem hoc huic, &c.*] *idest*

rum toties contingit inesse subiectis, quoties prædica *ta sunt diuersa, & quotiès possunt variari modi præ* *dicandi secundum diuersitatem essuum, & hoc sicum* *dum quid, uel simpliciter, ideſt secundum terminos* *complexos, uel incomplexos consyderandum est.*

Argumentum, & diuisio in cap. 38.

Verba medij in propositionibus reduplicatæ in pri *ma figura apponenda sunt maiori termino: ut, bonis est* *disciplina, inquantum bonum, iustitia est bonum, iu* *stitiæ igitur est disciplina inquantum bonum. si enim* *medio adderetur, ut iustitia est bonum inquantum bo* *num; ex propositio esset fallax cum sensus sit, iustitia* *est omne bonum. quod est falsum: siquidem plura sint* *bona alia. Verum ad conclusionem reduplicatiuam* *oportet sumere medium cum reduplicatione. sit con* *clusio, bonum est disciplinatum in eo quòd honestum,* *sic syllogizari debet. Omne ens est disciplinatum in* *eo quòd honestum. bonum est ens. igitur bonum est di* *sciplinatum in eo quòd honestum. Habet caput duas* *partes. prima docet quo modo fiat reduplicatio me* *dij. Reduplicatum autem*] *secunda ubi est redu* *plicatio minoris* [*Non est autem eadem positio ter* *minorum.*

De anadiplosi, & thesi syllogismorum, hoc est, de geminatione, & positione. Caput 38.

REduplicatum autem in propositionibus ad primam extremitatem ponendum, non ad medium: dico autem vt si fiat syllogismus ꝙ in bonum ad primam extremitatem ponendum.

Sit. n. A disciplina quoniam bonum, in quo autem B bonum, in quo autem C iustitia. ergo verum est A de B prædicari. Nam boni est disciplina quoniam bonum. Sed & B de C, nam iustitia quiddam bonum est. sit ergo sit resolutio. autem ad B ponatur, quoniam bonum: nō enim A quidem de B verum erit, B autem de C non erit verum: nam bonum quoniam bonum prædicari de iustitia falsum est, & non intelligibile. Similiter autem, & si salubre ostendatur quoniam disciplinatum est in eo quod bonum: aut hircocervus, opinabilis in eo quod sensibilis: aut homo corruptibilis in eo quod sensibile. omnibus enim prædicatis ad extremum reduplicationem ponendum. Non est autem eadem positio terminorum, quando simpliciter quando syllogizatum fuerit, & quando hoc aliquid quo, aut quomodo. Dico autem, vt quando bonum disciplinatum ostensum erit, & quando disciplinatum quoniam bonum. Sed simpliciter quidem disciplinatum ostensum est, media ponendum ens: si autem quoniam bonum, ens. sit enim A disciplina quoniam quid ens, B quo autem B, ens quid: in quo autem C. Bonum verum est ergo A de B prædicari. erat enim disciplina alicuius entis, quoniam quid ens. & B de C, nam in quo C, ens quod quasdam de C, erit ergo disciplina boni quoniam bonum. erat enim quid ens propriæ subſtantiæ ipsius. Si autem ens medium positum sit, & ad ens simpliciter, & nō quid ens dictum sit, non erit syllogismus, quòd est disciplina boni quoniam bonum, sed quoniam ens: verū est ergo A disciplina quoniam ens, in quo B, ens quo C, Bonum. Manifestum igitur, quòd in

ticularibus syllogismis sic sumendum terminos.

ANNOTATIONES.

Simpliciter] .i. sine reduplicatione. *Intelligit per bonum minorem terminum, qui est subiectum conclusionis, vocat disciplinatum maiorem terminum abſque reduplicatione: disciplinatum inquantum bonum maiorem terminum cum reduplicatione minoris: Ens medium: quid ens medium contractum per reduplicationem minoris. Aiunt quidam reduplicationem fieri aut causa gratiæ, aut concomitantiæ, si cum gratia semper addi oportet alicui alteri à prædicato: terminus enim reduplicans significat esse causa inhærentiæ prædicati principijs ad subiectum. si concomitantiæ causa, tunc prædicatum potest reduplicari.*

Argumentum, & diuisio in cap. 39.

Pro perfectiori reductione syllogismorum sepiē præcepta dat Arist. sex in hoc capite, septimum in sequēti. primum, pro termino minus poto, vel oratione minus nota, sumi debet terminus, vel oratio magis nota. secundum, propositiones sint universales, vel particulares. Tertium, exempla semper vera non ficta sed utiliter falsa quæ ueris, nisi sequatur quid inde nemini. Quartum, syllogismi, qui sese comprobant, possunt in diuersis fieri figuris. Quintum, ad confirmandum ibi. inspice conclusionem. quæ si sit universaliter non potest confirmi in tertia fig. sed in prima. Sextum, ad destruendum definitionem sufficit interimere partem definientis. ut aqua est potus humidus; ergo non esse potum non

tum. Septimum in sequenti. Caput autem diuidit in sex partes, prima continet primum præceptum in verbis [oportet autem accipere] secunda secundum ibi [non est autem] tertia tertium sic [non oportet autem] quarta quartũ [non latent autem] quinta quintum, ubi ait [quoniam autem] sexta sextum, ubi ait [Et ad definitione.]

Pro debita resolutione præcepta.
Caput 39.

OPortet autem accipere quæ idem possint nomina pro nominibus, & orationes pro orationibus, & nomẽ, & orationem, & res pro oratione nomẽ suscipere: facilior est terminorum expositio, vt si nil differt dicere suspicabile opinabilis non esse genus, aut non esse idem quiddam suspicabile quod opinabile: nam si idem est quod significatur; pro oratione dicta, suspicabile, & opinabile terminos ponendum. Quoniam vero non est idem, voluptatem esse bonum, & esse voluptatem quod bonum; similiter ponẽdum terminos: sed si est syllogismus quod voluptas quod bonum; terminum nendum quod bonum: si autem ꝙ bonum, num: similiter autem & in alijs. Non est autem idem neque esse, neque dicere ꝙ cui, & huic quoque omni, A inest: & dicere, si cui ni B inest, & A inest omni: nihil enim prohibet B inesse C, non autem omni: vt, sit B pulchrum quid, C autem album. si igitur alicui albo pulchrum quid; verum est dicere ꝙ albo pulchrum, sed non omni forsasse. Si ergo A est B, non omni autem de quo B (neque enim si C, inest B, neque si solum alicui non) ne-

se est ei quod est C, inesse A, non quia non omni, sed nec inesse ei, quod est C. Si autẽ de quocunque B dicatur, verè huic omni inest A; accidet, vt de quo omni B dicitur, de eo omni & A dici. Si autem A dicitur de omni, de quo B dicitur; nihil prohibet ei quod est C, inesse B, non omni autem A, aut non inesse omnino. In tribus igitur terminis manifestum est, ꝙ de quo B quidem omni & A dicitur, hoc est de quibuscũque B dicitur de omnibus dicitur & A: &, si B quidem de omni, & A similiter: si autem non de omni; non necesse est A inesse omni. Non oportet autem arbitrari propter expositionem accidere aliquod inconueniens: non enim labo ramus in eo quòd aliquid sit hoc, sed quemadmodum geometer pedalem, & rectam hanc esse & sine latitudine dicit, quę non est: sed nõ sic vtitur, vt eis syllogizans. Omnino enim, quod non est vt totum ad partem, & aliud ad hoc vt pars ad totum, ex nullo talium ostendit demonstrator, neque enim fit syllogismus. Expositione autem sic utimur, vt & tenuit qui discit docentes: non enim sic vt sine his non possibile sit demonstrare, quemadmodum ex quibus est syllogismus. Nõ lateat autem nos, quod in eodem syllogismo, non omnes conclusiones per unam eandem figuram sunt, sed hæc quidem per hãc, illa uero per aliam. Palam ergo, quod & resolutionem sic faciendæ. Quoniam autem non omne propositum in omni figura, sed in vnaquaque depositi manifestũ est ex conclusione, in qua figura fit quærendum. Et ad definitiones oratio notatæ, in eorum quæ insunt termino, ad quod argumentatum est, ponendum terminum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

non totam orationem: minus enim contingit perturbari propter longitudines: vt, si quis dicat quam ostendit, & est humidus potus, potum, & aquam terminos ponendum.

ANNOTATIONES.

Oportet autem accipere] s. ad plenam vocem *permutare.* [*quod bonum*] est cum reduplicatione [*similiter*] .i. non æquè, [*non est autem idem neque se, neque dicere*] .i. non est idem neque re ipsa neque oratione [*propter expositionem*] .i. positionem terminorum: non enim vtimur his ad syllog. sed vt constet discenti per hæc quid vel de quibus syllogizandum sit. [*ad unum quidda sunt argumentata &c.*] .i. quæ omnia ad unum aliquid redarguunt eorum, quæ sunt in definitione, ad quod redarguendum est.

Argumentum, & diuisio in cap. 40.

Septimum præceptum est. syl. ex hypothesi non reducuntur ad aliquam figuram in eo quid hypothesis. Docet vt, si quis conederet hanc contrariorum non esse eadem disciplina, probato, quòd contrariorum non sunt eadem potestates; à transumpto opponente probante, quòd contrariorum non est eadem potestas. in ea probatione infert conclusionem per syl. ostensivum, rationem vero syl. ex hypothesi dicitur syl. resolubilis in duas propo. & tres terminus. sed illa non est conclusio principalis, sed quæ infertur ex illa conclusione probata, vt, si hæc probata sit, omnium contrariorum non est eadem potestas; tunc infertur cum consequentia, omnium contrariorum non est eadem disciplina per syl. à transumpto. Sic syl. ad impossibile dicitur syllogisticus, & resolubilis in duas propo. tres terminus, tamen ad conclusionem intentam probandi non syllogistice, sed ex suppositione, differt autem syl. ad impossibile ab aliis, qui sunt hypothetici: quoniam in hypo. semper concluditur aliquid præter conclusionem primò intentam, non in syl. ad impossibile hoc oportet.

De resolutione syllogismorum ad impossibile, & in hypothesi. Caput. 40.

AMplius autem ex hypothesi syllogismos non est tentandum reducere: nam non est ex ijs quæ posita sunt reducere: non enim per ea syllogismum ostensi sunt, sed ad placitum concessi sunt omnes. Vt, si quis ponat, si una quæque disciplinarum est una: Deinde disputet, quod non est una potestas contrariorum; neque disciplinam esse unam: Deinde disputet, quod non est una potestas contrariorum: ut sanatiui, & ægrotatiui: simul enim idem erit sanatiuum, & ægrotatiuum. Quod autem non est omnium contrariorum una potestas, ostensum est; sed quod disciplina non una, non est ostensum, quanuis contingat sit necesse, at non ex syllogismo, ueruntamen ex hypothesi: hoc igitur non est reducere, quod non una potestas est: hic enim fortasse erit syllogismus: illud autem hypothesis. Similiter autem in his, qui per impossibile concludunt: hos enim neq; est resoluere, sed ad impossibile quidem reductionem, est: syllogismo enim monstratur: alterum autem non est: nam ex hypothesi concluditur. Differunt autem à prædictis, quoniam in illis quidem oportet prius confiteri, si debet concedere: ut si ostendatur, una potestas contrariorum, & disciplinam esse eandem: hic autem, & non prius confessi concedunt;

dunt, eò quòd manifestum sit falsum: ut posita diametro symetros eò quòd impacia esse aqualia paribus. Plures autem & diuersi terminantur ex conditione, quos prospicere oportet, & notare aptè. Qux ergo horum differetiæ, & quotiens fiunt, qui ex hypothesi, postea dicemus: nunc autem tantum sit nobis manifestum quòd est resoluere in figuras huiusmodi syllogismos: & ob quam causam diximus.

Argumentum & diuisio in cap. 41.

Syl. uniuscuiusque figuræ sic inter se reducuntur. syl. in prima figu. negatiui ad secundam fig. per conuersionem reducuntur, affirmatiui non: quia non ex omni concluso affir. in secunda fig. sed omnes secundæ per Bocardum ad primam. Particulares prima fig. ad tertiam. tertiæ verò exceptis Bocardo, & Ferison reducuntur, reducuntur ad primam. Inter modos secundæ Festino ad tertiam & est Ferison per conuersionem utriusque prop. inter modos tertiæ Felapton & Ferison ad Ferino in secunda. Dividitur capitulum in tres partes: in prima reducit Arist. syl. primæ ad secundæ ibi [Quæcunque autem] in secunda syl. primæ ad syl. tertiæ, ubi ait [Rursus qui in tertia] in tertia syl. secundæ ad tertiam, & tertiæ ad secundam, ubi infert [Eorum autem qui in media sunt fig.

De reciproca reductione syllogismorum unius figuræ in aliam. Caput 41.

QVæcunque autem in pluribus figuris ostrantur proposita, si in altera syllogizetur, est reducere syllogismum in aliam: ut eum, qui in prima est, priuatiuum in secunda

est da figura: & eum, qui in media est, in prima. Non omnes autem, sed quosdam: erit autem in sequentibus manifestum. Si enim A nulli B, B autem omni C, A nulli C, sic ergo prima figura: si autem conuertatur priuatiua, media erit. Nã B A quidem nulli, C autem omni inerit. Similiter autem, & si non vniuersalis, sed particularis fit syllogismus: vt si A quidem nulli B, B autem alicui C, conuersa enim priuatiua, media erit figura. Eorum autem syllogismorum, qui sunt in secunda figura, vniuersales quidem reducentur in primam figuram, particularium autem alter solum. Insit enim A, B quidem nulli, C verò omni, conuersa priuatiua, prima erit figura: nã B quidem nulli A, A autem omni C inerit. Si autem prædicatiuum quidem fit ad B, priuatiuum autem ad C; primus terminus ponendus est C, hoc enim nulli A, A autem omni B, quare nulli B inerit C, ergo & B nulli C: conuertitur enim priuatiua. Si autem particularis fit syllogismus, quando priuatiuum quidem erit ad maiorē extremitatem; resoluetur in primam figuram; vt, si A nulli B, B autem alicui C, cõuersa enim priuatiua, prima erit figura: nam B quidem nulli A, A autem alicui C. Quando verò prædicatiuum; non resoluetur: vt, si A quidem omni B, C verò non omni: non enim suscipit conuersionem A. Neque cum sit, erit syllogismus. Rursus qui in tertia quidem sunt figura, non resoluuntur omnes in primam: qui autem sunt in prima omnes in tertiam. Insit enim A quidem omni, B autem alicui C, ergo, quia conuertitur particularis prædicatiua; inerit & C alicui B: A verò omni B inerat, quare fit tertia figura. Et si priuatiuus sit syllogismus; similiter: cõuertitur enim

pri-

particularis affirmatiua: quare A quidem nulli
B: C autem alicui inerit. Eorum autem syllogi-
morum, qui sunt in postrema figura, unus mo-
tum nō resoluitur in primam, quando non fu-
uersalis ponitur priuatiua alij autem omnes re-
soluuntur. Prædicentur enim de omni C, & A de
B: ergo conuertetur C ad vtrunque particulare.
terī inerit ergo A, alicui B: quare erit prima figu-
ra. Siquidem A omni C, C vero alicui B, & B A
dem omni C, B autem alicui C, eadem ratione
uertitur enim ad B. C. Si autem B quidem vni-
C, A autem alicui C, primus ponendus B, alicui
B, omni C, C autem alicui A, quare B, alicui A.
quoniam autem conuertitur particularis, & A
alicui B inerit. Et si priuatiuus sit syllogismus
vniuersalibus terminis; similiter sumēdum. Ver-
sit enim B omni C, A autem nulli C: ergo alicui
B inerit C, A autem, nulli C: quare erit necessa-
C. Similiter autem & si priuatiua quidem ha-
uersalis, prædicatiua autem particularis: ma-
A quidem nulli C, C autem alicui B inerit. Si
tem particularis sumatur, priuatiua non erit
solutio: vt si B quidem omni C, A autem. Alio-
C: non est conuersa enim B, C vtrunque prop-
tiones erunt particulares: Manifestum autem
quod ad resolūēdum ad seinuicem figuras, qua
ad minorem extremitatem est propositio, vni-
uertenda in vtrisque figuris: hac conuersa, ex
sitia fit. Eorum autem, qui in media sunt fig-
ra, alter quidem resoluitur, alter uero non. Q
soluitur, in tertiam: nam cum sit vniuersa
priuatiua; resoluitur: Si enim A nulli C
dem B, alicui autem C, vtraque similiter
uertitur ad A: quare B quidem nulli A, C
alicui, medium ergo A. Quando autem A o

B, C autem alicui non insit; nō fit resolutio: neu-
tra enim propositionum ex conuersione vniuer-
salis. Qui autem ex tertia sunt figura, resoluen-
tur in mediam, quando fuerit vniuersalis priua
tiua: vt, si A nulli C, B autem alicui, aut omni C:
nam C, A quidem nulli: B autem alicui inerit. Si
autem particularis sit priuatiua, non resoluetur
non enim suscipit conuersionem particularis
negatiua. Manifestum ergo, quod idem syllo-
gismi non resoluuntur in his figuris, qui nec in
primam resoluebantur: Et quod in primam fi-
guram reductis syllogismis, isti soli syllogismi
per impossibile claudūtur. Quomodo ergo opor
tet syllogismos reducere, & quod resoluūtur fi-
gurz in seinuicem, manifestum ex dictis.

Argumentum, & diuisio in cap. 42.

Propositio affir. cum prædicato infinito, & negat.
cum finito differunt; vt homo non est albus, & homo
est non albus: nam, sicut differunt, Possibile est Socra-
tem ambulare, & possibile est Socratem non ambula-
re, sic duæ dictæ, deinde non est idem, esse non æqua-
le, & non esse æquale: quoniam non æquali subiacet
inæquale, & æquali nihil. postea propositionem affir.
cum prædicato infinito sequitur aliquid, quod non se-
quitur neg. cum finito; vt hoc est lignum non album
sequitur hoc, hoc est lignum: sed non hoc, hoc non est
lignum album. Conueniunt autem: quoniam sicut hoc
est album, & hoc non est album: de quolibet vera esse
possunt; sic hoc est non album, & hoc non est non al-
bum. Et sicut affirmationem cum prædicato finito se-
quitur neg. cum infinito: sic neg. cum finito affirmati-
uam cum infinito, unde prop. quorum termini sunt infi-
niti, conueniunt cum neg. in quibus affirmatiua in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fert neg. cum prædicato opposito: ut hoc est inæquale, igitur non est æquale. Differunt autem universales cum prædicato finito, & infinito à particularibus: quoniam si prædicatum conueniat tabletto pro aliquibus suppositis, & aliquibus non; amba universalia erunt falsa, & particulares veræ: ut, si quædam animalia sunt alba, & quædam non; sunt hæ falsæ. Omne animal est album, & omne animal non est album, & particulares veræ. Quare hoc in opposito, affirmativa cum prædicato infinito non syllogizatur negativa cum finito: neg. enim concluditur in Celarent, & affirm. in Barbara. verùm affirm. cum prædicato infinito concluditur ut affir. cum prædicato finito. Quapropter ad maiorem notitiam quatuor notandæ sunt conclusiones. primus est. si ad antecedens sequitur consequens; ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis: quoniam oppositum consequentis sequitur ad oppositum antecedentis, vel stat cum antecedente. sed non stat: nam oppositum consequentis repugnat consequentitoque & antecedenti. secundus est. ad oppositum antecedentis non sequitur oppositum consequentis. Tertius est, oppositum consequentis non stat cum antecedente. Quartus, oppositum antecedentis potest stare cum consequente. Sed ad primum canonem fit instantia: nam esto, quòd A. & B. contradicant: C. & D. ex altera parte. si ad C. sequatur A. ad B. contradictorium consequentis sequitur D. non natur igitur contradictorium consequentis, & eius oppositi: scil. A, & B. & sit F. & oppositum antecedentis, & oppositi eius, idem, C. & D. & sit H. Quòd si ad igitur ad C. sequatur A. Ad F. sequitur H. Quòd si ad E. sequatur H. ad D. sequitur B, sed D. ponebatur contradictorium primi antecedentis, C. & B. contradictorium consequentis A. quare ad oppositum antecedentis sequitur oppositum consequentis. Verum ratio-

detur, quòd non una est negatio duorum oppositorum, sunt ponebatur F. vel H. sed sunt duæ negationes: una negatio huius, hoc est bonum, est, hoc non est bonum. & negatio huius, hoc non est bonum, est, non hoc non est bonum, vel hoc est bonum. Habet autem hoc caput tres partes. prima comparat affirmativam de prædicato infinito ad neg. de prædicato finito, & secatur in quat. nor. primum est [Differt autem in construendo] deinde [habent autem ordinem] postea [similiter autem se habent] demum [in pluribus autem] secunda pars dat diversum modum syllogizandi affir. & neg. relatus sic [Quoniam autem palam] tertio continet quatuor canones, & instantiam, & responsum, ubi legitur [simpliciter autem quando.]

De syllogismis ex propositionibus infinitis & primatiuis: ac ipsarum & simplicium consequentijs.

Caput. 42.

Differt autem in construendo, vel destruendo opinari, aut idem, aut diuersum significare, nõ esse hoc, & esse non hoc: vt non esse album, ei quod est esse non album, non enim idẽ significant: nec est negatio eius, quæ est, esse album, ea, quæ est, esse non album, sed non esse album. Ratio autem huius hæc est, similiter enim se habet possibile est ambulare, ad possibile est non ambulare, ei quæ est, esse album, ad esse nõ album: & scit bonum, ad scit non bonum: nam scit bonum, vel sciens bonum, nihil differt: neq; potest ambulare, vel est potens ambulare: quare & opposita, non potest ambulare, & non est potens ambulare. Si igitur non est potens ambulare, idem significat, & est potens non ambulare, quæ simul inerunt eidem; nam idem potest ambulare,

bulare, & non ambulare: & idem sciens bonum & non bonum est. Affirmatio autem, & negatio non sunt oppositę simul in eodem. Quem admodum ergo non idem est, non scire bonum, & scire non bonum, nec esse non bonum, & non esse bonum idem: nam proportionalium, si alterum sit, & alterum: nec esse non æquale, & non esse æquale idem, huic enim quod est non æquale, subiacet aliquid, & hoc est inæquale, illi vero nihil: eò quòd æquale quidem, vel inæquale non omne est, æquale autem, vel non æquale omne. Amplius est non album lignum, & non est album lignum, non simul sunt: si enim est lignum non album; erit lignum: quod autem, non est album lignum, non necesse est esse lignum. Quare manifestum est, quòd non est eius quod est bonum, est non bonum, negatio: si ergo de omni vna vel affirmatio, vel negatio vera: si non est negatio; palam, quòd affirmatio aliquo modo erit: affirmationis autem omnis, negatio est: & huius ergo est non bonum, ea quæ est, non est non bonum.

Enunciationum simplicium, an infinitarum, siue transpositarum per varia exempla dispositio.

Propositio affirmatiua simplex. Et album.	Propositio negat. simplex. Non est albū.
Negatiua infinita, seu transposita. Non est album.	Affirmatiua infinita, seu transposita. Est non album.

Exemplum manifestius.

Affirmatiua simpl. in minus. Est æquale.	Nega. simplex in plus. Non est æquale.
Neg. trāspositā in plus. Non est nō æquale.	Affir. transposita in minus. Est non equale.

Exemplum manifestius appositio subiecto ipsi propositioni.

Affirmatiua simplex. Lignum est album.	Negatiua simplex. Lignum nō est album.
Negatiua infinita. Lignū nō est nō albū.	Affirmatiua infinita. Lignū est non album.

Habent autem ordinem hunc adinuicem: sit esse quidem bonum in quo A, non esse autem bonum in quo B, esse autem nō bonum in quo C sub B, non esse autem non bonum in quo sub A, omni ergo inerit aut A, aut B: & nulli eidem, & omni aut C, aut D, nulli eidem: & cui

C inest, necesse est B omni inesse. Si enim verū est dicere, quod est non album, & quod non est album, verum: impossibile est enim simul esse album, & esse non album: aut esse lignum album, & esse lignum non album: quare si nō affirmatio; & negatio inerit. Ei autem quod est B, non semper C: quod enim omnino non est album, neque lignum erit album, nec non album. Econuerso autem cui inest A, & D omnino inest: aut enim C, aut D: quoniam autem non possunt simul esse non album, D inerit: nam de eo quod est album, verum est dicere, quod non est non album. De D, autem nō omnino A erit: nam de eo quod omnino non est lignū, non est verum est dicere A, quod est lignum album. Quare D uerum est, & A non verum quoniam est lignum album.

Palam autem, quòd & A, & nulli C eidem insunt: B, & D contingit eidem alicui inesse.

Propositionum simplicium, & infinitarum seu transpositarum ordo, ac consequentiæ.



similiter autem se habent & priuationes ad prædicationes eadem positione: erit enim æquale, in quo A, non æquale in quo B: inæquale, in quo C: non inæquale, in quo D.

Propositionum simplicium, ac primarium ordo, ac consequentiæ.

In pluribus autē, quorum his quidem inest, illis verò non inest, idem, negatio quidem fiet: aliter vera sit, quòd non sunt alba omnia, aliter quòd non est album vnumquodque, aut quod omne est non album vnumquodque, aut quod omnia sunt non alba, falsum est. Similiter autem eius, quæ est omne animal album, non hæc est non album omne animal negatio, ambæ enim falsæ: sed est, non omne animal album. Quoniam autem palam quòd aliud significat est nō albū, & non est album, & illa quidem affirmatio, hęc vero negatio, manifestum quod non est idem modus monstrandi vtrunque, vt quoniam quic quid est animal, non est album, aut contingit non esse album, & quod verum dicere non album: hoc enim est esse non album. Sed verum quidem dicere, est album, siue non album, idē modus. Constructiuè enim ambæ per primam ostenduntur figuram: nam verum ei quod est si militer ordinatur: eius enim quę est, verum dicere album: non hæc verum dicere non album, negatio: sed hæc, non est verum dicere album: si enim verum est dicere qcquid est homo musicum esse, aut non musicum esse: quicquid est animal sumendum musicum, esse aut non musicum esse, & offensum est. Non esse autem musicum quicquid est homo destructiuè monstratur secundum dictos tres modos. Simpliciter autem quando sic se habent A & B, vt simul quidem ei dem non contingant, omni autem de necessitate alterum, & rursum C & D similiter. Sequitur autem id quod est C A: & non conuertitur, & id quod est B sequetur D, & non conuertitur. & A quidem, & D contingūt eidem: B autem & C nō contingunt. Primum ergo quoniam id quod est B, sequitur D: hinc manifestum, quod eorum quæ sunt C D alterum ex necessitate omni inest. Rursus autem B, non contingit C, eò quòd simul inesset A: A autem, & B nō contingunt eidem: manifestum, quod D sequetur B. Rursum quoniam ei quod est A non conuertitur C, omni autem vel C, vel D, contingit A, & D eidem inesse. B autem, & C non contingit: eò quod conse-

quitur

quitur A id quòd est C : accidit enim quidda
impossibile. Manifestum est ergo, quod nec
ei quod est D conuertitur, eò quod contingit
mul ad inesse.

Simplicium, ac transpositarum propositionum ordo
consequentia in terminis ignotis mutata tam
prioribus terminorum ordine. nos autem clariori
intelligentiæ gratia, notos etiam terminos appo
sumus.

A. Prima suppositio. B.
Non est bonum. Nulli ambo: omni alterum. Est bo

C. D.
Est non bonum. Nulli ambo: omni alterū. Secunda suppositio. Non est nō bonū

Accidit autem aliquoties in huiusmodi terminorum ordine falsi: eò quod opposita non sumatur recte. Quorum necesse est omnem alterum inesse. Vt si A, & B non cōtingunt simul eidem, necesse est autem inesse cui alterum, alterum: & rursus C, & D similiter, cui autem C omni sequitur A, accidet enim cui D, B inesse ex necessitate, quod falsum est: si sumatur enim negatio, eorum, quæ sunt A B, ea quæ est in quibus F, & rursus eorum quæ sunt C D, ea quæ in quibus G. necesse est igitur omni inesse uel A, uel F, aut enim affirmationem, aut negationem, & rursum, aut C, aut G. affirmatio enim, & negatio. & cui C, omni A subiacet: quare cui F, omni hoc quod est G. Rursum quoniam eorum quæ sunt F B, omni alterum: & eorum quæ sunt G D, similiter. Sequitur autem G id quod est F & id quod est D sequitur B: hoc enim scimus. Si ergo A id quod est C: & id quod est D. sequetur B. hoc autem falsum. econtrario enim erat in his (quæ sic se habent) consequentia. Non enim fortasse necessarium omni inesse, aut A, aut F: nec F, aut B: non enim est negatio eius quod est A hoc quod est F: nam boni non bonum negatio: non autē est idem hoc quòd est non bonum, et quod est neque bonum, neque non bonum: similiter autem & in C D, nam negationes quæ sumptæ sunt, duæ sunt.

Primi Priorum Analyticorum
Aristotelis, finis.

ARISTOTELIS

Priorum resolutoriorum.

Liber Secundus.

SVMMA LIBRI.

De Potentijs, impotentijsq; syllogismis, de ipsis Annexis.

De Potentijs syllogisticis.

ARGVMENTVM, ET diuisio in cap. 1.

Syllogismorum modi vniuersales affirm. vel neg. pot. sunt plures proferre conclusiones: item; particul. affir. sed neg. unam tantùm. Ellos subsumptiones terminos. quicquid est sub substantia, vtpote ad diuid at omnia sunt substantia. sit minor, Socrates, & est substantia. medium potest sumi quicquid est supremum substantia ad Socratem. & hic medius terminus quandoque accipietur sub minori termino quandoque sub medio. atque hoc pacto una conclusio plura media potest inferri, vel maior propositio plures conclusiones conficere, & eò magis si conuertatur terminus. Caput verò duas habet partes. prima habet epilogum eorum, quæ in primo lib. scripsit. Hic

His verbis [in quot ergo figuris] secunda diuiditur in duas. prima docet, quo modo syl. primæ fig. plura concludant, hic [Quoniam autem alij] secunda secundæ fig. ibi [In secunda autem figura.]

Qui syllogismi plures possint concludere conclusiones. Cap. 1.

IN quot ergo figuris, & p quales, & quot propositiones, & qs, & quo fit syllogismus, amplius autem ad quæ perspicie dū cōstruenti, & destruenti, & quo oporteat quærere de, p posito fm unāquāq; artē amplius aūt p quā uiā sumemus, quæ in singulis sunt principia, iam pertransiui mus. Quoniā autem alij quidem syllogismorū sunt uniuersales, alij uero particulares: uniuersales quidem omnes semper plura syllogizant, particulatium autem prædicatiui quidem plura, negatiui uero cōclusionem solam: nam aliæ quidem propositiones conuertuntur: priuatiua uero non conuertitur. Conclusio uero aliquid de aliquo est: quare alij quidem syllogismi plura syllogizant. Vt si A ostensum sit omni, aut ali cui B inesse: & B alicui A necessarium est inesse, & si nulli B inesse A, & B nulli A: hoc autē aliud est A priore. Si autem A alicui B non insit: non necesse est & B alicui A non inesse: contingit enim omni A inesse. Hæc ergo communis omnium causa uniuersalium, & particularium. Est autem de vniuersalibus, & aliter dicere: quæcūq; enim aut sub medio, aut sub conclusione sant, omnium erit idem syllogismus; si illa quā

dem in medio, hæc verò in conclusione ponuntur: ut si A B conclusio per C, quæcunque sub B, aut sub C sunt, necesse est de omnibus dici A: nam D si in toto B, & B in A, & D erit in A. Rursum si E in toto C, & C in toto A: & E in toto A erit. Similiter autem, & si privatiuus fit syllogismus. In secunda autem figura quod sub conclusione erit, solum erit syllogizare, vt si fit nulli B, & omni C: conclusio quod nulli C, quod est B. Si autem D sub C est, manifestum, quod non inest ei B: ijs autem quæ sunt sub A, quoniam B non inest, non palam est per syllogismum, ersi non ineſt B, ei quod est E, si est D sub A: sed D ineſſe quidem B, nulli C, per syllogismum ostensum est: nō ineſſe uero A hōc per se est B, indemonstratum sumptum est: quare non per syllogismum accidit B non ineſſe E. In particularibus autem, eorum quidem quæ sub conclusione sunt, non erit necessarium: Non enim fit syllogismus, quando ea sumpta fuerit particularis, eorum autem quæ sunt sub media, erit omnium, veruntamen non erit per syllogismum: vt si A omni B, & B alicui C: nam eius quod sub C est positum, non erit syllogismus: eius verò quod sub B erit, sed non propter eum, qui factus est syllogismum. Similiter autem & in ijs figuris: nam eius quidem quod sub conclusione est, non erit: alterius verò erit: verùm non per syllogismum, eo quod & in vniuersali ex indemonstrata propositione, quæ sunt sub medio ostendebantur, quare neque hic erit, & in illis.

AN-

ANNOTATIONES.

A. B. C.] *maior terminus, minor, & medius. D. sunt medy sub B. reperti. E. sunt medy sub C.* [*indemonstratum sumptum est*] *i. non palam fit per syl. B. maiorem terminum remouerí ab his, quæ sub medio continentur; quanquam re vera remouetur. unde ait conclusionem illam scilicet nullum C. est B. ostensam esse per syl. sed maior indemonstrata accipitur.*

Argumentum, & diuisio in cap. 2.

Licet syl. constituuntur ex utraque prop. vera; sic ex utraque falsa, uel altera uera, altera falsa, ex utra que uera sequitur conclusio, & non falsa: duæ enim contradictoriæ essent simul uerę: nam illud falsum non repugnaret uero. Sed ex utraque falsa, uel altera fit conclusio quandoque vera quia est, sed non propter quid: siquidem in qualibet figura. & in singulis modis ex utraque falsa in toto, uel in parte, vel altera, sequitur conclusio uera. uerum maior in prima figura non sit prorsus falsa, ac minor uera: aliàs conclusio uera non sequeretur.

Quòd ex falsis in prima figura verum colligatur. Cap. 2.

Est ergo sic se habere, vt veræ sint propositiones, ex quas fit syllogismus, est autem vt falsa, est vero vt hęc quidem vera, illa autem falsa conclusio autem aut vera, aut falsa ex necessitate. Ex veris ergo non est falsum syllogizare, ex falsis autem verum, tamen non propter quid, sed quia: nam eius qui est propter quid, non ex falsis

falsis syllogismus: ob quam autem causam, in sequentibus dicetur. primum ergo quod ex veris non possibile fallum syllogizare, hinc manifestum. Si enim cū est A, necesse est esse B: non est B, necesse est A; non esse: si ergo verum est A; necesse est & B verum esse, aut accidit simul & esse, & non esse, hoc autem impossibile. Non autem quoniam ponitur A vnus terminus accipiatur contingere vno aliquo existente, ex necessitate aliquid accidere: non enim ita est: nam quod accidit ex necessitate, conclusio est: p quæ autem fit: ad minimum tres fuerunt termini, duo autem interualla, & propositiones. Si ergo verum est cui omni inest B, & A: cui autem C, & B: cui C, necesse est A inesse: & non possibile hoc falsum esse: simul enim erit idem, & non erit: ergo A vt vnum positum est duas propositiones colligere. Similiter autem se habet & priuatiuis: non enim est ex veris ostendere falsum. Ex falsis autem est verum syllogizare, & vtrisque propositionibus falsis, & vna: hæc autem non vtralibet contingit, sed secunda: si quidem totam sumamus falsam: non tota autem sumpta, est vtralibet. Insit enim A omni C, ei autem quod est B nulli nec B insit C: contingit autem hoc, ut nulli lapidi alal. & lapis nulli homini: igitur sumatur A, omni B: & B, omni C: A, omni C inerit: quare ex vtrisque falsis vera est conclusio, omnis enim homo animal; Similiter autem & priuatiuū: insit enim C nulli, nec A, nec B autē B omni: vt si eisdem terminis sumptis, medium ponatur homo lapidi enim nec animal nec homo nulli inest: homini autem omni animal: quare si cui quidem omni inest, sumatur nulli inesse: cui verò non inest, omni inesse: ergo falsis

falsis vtrisque vera erit conclusio. Similiter autem ostenderetur, & si in aliquo vtraque falsa sumatur. Si autem altera ponatur falsa prima qui dem tota falsa existente vt A B, non erit conclusio vera: B C autem erit. Dico autem totam falsam quod contrariam veræ, vt si quod nulli inest omni sumptum est, aut si quod omni, nulli inesse. Insit enim A, B nulli: B autem omni C: si ergo B C quidem propositionem sumamus veram, A B autem falsam totam, & omni B, inesse A, impossibile est A C conclusionem veram esse: nulli enim inerat A earum quæ sunt C: si quidem cui B nulli, B autem omni C. Similiter autem nec si A, omni B inest: & B, omni C. A B autem falsa tota, & nulli, cui B, inest A, conclusio falsa erit: omni enim C, inest A, siquidem cui B omni, & A: B autem omni C. Manifestum ergo, quò prima tota sumpta falsa sive affirmativa, sive priuativa, altera autem vera, non sit vera conclusio. Non tota autem sumpta falsa: erit: nam si A, C quidem omni inest, B autem alicui: B autem omni C: ut animal, cygno quidem omnia: albo autem alicui, album autem omni cygno si sumatur A omni B, & B omni C: A omni C inerit verè: omnis enim cygnus, animal. Similiter autem & si priuativa sit A B: possibile est enim A B quidem alicui inesse, C verò nulli: B autem omni C: ut animal alicui albo, nisi verò nulli: album verò omni nisi: si ergo sumatur A quidem, nulli B: B autem, omni C: A nulli C inerit. Si autem A B quidem propositio tota sumatur vera, B C autem tota falsa erit syllogismus verus: nihil enim prohibet A, & B & C omni inesse: B autem nulli C, vt quæcunque

cunq; eiusdem generis sunt species non subalternæ: nam animal & homini, & equo inest: equus autem nulli homini inest: si ergo sumatur A omni B: & B omni C: conclusio vera erit, tota falsa B C propositione. Similiter autem cum vniuersalis priuatiua est A B propositio contingit enim A neq; B, neq; C nulli inesse: & B nulli C: vt ex alio genere speciebus diuersum genus: nam animal nec musicæ, nec medicinæ est, neque musica medicinæ sumpta, ergo A quidem nulli B, B autem omni C: vera erit conclusio. Et si non tota falsa sit B C, sed in aliquo etiam sic erit conclusio vera. Nihil.n. prohibet A, & B & C toti inesse, B autem alicui C: vt genus speciei, & differentiæ: nam animal hominis omni, & omni gressibili: homo autem alicui gressibili, & non omni: si ergo A omni B, & B omni C sumatur: A omni C inerit, quod quidem erat verum. Similiter autem cum priuatiua est A B propositio: contingit enim A nec B, nec C nulli inesse: B vero alicui C. at genus ex alio genere speciei, & differentiæ: nam animal nec sapientiæ nulli inest, nec contemplationi: si ergo sumatur A, nulli B: B autem omni C: nulli C inerit A: hoc autem erat verum. In particularibus autem syllogismis contingit & prima propositione tota falsa existente, alterа autem vera, veram esse conclusionem, & A B in aliquo falsa existente, B C autem vera, & A B quidem vera, partialati autem falsa: & vtrisque existentibus falsis. Nihil enim prohibet A, B quidem nulli inesse, C autem alicui, & B alicui C inesse, vt animal nulli niui, albo autem alicui inest, & nix albo alicui: si ergo ponatur medium nix, primum ani-

tem animal, & sumatur A quidē toti B inesse, B autem alicui C, A B tota falsa, B C autem vera: & conclusio vera. Similiter autem & cum prima est A B propositio: possibile est enim A, B quidem toti inesse: C autem alicui non inesse, B verò alicui C inesse: vt animal homini quidem omni est, album autem aliquod non sequitur, homo verò alicui albo inest, quare si medio posito homine, sumatur A nulli B inesse, & B alicui C, vera fit conclusio: cùm sit tota falsa A B propositio. Et si in aliquo sit falsa A B propositio, B C vera existente: erit conclusio vera. Nihil enim prohibet A, & B, & C, alicui inesse: B autē alicui C: ut animal alicui pulchro, & alicui magno: & pulchrum alicui magno inest. Si ergo sumatur A omni B. & B alicui C: & A B quidem propositio in aliquo falsa erit, B C autem vera: & conclusio vera. Similiter autem & cum priuatiua est A B propositio: nam iidem erunt termini, & similiter positi ad demonstrationem. Rursum si A B quidem vera, B C autem falsa: vera erit conclusio. Nihil enim prohibet A quidem toti inesse B, C autem alicui: & B nulli C inesse. Vt animal, cygno quidem omni, nigro autem alicui, cygnus vero nulli nigro: quare si sumat A omni B, & B alicui C, vera erit conclusio, cum sit falsa B C. Similiter autem & priuatiua sumpta A B propositione: possibile.n. A quidem nulli: C autem alicui non inesse, & B nulli C: vt genus ex alio genere speciei & accidenti eius speciebus: nam animal quidem nulli mero inest albo, verò non alicui: nume rus autē nulli albo: si ergo medium ponatur numerus, & sumatur A quidem nulli B, B autem alicui C, A alicui C non inerit: quod fuit verum

cum

eum A B quidem sit propositio vera, B C autem falsa. Et si in aliquo sit falsa A B, falsa autem & B C erit conclusio vera. Nihil. 9. prohibet A, alicui B & alicui C inesse vtriq;, B autem, nulli C: vt si B sit contrarium ipsi C, & ambo accidentia eidem genetinæ animal alicui albo, & alicui nigro inest, & est, album autem nulli nigro inest: si ergo sumatur A omni B, & B alicui C: vera erit conclusio. Et priuatiua quidem sumpta A B, similiter. Nidem termini, & similiter ponentur ad demonstrationem. Et ex vtrisque falsis, erit conclusio vera. Possibile est enim A, B quidē nulli C autem alicui inesse: B vero nulli C. Vt genus ex alio genere specici, & accidenti speciebus eius, animal enim numero quidem nulli, albo vero alicui inest, & est, & numerus nulli albo. Si ergo sumatur A omni B: & B alicui C: conclusio quidem vera, propositiones verò ambæ falsæ. Similiter autem & cum priuatiua est A B. Nihil enim prohibet A, B quidem toti inesse: C autem alicui non inesse, & neque B, nulli C: vt animal cygno quidem omni, nigro autem alicui nō inest: cygnus verò nulli nigro quare si sumatur A nulli B, B autem alicui C: A alicui C non inerit: ergo conclusio quidem vera, propositiones autem falsæ.

ANNOTATIONES.

Non propter quid, sed quia. [i. non quoad prop. falsa veri, sed una extremitas alius non sit cum A necesse est esse B.] *i. cum est antecedens, non* ideo est cōsequens: sit enim A antecedens hæc locutio, B consequens. [nō autem quoniam ponitur A, sequitur hæc cit. ex una prop. categorica non sequitur

ex duabus falsis. [sit enim A omni C. &c.] sic constructis. omnis lapis est animal, sed omnis homo est lapis, omnis igitur homo est animal, in Barbara est syl. in Celarent. Nullus homo est animal omnis lapis est homo, igitur nullus lapis est animal. [similiter augmentum ostenditur si in aliquo] i. aliqua parte, ut omne animal est homo. [non tota autem sumpta falsa &c.] i. si maior sit falsa in parte, & minor vera; conclusio erit vera: ut, omne animal est album, omnis autem Cygnus est animal. quare omnis cygnus est albus. in Celarent. Nullum album est animal, omnis autem nix est alba, igitur nulla nix est animal. [si autem A. B. &c.] i. si maior sit in toto vera, & minor falsa; sequitur conclusio vera: ut, omnis homo est animal, & omnis equus est homo. igitur omnis equus est animal. in Cela. Nulla medicina est anima, omnis autem musica est medicina igitur nulla musica est animal. [& si non tota falsa sit] i. si maior vera, sed minor falsa in parte sit; fit conclusio vera. [Nihil autem prohibet &c.] sic in Darii construatis syl. omnis nix est animal, quoddam autem album est nix. igitur quoddam album est animal. in Ferio, Nullus homo est animal, sed quoddam album est homo. igitur quoddam album non est animal. [& si in aliquo &c.] in Darii si maior sit partim falsa: ut, omne pulcherum est animal. aliquod nigrum est pulcherum. aliquod igitur nigrum est animal. [Rursum si A. B. necessarius &c.] i. si maior sit vera, & minor falsa: ut, omnis cygnus est animal, aliquod nigrum est cygnus. ergo aliquod nigrum est animal in Ferio, Nullus numerus est animal, aliquod album est numerus igitur aliquod album non est animal. [Et si in aliquo sit falsa A. B.] i. maior prop. & minor: ut in Darii, omne album est animal, aliquod magnum est album; ergo aliquod magnum est animal, in Ferio, nullum album est animal,

aliquod

aliquod nigrum est album, ergo aliquod nigrum non est animal.

Argumentum in cap. 3.

ANNOTATIONES.

In media autem figura &c.] i. ex utraque propositione in toto, vel in parte falsa, vel una vera, & altera falsa sequitur conclusio vera in modis universalibus, & particularibus. [*si enim A. nulli B. &c.*] i. in Celarent si ambæ prop. sint omnino falsæ, & sit conclusio vera: ut, omnis lapis est animal, & nullus homo est animal. igitur nullus homo est lapis. In camestres, omnis lapis est animal, sed nullus homo est animal, quare nullus homo est lapis. [*Rursum si altera sit vera &c.*] i. si maior sit tota falsa, & minor vera: ut, nullus equus est animal, & omnis homo est animal. igitur nullus homo est equus. [*Et si altera in aliqua parte falsa &c.*] i. si maior sit in parte falsa: ut, nullum animal est lapis, omnis homo est animal, omnis homo est lapis. ergo nullus homo est animal, omnis equus est animal. ergo nullus equus est albus. [*Et si affirmativa quidem &c.*] i. & si maior sit affir. in parte falsa: ut, omne animal est album, si maior sit affir. in parte falsa: ut, omne animal est album, nulla pix est animal. igitur nulla pix est alba. [*Et si utraque prop. &c.*] i. sint in parte falsa: ut, omne animal album est animal, nullum nigrum est animal. igitur nullum nigrum est album. [*manifestum est autem &c.*] i. in particularibus &c.] i. si maior sit tota falsa, & minor vera: ut, nullus homo est animal, & aliquod album est animal: ergo aliquod album non est homo. Sic in Festino, in Baroco autem. Omne inanimatum est animal, aliquod album non est animal. igitur aliquod album non est inanimatum. [*Et uniuersalis quidem vera &c.*] i. & quando maior est universalis vera, & minor falsa: ut in Festino, nullum animal

rum est animal. Sed quidam numerus est animal. ergo quidam numerus non est inanimatus. In Baroco. omnis homo est animal, aliquod possibile non est animal. unde & non est homo. [*manifestum est autem &c.*] i. quando utraque prop. sint falsæ, sequitur conclusio vera: ut in Festino, nullus homo est animal, quædam disciplina est animal. quædam igitur disciplina non est homo. In Baroco. Omnis disciplina est animal, quidam homo non est animal. igitur quidam homo non est disciplina.

Quid colligatur verum ex falsis in secunda figura. Cap. 3.

IN media autem figura omnino contingit per falsa verum syllogizare, & vtrisque propositionibus totis falsis sumptis, & hac quidem vtraque in aliquo falsa, & si hæc quidem simpliciter vera, illa autem in aliquo falsa: & in vniuersalibus, & in particularibus syllogismis, Si enim A, B quidem nulli inest, C autem omni: vt lapidi animal quidem nulli, homini autem omni: si contrariæ ponantur propositiones, & si sumatur A, B quidem omni, C vero nulli: ex falsis totis propositionibus erit vera conclusio. Similiter autem & si A ineat, B quidem omni, C vero nulli: nam idem erit syllogismus. Rursum si altera quidem tota falsa, altera autem tota vera. Nihil enim prohibet A, & B, & C omni inesse: B autem nulli C, vt genus non subalternis speciebus. Nam animal & equo omni, & homini inest, & nullus homo equus. Si ergo sumatur animal huic quidem omni, illi vero nulli inesse: hæc quidem erit falsa, illa vero tota ve-

ra, & conclusio vera, ad quodlibet positio prius
tiuo. Et si altera in aliquo falsa, altera autem v
ta vera: possibile est enim A, B quidem albo
inesse: C autem omni: & B, nulli C, vt anim
albo quidem alicui, coruo autem omni, alicui
verò nulli coruo. Si ergo sumatur A B quidem
nulli, C autem toti inesse, A B quidem propos
tio in aliquo falsa est, A C autem tota vera, &
conclusio vera, & transposita quidem priua
ua, similiter. Nam per eosdem terminos de
monstratio. Et si affirmatiua quidem propos
tio in aliquo falsa, priuatiua autem tota v
ra: nihil enim prohibet A, B quidem alicui
inesse, C autem toti non inesse, & B nulli C: v
animal albo quidem alicui, pici autem nulli
bum vero nulli pici: quare si sumatur A B quid
inesse: C autem nulli: A B quidem in aliqu
falsa, A C autem tota vera, & conclusio vera. E
si vtræq; propositiones in aliquo falsæ, erit co
clusio vera: possibile est enim A & B, & C al
cui inesse, B autem nulli C, vt animal, & alb
alicui, & nigro alicui, album verò nulli nigro
ergo sumatur A B quidem omni, C aût nulli
bæ quidem propositiones in aliquo falsæ, vtr
clusio autem vera: similiter autem transpos
priuatiua per terminos. Manifestum autem q
in particularibus syllogismis: nihil enim pro
hibet A, B quidem omni, C autem alicui inesse
& B, alicui C non inesse: vt animal omni hom
ni, album autem alicui, homo vero alicui alb
non inerit. Si ergo ponatur A, B quidem nu
inesse, C autem alicui inesse, vniuersalis quid
propositio tota falsa, particularis autem vera, &
conclusio vera. Similiter autem & affirmativa
& sumpta A B: possibile est enim A, B quidem
nulli,

nulli, C autem alicui non inesse, & B alicui C
non inesse, vt animal nulli inanimato, albo au-
tem alicui: & inanimatum non inerit alicui al
bo. Si ergo ponatur A, B quidem omni, C vero
alicui non inesse: A B quidem propositio vni-
uersalis tota falsa, A C autem vera, & conclusio
vera. Et vniuersali quidem vera posita, minori
autem particulari falsa: nihil enim prohibet
A, nec B, nec C nullum sequi, & B, alicui C non
inesse: inesse: vt animal nulli numero nec ina-
nimato, & numerus aliquod inanimatum non
sequitur. Si ergo ponatur A, B quidem nulli, C
autem alicui, & conclusio vera, & vniuersalis
propositio vera: particularis autem falsa. Affir-
matiua autem vniuersali similiter posita: possi-
bile est enim A & B, & C toti inesse, B autem ali
quod C non sequi: vt genus speciem, & diffe-
rentiam. Nam animal omnem hominem, & to
tum grestibile sequitur: homo vero non omne
grestibile: quare si sumatur A, B quidem toti
inesse, C autem alicui non inesse, vniuersalis
quidem propositio vera particularis falsa, con-
clusio autem vera. Manifestum autem quoniã
ex vtrisque falsis erit conclusio vera: siquidem
contingit A & B & C, huic quidem omni, illi ve
ro nulli inesse: B vero aliquod C non sequi: nã
si sumpto A B quidem nulli, C autem alicui ines-
se, propositiones quidem ambæ falsæ, conclu-
sio autem vera. Similiter autem & cum prædica
tiua fuerit vniuersalis propositio, particularis
autem priuatiua: possibile est enim A, B quidem
nullum, C autem omne sequi, & B alicui C non
inesse: vt animal disciplinam quidem nullam,
hominem autem omnem sequitur disciplina
vero non omnem hominem. Si ergo sumatur A

B quidem toti ineſſe, C autem aliquod non ſe-
qui, propoſitiones quidem falſæ, concluſio au-
tem vera.

ANNOTATIONES.

*Nihil enim prohibet &c.] ſ. in Darapti ex vtra-
que prop. in toto falſa ſit concluſio vera: vt, omne
animatum eſt homo, & omne animatum eſt greſſi-
bile. igitur aliquod greſſibile eſt homo. In Felapton.
Nullus cygnus eſt animal, ſed omnis cygnus eſt niger. Ni-
ve aliquod nigrum nõ eſt animal. [Et ſi in aliqua
utraque falſa &c.] in Darapti ſic. Omne album eſt a-
nimal, & omne album eſt pulchrum. ergo aliquod pul-
chrum eſt animal. In Felapton: Nullum album eſt pul-
chrum. ſed omni album eſt animal. quare aliquod a-
mal non eſt album. [Similiter autem &c. hæc quidem
ſi maior falſa, & minor vera vt in Felapton. Nullus
cygnus eſt animal, omnis cygnus eſt albus. igitur
quod album nõ eſt animal. [Similiter autem &c. in Fela-
i. ſi minor ſit tota falſa, & maior vera: vt in Fela-
ton. Nullus cygnus eſt inanimatus, & omnis cygnus
eſt niger. igitur aliquod nigrum nõ eſt inanimatum.
[Et ſi utræque aſſumantur &c.] ſi maior, ſi ſit tota
falſa, & minor vera in Darapti: vt, omnis cygnus
eſt niger, & omnis cygnus eſt animal. igitur aliquod
animal eſt nigrum. Et contrà: vt, omnis cygnus eſt
animal, & omnis cygnus eſt niger. ergo aliquod ni-
grum eſt animal. [Rurſum hæc quidem tota &c.] ſi
ſi una ſit in parte falſa, & alia vera: vt in Darapti.
Omnis homo eſt pulcher, & omnis homo eſt bipes. er-
tur aliquod bipes eſt pulchrum: [Et cum hæc quidem
na &c.] i. in Felapton: vt, nullus homo eſt pulcher,
& om-

& omnis homo eſt bipes. ergo aliquod bipes non eſt
pulchrum. Et, nullus homo eſt cygnus, & omnis ho-
mo eſt albus. igitur aliquod album non eſt cygnus [eau
ſa autem quoniam &c.] non ſequitur verum ex fal-
ſis ex neceſſitate, ſed quia, ſine per accidens. & quan
do aliquid ſequitur ad aliud, cum ſit, vel non ſit con-
ſequens; neceſſe eſt antecedens eſſe, vel non eſſe. [Di-
ci autem cum ſit A. album &c.] i. ſi falſum infer-
retur verum propter quid, ſiue ex neceſſitate; ad duo
contradictoria ſequeretur idem: vt ſi ad A eſſe albũ
ſequatur B. eſſe magnum, & idem ſequatur ad A non
eſſe album; etiam ſequitur B. non eſt magnum; ergo
A. non eſt album, & ſi A. non eſt album; ergo B. eſt
magnum.

Quid ex falſis verum identidem colligatur in tertia figura. Cap. 4.

FIt autem & in poſtrema figura per falſas
totas, & in aliquo vtraq; , & altera quidem
vera, altera autem falſa: & hæc quidem in ali-
quo falſa, illa autem tota vera: & econuerſo,
& quotquot modis aliter poſſibile eſt tranſu-
mere propoſitiones. Nulli enim prohibet nec
A nec B, nulli C ineſſe, A autem alicui B ineſſe:
vt nec homo, nec greſſibile, nullum inanima-
tum ſequitur: homo autem alicui greſſibili in-
eſt: ſi ergo ſumatur A & B, omni C ineſſe, pro-
poſitiones quidem totæ falſæ, concluſio autem
vera. Similiter autem & cum hæc quidem eſt
priuatiua, illa vero affirmatiua. Poſſibile eſt
enim B quidem nulli C ineſſe, A autem omni,
& A alicui B non ineſſe, vt nigrum nulli cygno,
animal autem omni, & animal nõ omni nigro:
quare ſi ſumatur B quidem, omni C, A vero nul

si: A, alicui B non inerit: & conclusio quidem vera, propositiones autem falsæ. Et si in alterutra fuerit vtraque falsa, erit conclusio vera: nihil enim prohibet & A, & B alicui C ineſſe, & A alicui B: vt album, & pulchrum alicui animali inesse, & album alicui pulchro: si ergo ponatur A & B omni C ineſſe: propoſitiones quidem in aliquo falsæ, conclusio autem vera. Et priuatiua A C posita, similiter: nihil enim prohibet quidem alicui C nō ineſſe, B vero alicui ineſſe, & A non omni B ineſſe, vt album alicui animali non ineſſe. Pulchrum autem alicui ineſt, & album non omni pulchro: quare si sumatur A quidem nulli C, B autem omni, vtræque propoſitiones quidem in aliquo falsæ, conclusio autem vera. Similiter autem & hæc quidem tota falsa, illa verò tota vera sumpta. Possibile enim A & B, omne C sequi: & A alicui B non ineſſe: vt animal & album, omnem cygnum. Si igitur his terminis, si sumatur B quidem omni ineſſe, A verò toti non ineſſe, B C quidem tota erit vera, A C autem tota falsa, & conclusio vera. Similiter autem & si B C quidem falsa, A C autem vera: nam hi quidem termini ad demoſtrationem: nigrum, inanimatum, cygnus. Sed & si vtræque assumantur affirmatiuæ: nihil prohibet B quidem omne C sequi, A autem toti C non ineſſe, & A alicui B ineſſe: vt omni cygno animal: nigrum verò nulli cygno: & nigrum ideſt alicui animal: quare si sumatur A & B omni C ineſſe, B C quidem tota vera, A C autem tota falsa, & conclusio vera. Similiter autem & A C sumpta vera, nam per eoſdem terminos demonſtratio. Rursum hæc quidem tota vera

vera exiſtente, illa verò in aliquo falsa: possibile eſt enim B quidem omni C ineſſe, A autem alicui C, & alicui B: vt bipes quidem omni homini, pulchrum non omni, & pulchrum alicui bipedi ineſt. Si ergo sumatur A & B, toti C ineſſe, B C quidem, tota vera: A C autem in aliquo falsa, conclusio autem vera. Similiter autem & A C quidem vera: B C autem falsa in aliquo sumpta: transpoſitis enim ijſdem terminis erit demonſtratio. Et cùm hæc quidem eſt priuatiua, illa verò affirmatiua: quoniam possibile eſt B quidem toti C ineſſe, A autem alicui C: & quando ſic ſe habeant, non omni B ineſſe A. Si ergo assumatur B quidem toti C ineſſe, A autem nulli: priuatiua quidem in aliquo falsa, altera autem tota vera, & cōclusio erit vera. Rursum quoniam oſtensum eſt, quòd cùm A quidem nulli C ineſt, & B alicui, euenit A alicui B non ineſſe: manifeſtum igitur quod & cum A C tota eſt vera B C autem in aliquo falsa, contingit conclusionem eſſe veram: si enim sumatur A quidem nulli C, B autem omni: A C quidem tota vera, B C autem in aliquo falsa.

Manifeſtum autem & in particularibus syllogiſmis, quod omnino per falsa erit verum: nam eiſdem terminis sumendi, & quando vniuerſales fuerint propoſitiones: in prædicatiuis quidem prædicatiui, in priuatiuis autem priuatiui: nihil enim differt cum nulli inerat, vniuerſaliter sumere ineſſe, & si alicui inerat, vniuerſaliter sumere ad terminorum poſitionem: similiter autem & in priuatiuis. Manifeſtum igitur quando ſit conclusio falsa, neceſſe eſt ea ex quibus eſt ratio, falsa eſſe aut omnia, aut aliquam: quando autem vera, non neceſſe eſt verum eſſe nec

aliquod quidem, nec omne. Sed est cùm nullum sit uerum eorum, quæ sunt in syllogismis, & conclusionem similiter esse veram, non tamen ex necessitate. Causa autem: quoniam quando duo sic se habent adinuicem, ut cùm alterum sit, ex necessitate esse alterum: hoc cum non sit quidem, nec alterum erit: cùm autem sit, non cesse est esse alterum: idem autē cum sit, & non sit, impossibile ex necessitate esse idem. Dico autem cùm sit A album, B esse magnum ex necessitate, & cum non sit A album, B esse magnū ex necessitate, quando enim cùm hoc sit (ut A) album, illud necesse est (ut B) esse magnum: cū autem sit B magnum, C non esse album: necesse est si A sit album, C non esse album. Et quando duobus existentibus, cùm alterum sit, necesse est alterum esse: hoc autem cùm non sit, necesse est A non esse: cum ergo B non sit magnū, A non potest album esse: cùm uerò A non sit album, necesse est B magnum esse: accidit ex necessitate cùm B magnum non sit, idem B esse magnum: hoc autem impossibile: nam si B non est magnum, A non erit album ex necessitate: si ergo cùm non sit A album, B erit magnum, accidit si B non est magnum, B esse magnum, ut per tria.

Argumentum in cap. 5.

Huius generis est syl. circularis. sumantur tres termini æquivalenter, veluti homo, risibile, & animal rationale mortale. Ex his construatur syl. huius conclusio potest fieri maior prop. & maior, conclusio, vel minor: & minor maior, vel conclusio: ut in Barbara, omnis homo est animal rationale mortale. Sed omne risibile

risibile est homo. igitur omne risibile est animal rationale mortale. conclusio hæc sit maior. & minor addatur sic. sed omnis homo est risibilis. igitur omnis homo est animal rationale mortale. & hæc sit maior, vel minor. & hoc pacto ex qualibet prop. fit conclusio, & ex conclusione prop. Ex cùm in Celarent non syllogizatur circulariter prop. affir. nec in Darii, & Ferio prop. universales: quia argumentum esset ex utraque prop. particulari: sed particulares.

De circulari ostensione in prima figura. Cap. 5.

Circulo autem, & ex seinuicem ostendere est per conclusionem, & econuerso prædicationem alteram sumētem propositionem, concludere reliquam, quam sumpserat in altero syllogismo: ut si oportuit ostendere, quod A inest omni C, ostēdat autem per B: rursus si mō sitet, quod A inest B: sumens A quidem inesse C, C autem B, & A inerit B, prius autem econuerso sumptis B inesse C: aut si quoniam B inest C, oporteat ostendere, si sumat A de C, quæ fuit conclusio, B autem de A esse: prius autem sumptum est econuerso A de B. Aliter uerò nō est ex seinuicem ostendere, siue enim aliud medium sumetur, non circulo: nil enim sumitur eorundem: siue horum quiddam, necesse est alterum solum: nam si ambo, eadem erit conclusio, at oportet diuersam esse. In ijs igitur quæ non conuertuntur, ex indemōstrata altera propositione fit syllogismus: non enim est demonstrare per hos terminos; quoniam medio inest tertium, aut primo medium. In ijs autem quæ conuertuntur, erit omnia monstrare per seinuicem.

uicem. Vt si A, & B, & C conuertuntur sibijnui-
cem. Ostendatur enim A C per medium B: &
rursum A B per conclusionem, & per A C pro-
positionem conuersam. Similiter autem & B C,
& per conclusionem, & per A B propositionem
conuersam. Oportet autem & C B, & B A pro-
positionem demonstrare: nam his demonstra-
tis vsi sumus solis. Si ergo sumatur B omni C
inesse, & C omni A; syllogismus erit eius quod
est B ad A. Rursus si sumatur C omni A inesse,
& A omni B, necesse est C inesse omni B. Vt-
trisque ergo syllogismis C A propositio sum-
pta est indemonstrata, nam aliæ probatæ erant:
quare si hanc ostenderimus, omnes erunt
probatæ per seinuicem: si ergo sumatur C om-
ni B, & B omni A inesse: utræque propositiones
demonstratæ sumuntur, & C necesse est inesse
A. Manifestũ est ergo quoniam in solis ijs qua
conuertuntur, circulo & per seinuicem contin-
git fieri demonstrationes: in alijs vero quem-
admodum prius diximus. Accidit autem & in
ijs eodem quod monstratur uti ad demonstra-
tionem: nam C de B, & B de A monstratur sum-
pto C de A dici: C autem de A per has ostendi-
tur propositiones: quare cõclusione utimur ad
demonstrationem. In priuatiuis autem syllo-
gismis hoc modo monstratur ex seinuicem: sit
B quidem omni C inesse: A autem nulli B: con-
clusio autem quod A nulli C. Si ergo rursum
oporteat cõcludere quòd A nulli B, quod prius
sumptum erat, erit A quidem nulli C, C autem
omni B: sic enim econuerso propositio. Si au-
tem quoniam B inest C oporteat concludere,
non iam similiter conuenientium A B: Cam-
dem propositio est B nulli A, & A nulli B inest

se, sed sumendum, cui A nulli inest, huic B om-
ni inesse. Sit enim A nulli C inesse, quod quidẽ
fuit conclusio, cui autem A, nulli: B si sumatur,
omni inesse: necesse est ergo B. omni C inesse:
quare cum sint tria, unumquodque conclusio
est facta, & circulo demonstrare: hoc est conclu
sionem sumentem, & econuerso alteram pro-
positionem, reliquam syllogizare. In particula-
ribus autem syllogismis vniuersalem quidem
propositionem non est demonstrare per alias,
particularem autem est: quoniam autem non
est demõstrare vniuersalem, manifestum: nam
vniuersale monstratur per vniuersalia: conclu-
sio autem non est vniuersalis: oportet aut ostẽ
dere ex conclusione & altera propositione.
Amplius omnino non fit syllogismus conuersa
propositione: nam particulares fiunt utræque
propositiones. Particularem autem est: ostenda-
tur enim A de aliquo C per B, si ergo sumatur
B, omni A, & conclusio maneat: B alicui C ine-
rit: sit enim prima figura, & est A medium. Si au
tem sit priuatiuus syllogismus, vniuersale qui-
dem propositionem non est ostendere, pp hoc
quod prius dictum est: particularem (si simpli-
citer cõuertatur A B: quemadmodum & in uni
uersalibus) non est: per assumptionẽ autem est,
in cui A, alicui non insit, B alicui inesse: nam ali
ter se habentibus non fit syllogismus. Sed & ne-
gatiua est particularis propositio.

ANNOTATIONES.

*Aliter verò non est &c.] i. non contingit citcula-
riter syllogizare accipiendo alium terminum à termi-
nis priorꝭ syl. nec priores prop. [ostendatur enim A*

Universidad de Deusto
Biblioteca

T. per medium B. &c.] sic componatis. omne A. est C. omne B. est A. igitur omne B. est C. & hæc conclusio fiat maiori ut omne B. est C. sed omne A. est B. igitur omne A. est C. quare sex modis circulariter formatur. Eisdem terminis syl. cum duæ sint prop. & conuertibiles per se. [sit B. quidem omni C. &c.] i. in Celarent sic. nullum B. est A. sed omne C. est B. igitur nullum C. est A. & sit maior sic. nullum C. est A. & conuertatur terminis minoris sic. sed omne B. est C. igitur nullum B. est A. Minor autem sic syllogizetur. Cui nullus lapis, huic omni ineſt rationale. sed nullus homo est lapis. igitur omni homi est rationalis.

Argumentum in Cap. 6.

In Cesare, & Camestres non potest prop. affir. circulariter syllogizari: quoniam argumentum esset ex vna que neg. nisi verteretur in affirm. vel hypothetica. Sed neg. syllogizatur. In Baroco, & Festino propos. vniuersalis non potest circulariter concludi, sed particularis.

De eadem in secunda figura. Caput 6.

IN secunda autem figura affirmatiuam quidem non est ostendere per hunc modum: priuatiua autem est. Ergo prædicatiua quidem non ostenditur, eo quod non sunt utræque propositiones affirmatiuæ: nam conclusio priuatiua: prædicatiua autem ex utrisque ostenditur, ut in primariis. Priuatiua autem sic ostenditur; si &c A omni B: C autem nulli, conclusio quod B nulli C. & ergo sumatur B omni A ineſſe, & nulli C, necesse est A, nulli C ineſse: fit enim secunda figura, medium B. Si autem A B priuatiua sumpta sit, altera uero prædicatiua; prima erit figura: nam C quidē omni A, B autem nulli C, quare B nulli A, ergo nec A, B. medium C. ergo per conclusionem quidem, & vnam propositionem non fit syllogismus. assumpta autem altera, eaque in toto quidem est propositio, non ostenditur, propter eandem causam, quam quidem diximus, & prius, quæ autem in parte ostenditur quando vniuersalis sit prædicatiua. Insit enim A, omni B, C autem non omni. conclusio B C, si ergo sumatur B, omni A, C autem non omni, conclusio A, alicui A non inerit medium B. Si autem est vniuersalis priuatiua; non ostenditur A propositio, conuersa A B. accidit enim ea quæ aut alteram propositionem fieri negatiuam. quare non erit syllogismus: sed similiter ostendetur quemadmodum & in uniuersalibus, si sumatur cui B, alicui non ineſt, A alicui non ineſse.

Argumentum in cap. 7.

In modis vniuersalibus tertiæ fig. nulla propositionem potest circulariter syllogizari: quoniam non concluditur vniuersaliter. In particularibus potest prop. particularis. Ex dictis cognoscimus prop. primæ fig. syllogizari per primam, & per tertiam fig. vt neg. per primam, & affir. per tertiam: Deinde in secunda fig. vniuersalem fieri per tres fig. particularem per primam, & secundam: tertiò omnem ostensionem propos. tertiæ fig. fieri per tertiam fig. quarto in secunda & tertia fig. non fieri syl. circulares perfectos: non enim

infertur altera propositio in propria forma, sed alio conuertens.

De Eadem in tertia figura. Caput. 7.

IN tertia autem figura, quando vtræque propositiones vniuersaliter sumentur, non contingit ostendere per se inuicem. Nam vniuersalis quidem ostenditur per vniuersaliazio hæc autem cõclusio semper est particularis, quare manifestum, quòd omnino non contingit ostendere per hanc figuram vniuersalem propositionem. Si autem hæc quidẽ vniuersalis sit, illa verò particularis; quandoque quidem erit quandoque verò non erit quando ergo vtreque prædicatiuæ sumantur, & vniuersalis sit; ad minorem extremitatem erit: quando verò ad alteram, non erit. Insit enim A omni C, B autem alicui C, conclusio A B. Si ergo sumatur C, omni A & esse cõuerta vniuersali, & A inesse B, quod conclusio, C quidem ostensum est alicui B inesse, B autem alicui C, non est ostensum-quando necesse est si C alicui B, & B alicui C inesse: hoc non idem est hoc illi, & illud huic inesse: hoc assumendum est, si hoc alicui illi: & alterum alicui huic, hoc autem sumpto iam non fit ex cõclusione, & altera propositione syllogismus. Si autem B quidem omni C, A autẽ alicui A ostẽdere A C. quando sumatur C quidem omni B inesse A autem alicui; nam si C omni B inest, A aũt alicui B: necesse est A alicui C inesse. manifestum B. At cũ fuerit hæc prædicatiua quidem, illa verò priuatiua: vniuersalis autem prædicatiua ostendetur altera. Insit enim B omni C: A autem alicui non insit: conclusio, quòd A alicui

B non inest. Si ergo assumatur C B omni inesse: inerat autem & A non omni B necesse est A alicui C non inesse, medium B. Cùm autem priuatiua vniuersalis sit, non ostenditur altera nisi sicut in prioribus, si sumatur cui hoc alicui non inest, alterum alicui inesse: vt si A nulli, C, B autem alicui: conclusio, quod A alicui B non inesse. Si ergo sumatur cui, A alicui, non inest eisdem C alicui inesse, necesse est C alicui B inesse, aliter autem non est conuertentem vniuersalem propositionem ostendere alteram nullo enim modo erit syllogismus. Manifestũ igitur quòd in prima quidem figura per seinui cem est ostensio: & per primam, & per tertiam figuram fit: nam cum prædicatiua, quidem est conclusio, per primam: cum autem priuatiua, per postremam: sumitur enim cui hoc nulli, alterum omni inesse. In media autem, cum vniuersalis est quidem syllogismus & per ipsam, & per primã figuram, & per postremam: cum autem particularis, & per ipsam, & per postremã. In tertia verò per ipsam, & per postremã. etiam quòd in media, & in tertia, qui non per ipsas fiunt syllogismi, aut non sunt secundum eam quæ circulo est ostensionem, aut imperfecti sunt.

Argumentum, in cap. 8.

Si conuersiuè syllogizare nobis sit opus; primum syl. habeamus: vt, omne B. est A. sed omne C. est B. igitur omne C. est A. Hunc si vertere oporteat; summa nec conclusionem modo contradictorio, vel contrario: vt, igitur non omne C. est, A. vel nullum C. est A. deinde accipiamus alteram prop. siue maiorem, siue mino-

minorem loco minoris, & alteram loco conclusionis: ut sed omne C. est B. uel, sed nmne B. est A. quare non omne B. est A. vel nullum B est A. aut non omne, quia nullam C. est B. unde altera prop. est conclusio, quoniam ei aufertur; cum omne prius haberetur. Conuertitur interimi. In prima figura primus modus conuertitur sibi syllogizatur, si conclusionem contrariam non accipiamus, & minorem contrariam concludimus in Camestres vel maiorem in Felapton. Sed maior in Barbara non potest interimi per contrarium, sed in tertia fig. salum, in qua omnis conclusio est particularis. Idem dicendum est in Celarent. In particularibus autem modis si sumamus conclusionem contradictoriam; possumus concludere contradictorie alteram prop. sed non contrarie: si quidem earum conclusio non obtineant contrarium. Sed subcontrarium conclusionis quæ est particularis cum maiore vniuersali infert subcontrarium minoris; sed non interimit. Et quoniam duæ subcontrariæ possunt simul stare. Ideo non potest sumi cum minore: ambæ enim prop. essent particulares.

De syllogismo conuerso. *Caput 8.*

COnuertere autem est transponentem conclusionem facere syllogismum: quoniam vel extremum medio non inerit, vel hoc posito: necesse est enim conclusione conuerta, & altera remanête propositione, interimi reliqua: nam si erit, & conclusio erit. differt autem oppositè, aut contrariè conuertere conclusionem: non enim sit idem syllogismus vtraliter conuersa palam autem hoc erit per sequentia. Dico autem opponi quidem: omni ineste non omni, & alicui nulli: contrariè autem omni, nulli, & alicui, non alicui ineste.

Prima

Prima figura.

Sit enim ostensum A de C, per medium B: si igitur sumatur A nulli C ineste, omni autem C, nulli C inerit B, & si A quidem nulli C, B autem omni C, A non omni B, & non omnino nulli: non enim ostendebatur vniuersale per terniam figuram. Omnino autem eam, quæ est ad maiorem extremitatem propositionem, nõ est destruere vniuersaliter per conuersionem: sem per enim interimitur per tertiam figuram: neceste enim ad postremam extremitatem vtrasque sumere propositiones. Et si priuatiuus sit syllogismus, similiter: ostendatur enim A nulli C ineste per B: ergo si sumatur A omni C ineste, nulli autem B nulli C inerit B. Et si A & B omni C: A alicui B, sed nulli inerat. Si autem opposite conuertatur conclusio, & alij syllogismi opositi, & non vniuersales erunt: fit enim altera propositio particularis, quare conclusio erit particularis. Sit enim prædicatiuus syllogismus & conuertatur sic. ergo si A, non omni C, B autē omni, B non omni C. Et si A quidem non omni C, B aut omni A, non omni B, Similiter autem & si priuatiuus sit syllogismus: nam si A alicui ineſt, B autem nulli: B alicui C non inerit, & non simpliciter nulli: & si A quidem alicui C, B autem omni quemadmodū in principio sumptum est, A alicui B inerit. In particularibus autem syllogismis quando opposite conuertitur conclusio, interimuntur vtræque propositiones: quando verò contrariè, neutra: non enim iam accidit quemadmodum in vniuersalibus interimere deficiente conclusione secundum cõuersionem.

Ee sionem,

sionem, sed nec omnino interimere. Ostendamus enim A de aliquo C per B: ergo si sumatur A nulli C inesse, B autem alicui C, A alicui B non inerit, & si A nulli C, B autem omni, nulli C inerit B, quare interimentur vtreque. Si autem contrariè conuertantur, neutra. Nam si A alicui C non ineſt, B autem omni, B alicui C non ineſt: sed nondum interimitur quod ex principio contingit enim alicui inesse, & alicui non inesse. Vniuersali autem sublato A B, omnino non fit syllogismus. Si enim A quidem alicui C non ineſt, B autem alicui ineſt, neutra propositionum vniuersalis est. Similiter autem & si priuatiuus fit syllogismus: si enim sumatur A, omni C inesse, interimuntur vtræque si autem alicui neutra: demonstratio autem eadem.

Argumentum in cap. 9.

In modis secundæ figu. maior non potest interimi per suam contrariam: id enim esset in tertia figura non concluditur uniuersaliter: uerùm potest interimi per contradictoriam: unde in Cesare minor interimitur per suam contrariam in Celarent, & per contradictoriam in Ferio. maior autem interimitur in Darapti, sumendo contrariam conclusionis, & minorem pro maiore, uel in Datisi sumendo contradictoriam conclusionis. In Camestres minor interimitur per suam contrariam in Barbara, & per contradictoriam in Daryi: maior uerò per contradictoriam in Celaplon, accipiendo contrariam conclusionis eam uice loco maioris: in Brocardo, sumendo contrariam conclusionis. In Festino minor interimitur in Celarent, maior in Disamis: in Baroco minor in Barbara, & maior in Brocardo.

De syllogismo conuerso in secunda figura. Caput. 9.

IN secunda autem figura eam quidem, quæ est ad maiorem extremitatem, propositionẽ, non est interimere contrariè, quolibet modo conuersione facta, semper erit conclusio in tertia figura, vniuersalis autem non fuit in hac syllogismus, alteram autem in hac interimemus, similiter conuersione. dico autem similiter si cõtrariè quidem conuertitur, contrariè, si oppositè, oppositè. Insit enim A omni A, C autem nulli, conclusio B C. Si ergo sumatur B, omni C inesse, & A B maneat, A omni C inerit: fit enim prima figura. Si autem B omni C, A autem nulli B, A non omni B, figura postrema. Si autem oppositè conuertatur B C: A B quidem similiter erit C, A autem oppositè: nam si B alicui C, A autem nulli C, A alicui B nõ inerit. Rursus si B alicui C, A autem omni B, A alicui C, quare oppositus fit syllogismus. Similiter autẽ ostendetur, & si eçonuerso se habeant propositiones. Si autem particularis est syllogismus, cõtrariè quidem conuersa conclusione neutra propositionum interimitur, quemadmodum nec in prima figura, oppositæ autem, vtræque: Ponatur enim A, A quidem nulli inesse, C autem alicui, conclusio B C. Si igitur ponatur B alicui C A alicui C non inerit: sed nõ interimitur quod ex principio, cõtingit enim alicui inesse, & nõ inesse. Rursum si B alicui C, & A alicui C, non erit syllogismus: neutrum enim vniuersale eorum quæ sumpta sunt, quare non interimitur A

B. Si autem oppositè conuertatur, interimuntur vtræque: non si B omni C, A autem nulli B, nec vtræque: non si B omni C, A autem nulli C. A. erit autem alicui. Rursum si B omni C. A autem alicui C, alicui B. A. eadem autem demonstratio, & si vniuersalis sit prædicatiua.

Argumentum, in cap. 10.

Si contrarium conclusionis, accipiamus in tertia figura nulla prop. potest conuertisi syllogizari: neque minor contraria illæ particularis, quæ maior esse non potest in prima, nec in secunda figu. si verò contradictorium; quælibet prop. potest interimi: ut in Darapti maior interimitur in Celarent, & minor in Cesare. in Felapton minor interimitur in Barbara per suam contrariam, & minor in Camestres: sed in Bocardo maior in Ferio, & minor in Cesare: in Ferison maior in Barbara, & minor in Baroco: in Bramantip denique maior in Darii, & minor in Camestres. Propterea igitur in prima figu. interimuntur per secundam, & tertiam, maior per tertiam, & minor per secundam: in secunda per primam, & tertiam, maior per tertiam, & minor per primam: in tertia maior per primam, & minor per secundam.

De syllogismo conuerso in tertia figura. Capat. 10.

IN tertia verò figura quando contrariè quidem conuertitur conclusio, neutra propositionum interimitur secundum nullum syllogismorum: quando autem oppositè, vtræque in omnibus. Sit enim ostensum A alicui B inesse, medium autem sumptum C, & sint vniuersales propositiones si ergo sumatur A alicui B non inesse, B autem omni C, non fit syllogismus eius quod est A de C. Neque si A B alicui non inest, C autem omni, non erit eius quod est B C syllogismus. Similiter autem ostendetur, & si non vniuersales sint propositiones: aut enim vtraque necesse est particulares esse per conuersionem, aut vniuersalem ad minorem extremitatem fieri: sic autem non fiet syllogismus nec in prima figura, nec in media. Si autem oppositè conuertantur propositiones, interimuntur vtræque: nam si A nulli B, B autem omni C: A nulli C. Rursum si A, B quidem nulli, C autem omni, B nulli C. Et si altera nō fit vniuersalis, similiter: si enim erit. Si autē A quidem nulli, C autem omni nulli C. B. Similiter & si priuatiuus sit syllogismus: ostendatur enim A alicui B nō inesse, sit autem prædicatiua quidem B C: A C autem negatiua: sic enim fiebat syllogismus. Quando igitur conuertitur sumitur conclusioni, non erit syllogismus: nam si A alicui B, B autem omni C: non fit syllogismus eius quod est A & C. Neque si A alicui B, nulli autem C, non fuit eius quod est A, B & C syllogismus: quare non interimuntur propositiones. Quando vero oppositum, interimuntur: nam si A omni B, & B, omni C, A omni C: sed nulli inerat. Rursum si A omni B, nulli autem C, B nulli C, sed omni inerat. Similiter autem monstratur: & si non vniuersales sint propositiones: sit enim A C, vniuersalis, & prior: altera autem particularis, & prædicatiua: ergo si A quidem omni B, B autem alicui C, A alicui C accidit: sed nulli inerat. Rursum si A omni B, nulli autē C, & B nulli C. Si autem A alicui B, & B alicui C, non fit syllogismus. Ne

que si A alicui B, & nulli C: nec sic. Quare illaquidem modo interimuntur: sic autem non interimuntur propositione. Manifestum est ergo ex ijs quæ dicta sunt, quomodo conuersa conclusione in vnaquaque figura fit syllogismus, quando contrariæ propositioni, & quando oppositæ. Et quoniam in prima quidem figura per mediam, & postremâ fiunt syllogismi: & quæ quidem ad minorem extremitatē, semper per mediam interimitur: quæ verò ad maiorem, per postremam. In secunda autem per primam, & postremam: quæ quidem ad minorem extremitatem, semper per primam figuram: quæ verò ad maiorem, per postremam. In tertia verò, per primam, & per mediam: & quæ quidem ad minorem per primam semper: quæ vero ad maiorem, per mediam semper. Quid ergo est conuertere, & quomodo in vnaquaque figura, & quando fit syllogismus, manifestum.

Argumentum in cap. 11.

Is est syl. per impossibile, qui procedit ex contradictoria prop. à respondente negatæ cum altera assumptarum ad inferendam conclusionem manifestè falsam, ex cuius falsitate infertur falsitas alicuius prop. & ex illius falsitate veritas conclusionis probanda. Negatur & quandoque concluso. Ex. gra. syl. hoc. constructus. Omne animal mouetur. Sed omnis homo est animal. igitur omnis homo mouetur. Respondens quis negans vel alteram prop. vel conclusionem, vel illam negatam repetitote cum nota contradictionis vel contrariæ. Esto quòd conclusio tantum negetur, & prop. approbentur, dicetis sic. Non omne animal mouetur. Sed omnis homo mouetur. Sed omnis homo est animal, igitur non

non omne animal mouetur. verùm hoc est impossibile. quare, & illud scilicet conclusio negata. Eodem modo argumendum est ad impossibile si maior, vel minor negetur. Fit syl. ad impossibile, vt conuersiuus: differunt tamen: quoniam in conuersiuo sumitur contradictoria conclusionis, in eo quod est ad impossibile contradictoria propositionis negatæ. quare omnis propositio. potest per impossibile syllogizari in aliquo modo, & figura, cuius contradictoria potest esse prop. Ita quæ in prima fig. vniuersalis affirm. non potest per impossibile syllogizari: quoniam eius contradictoria non potest esse maior, quæ est particularis. Sed particularis affir. in Celarent; accipienda contradictoria eius pro maiore cum minore aperte vera. Sic vniuersalis nega. syllogizatur per impossibile in Darij, dum accipimus eius contradictorium pro minore: & particularis nega. in Barbara, si accipiamus eius contradictorium pro maiore, non autem contrarium: si quidem non explicetur propositum: duæ enim contrariæ possunt simul esse falsæ.

De syllogismo per impossibile. Cap. 11.

PEr impossibile autem syllogismus ostenditur quidem, quando contradictio ponitur conclusionis, & assumitur altera propositio. Fit autem in omnibus figuris simile enim est conuersioni. Verumtamen differt in tantum, quoniam conuertitur quidem facto syllogismo, & sumptis vtrisque propositionibus. Deducitur autem ad impossibile non confesso oppositio prius, sed manifesto quoniam est verum. Termini vero similiter se habēt in vtrisque, & eadem sumptio vtrorumque: vt si A ineſt omni B, me-

dium autem C: si supponitur A non omni, vel nulli B inesse, C vero omni, quod fuit verum, necesse est C B aut nulli, aut non omni inesse. Hoc autem impossibile, quare falsum est quod supponitur est, verum ergo oppositum. Similiter autem in alijs figuris, quæcunque enim cōclusionem suscipiūt, & per impossibile syllogizantur.

Prima figura.

Ergo alia quidem proposita omni ostenditur per impossibile in omnibus figuris: vtitur sale autem prædicatium in media quidem, & in tertia monstratur: in prima autem non monstratur. Supponatur enim A nō omni B, aut nulli inesse. & assumatur alia propositio, vt libet modo, siue A omni inest C, siue B omni D (sic enim erat prima figura) si ergo supponatur non omni B inesse, non fiet syllogismus quomodolibet sumpta propositione. Si autem vero B, D quidem assumatur, syllogismus quidē erit falsi, non ostenditur autem propositum: nam A nulli B, B autem omni D, A nulli D. hoc autem sit impossibile, falsum, igitur é nulli B inesse A: sed non si nulli falsum, omni verum. Si autem C A assumatur, non fit syllogismus; nec quando supponitur non omni B, inesse A: quare manifestum quoniam omni inesse, non ostenditur in prima figura per impossibile. Alicui autem & nulli, & non omni ostenditur. Supponatur enim A nulli B inesse, B autem sumptū sit, omni, aut alicui C, ergo necesse est A nulli, aut non omni C inesse. hoc autem impossibile. Sit enim verum & manifestum, quoniam omni C inest A: quare si hoc falsum, necesse est A alicui B inesse. Si autem

autem ad sumatur altera propositio, non erit syllogismus, neque quando subcontrarium cōclusioni supponitur vt alicui non inesse: manifestum ergo quoniam oppositum sumēdum est. Rursum supponatur A alicui B inesse, sumptū autem sit omni A: necesse est igitur C alicui B inesse, hoc autem sit impossibile: quare falsum quidem suppositum est: si autem sic, verum est nulli inesse. Similiter autem & si priuatiua sumpta sit C A. Si autem ad B sumpta sit propositio non erit syllogismus Si autem contrariorū supponatur, syllogismus erit, & impossibile, non tamen ostenditur quod est propositum: suppona enim A, omni B, & C sumptum sit omni A: ergo necesse est C omni B inesse, hoc autem impossibile: quare falsum est omni B inesse A: sed contrarium erit necessarium, si nō omni, nulli inesse. Similiter autem & si ad B sumatur altera propositio: nam syllogismus quidem erit, & impossibile, interimitur autem hypothesis: est autem oppositum supponendum. Ad ostendendum autem non omni B inesse A, supponendum omni inesse, nam si A, omni B & C omni A omni B inerit C: si ergo hoc impossibile, falsum quod suppositum: est similiter autem & si ad B, sumpta sit altera propositio. Et si priuatiua sit C A, similiter: nam & hic sit syllogismus. Si autem ad B sumpta sit priuatiua, nihil ostēditur. Si autem non omni, sed alicui inesse supponatur, nō ostēditur quoniam non omni, sed quoniam nulli: si enim A alicui B, C autem omni A, alicui B inesse C: si ergo hoc impossibile, falsum est alicui B inesse A, quare verum nulli: hoc autem ostēsum, interimitur verum: nam A alicui quidem B inerat, alicui, vero non inerat. Amplius autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

non iam propter hypothesim accidit impossi-
le, falsa enim erit: siquidem ex veris non est fa-
sum syllogizare. Nunc autem est vera: inest a
A alicui B: quare non supponendum alicui non
esse, sed omni. Similiter autem & si alicui B non
inest A, ostendemus, si enim idem est alicui non
inesse, & non omni inesse, eadem in vtraque
demonstratio. Manifestum ergo quoniam non
contrarium, sed oppositum supponendo in om-
nibus syllogismis: sic enim necessarium erit
axioma probabile: nam si de omni vel affirma-
tio, vel negatio, ostenso quoniam non negatio,
necesse est affirmationem veram esse: rursus
si non ponam veram esse affirmationem, con-
stat veram esse negationem: contrarium vero
neutro modo contingit ratum facere: neque
enim necessarium si nulli falsum, omni verum,
neque probabile vt sit alterum falsum, quoni-
alterum verum. Manifestum ergo quoniam
prima figura alia quidem proposita omnia ob-
duntur per impossibile: vniuersale autem af-
matiuum non ostenditur.

Argumentum, in cap. 12.

Omnes prop. in secunda fig. possunt syllogizari per impossibile: at vniuersalis affirma. in Baroco, & particularis negat. in Camestres, si pro minore: & particularis affir. in Camestres, si pro minore: & particularis neg. in Festino, & particularis negat. in Cesare, etiam pro minore.

De syllogismo per impossibile in secunda figura.
Caput. 12.

IN media autem figura, & postrema, & hoc ostenditur. ponatur enim A non omni B inesse, sumptum sit autem omni C inesse A, ergo si B quidem non omni inest A, C autem omni, nō omni B inest C: hoc autem impossibile. Sit enim manifestum quoniam omni B inest C: quare sumsum quod suppositum est, verum est ergo omni inesse. Si autem contrarium supponatur, syllogismus quidem erit ad impossibile, non tamē ostenditur quod propositum est: si enim A nulli B, omni autem C, nulli B, C: hoc autem impossibile: quare falsum est nulli inesse: sed non si hoc falsum, uerum omni. Quando autem alicui B inest A, supponatur A nulli B inesse, C autem omni insit: necesse est ergo C nulli B inesse: quare si hoc impossibile, necesse est A, alicui B inesse. Si autem supponatur alicui non inesse, eadem erunt quæ in prima figura. Rursum supponatur A alicui B inesse, C autem nulli insit: necesse est igitur C, alicui B non inesse: sed offi ni inerat: quare falsum quod suppositum est, nulli ergo B inerit A. Quando autem non omni B inest A, supponatur omni inesse, C autem nulli: necesse est ergo C, nulli B, inesse: hoc autem impossibile, quare uerum est non omni inesse. Manifestum ergo, quoniam omnes syllogismi fiunt per mediam figuram.

Argumentum in cap. 13.

In tertia fig. potest quælibet conclusio syllogizari per

per impossibile, velut vniuersalis affir. in Brocardo, sumendo eius contradictorium pro maiore cum sua vniuersali manifestè vera: sic particularis affirm. Ferison: sed vniuersalis neg. in Datisi, accipiendo eius contradictorium pro minore, & particularis negat. in Brocardo.

De syl. per impossibile in tertia figura. Cap. 13.

SImiliter autem & per ultimam. Ponatur enim A alicui B non inesse, C autem omni B; ergo A alicui C non inerit: si ergo hoc impossibile, falsum alicui nō inesse: quare verum est omni. Si vero supponatur nulli inesse, syllogismus quidem erit, & impossibile, non ostenditur autem quod propositum est: si enim contrarium supponatur: eadem erunt quæ in prioribus. Sed ad ostendendum alicui inesse, eadem sumenda est hypothesis: nam si A nulli B, C autem alicui B, A non omni C: si ergo hoc falsum, verum est A alicui B inesse. Quando autem nulli B inest A alicui B inesse. Quando autem nulli B inest, A supponatur alicui inesse, sumptum sit autem & C omni B inesse, ergo necesse est A alicui C inesse: sed nulli inerat, quare falsum est alicui B inesse A. Si autem supponatur omni inesse A, non ostenditur propositum: sed ad ostendendum non omni inesse, eadem sumenda hypothesis: nam si A omni B, & C, alicui B, A inest alicui C: hoc autem non fuit, quare falsum est omni inesse: si autem sic: verum nō omni. Si autem supponatur alicui inesse: eadem erunt quæ & in ijs, quæ prius dicta sunt. Manifestum ergo quoniam in omnibus per impossibile syllogismis, oppositum supponendum. Sumitur autem & quoniam in media figura ostenditur quodammodo affirmatiuum, & in postrema uniuersale.

Argumentum in cap. 14.

Differt autem syl. ad impossibile ab ostensiuo bifariam: primum enim in ostensiuo unam propositum, & alteram sumi esse non est necesse, sed ambas possunt esse veras. In eo autem, qui est ad impossibile necessariò una est vera, & altera falsa: deinde conclusio semper est falsa, non in ostensiuo. Conueniunt tamen: quoniam conclusio syllogizata per impossibile potest syllogizari ostensiuè, dum accipiamus contradictorium conclusionis syl. medium & alteram prop. ad inferendam contradictoriam hypothesis: ut si aliqua affir. syllogizatur per impossibile in prima fig. syllogizabitur ostensiuè in tertia: si neg. in secunda. Sic omnis affir. in secunda syllogizata per impossibile; syllogizatur ostensiuè in prima, neg. in tertia. Item omnis propositio affir. in tertia syllogizatur in prima, neg. in secunda: ut particularis affir. syllogizata per impoß. in Celarent syllogizatur in Disamis, neg. in Darij syllogizatur in Camestres: particularis neg. in Barbara, syllogizatur in Baroco: vniuersalis affir. in Baroco, syllogizatur in Barbara: & particularis affir. in Camestres, syllogizatur in Darij. & vniuersalis neg. in Festino, syllogizatur in Celarent: particularis neg. in Cesare, syllogizatur in Ferio: vniuersalis affirm. in Brocardo, syllogizatur in Barbara: particularis affirm. in Ferison, syllogizatur in Darij. vniuersalis neg. in Datisi, syllogizatur in Cesare: particularis neg. in Brocardo, syllogizatur in Baroco.

Quæ ostensiua, & quæ ad impossibile ducit demonstratio, differant. Cap. 14.

DIffert autem quæ ad impossibile demonstratio, ab ea quæ est ostensiua, eò quòd ostensiua quod uult interimere, deducens ad confessum falsum: ostensiua autem incipit ex confessis propositionibus veris. Sumunt ergo utraque duas propositiones confessas: sed hæc quidem harum alteram verò contradictionem conclusionis: hinc quidem non necesse est notam esse conclusionem, neque prius opinari quoniam est aut non est: illinc uerò inesse est, quoniam non est. Differt autem nihil affirmatiuam, uel negatiuam esse conclusionem: sed similiter se habet in utrisque. Omnis enim quæ ostensiua concludituꝝ per impossibile mostrabitur: & quæ per impossibile, ostensiuè, & per eosdem terminos, non autem in eisdem figuris. Nam quoniam per impossibile syllogismus fit in prima figura quod verum est, in media erit, aut in postrema: priuatiuum quidem in media, prædicatiuam autem in postrema: quando autem syllogismus in media fit, quod verum est erit in prima figura in omnibus propositionibus: quando autem in postrema syllogismus, quod verum est, erit in prima, & in media: affirmatiua quidem in prima, priuatiua autem in media.

Prima figura.

Sit enim ostensum A nulli, aut non omni per primam figuram, ergo hypothesis quia erat alicui B, inesse A: C autem sumebatur quidem

quidem omni, B autem nulli: sic enim fiebat syllogismus ad impossibile. Hoc autem media figura, si C A quidem omni, B autem nulli inest & manifestum ex his quoniam B, nulli inest A. similiter autem & si non omni ostensum sit inesse: nam hypothesis quidem est omni B A inesse: C autem sumebatur A quidem omni, B autem non omni: & si priuatiua sit sumpta C A: similiter etenim sic fit in media figura. Rursum sit ostensum alicui B inesse A, ergo hypothesis qui dem est nulli inesse: B autem sumebatur omni C inesse, & A uel omni, uel alicui C: sic em erit impossibile. hoc autem postrema figura: si A & omni C: & manifestum ex his, quia necesse est A alicui B inesse: similiter autem & si alicui C, sumatur inesse B uel A.

Secunda figura.

Rursum in media figura ostensum sit A omni B inesse: ergo hypothesis quidem fuit, non omni B, inesse A. sumptum est autem A omni C & omni B: sic enim erit impossibile: hoc aũt prima figura: si A omni & C omni B. Similiter autẽ & si ostensum sit alicui inesse: nam hypothesis quidem fuit, nulli B inesse A: sumptum est autẽ A omni C, & C alicui B. Si autem priuatiuus sit syllogismus, hypothesis quidem A alicui B inesse: sumptum est autem A nulli C & C omni B: quare fit prima. Et si non uniuersalis sit syllogismus, sed A alicui B ostensum sit nõ inesse similiter: nam hypothesis quidem omni B inesse A: sumptum est autem A nulli C: & C alicui B: sic enim prima figura.

Tertia

Tertia figura.

Rursum in tertia figura ostensum sit A inesse omni B: ergo hypothesis quidem fuit nō esse omni B ineſſe A: sumptum est autem C omni B, A omni C, sic enim erit impossibile: hoc autem prima figura. Similiter autem & si in aliquo sit demonstratio: non hypothesis quidem est nulli B ineſſe A: sumptum est autem C alicui & A omni C. Si autem priuatiuus sit syllogismus, hypothesis quidem A alicui B ineſſe non, sumptum est autem C A quidem nulli, B autem omni: hoc autem media figura. Similiter autem, si non uniuersalis sit demonstratio, nam hypothesis quidem erit omni B, ineſſe A, sumptum est autem C A quidem nulli, B autem alicui: hoc autem media figura. Manifestum ergo quoniam per eosdem terminos, & ostensiue & per impossibile demonstrare vnumquodque propositum, & cum ostensiue syllogismi, ad impossibile deducentes terminis sumptis, quando opposita propositio conclusioni sumpta fuerit: nam fiunt ijdem syllogismi ijs, qui sunt per conuersionem: quos statim habemus & figuras per quas vnumquodque erit. Palam ergo, quoniam omne propositum ostenditur per utrosque modos, & per impossibile, & ostensiue, & non contingit vnum alterum ab altero.

Argumentum in Cap. 15.

Syl. ex oppositis uidetur ea loquendi forma, quam Rhetorici circumdu&ionem appellant: uelut si quis

mus. Quandam omnis disciplina est studiosa: tamen nulla est. Hic Arist. ad syl. deducit, quem uocat ex oppositis. Quatuor autem sunt oppositiones secundum affirmationem, & neg. prima est oppositio uniuersalis affir. & uniuersalis neg. secunda uniuersalis affir. & particularis neg. tertia uniuersalis neg. & particularis affir. quarta particularis affir. & particularis neg. qua potius est verbis, quàm reipsa. In prima autem fig. fieri non possunt syl. ex oppositis immodis affir. syl. etenim affirm. constituit ut ex utrisque propos. affir. & hæ non sunt oppositæ: nec in neg. quoniam non idem subiectum, & prædicatum in prop.

De ratiocinatione ex oppositis.
Capi. 15.

IN qua autem figura est ex oppositis propositionibus syllogizare: & in qua non est, sic erit manifestum. Dico autem oppositas esse propositiones secundum locutionem quidem quatuor: ei omni, nulli: & omni, & non omni: & alicui & nulli: & alicui, & non alicui ineſſe. Secundum ueritatem autem tres, nam alicui & non alicui secundum locutionem opponuntur sibimet. Harum autem contrarias quidem uniuersales: omni, nulli ineſſe: ut omnem disciplinam esse studiosam nullam esse studiosam: Alias uero oppositas.

Prima figura.

In prima igitur figura non est ex oppositis propositionibus syllogismus, neque affirmatiuus, neque negatiuus. affirmatiuus quidem, quoniā

oportet utrasque affirmatiuas esse propositiones: oppositæ autem affirmatio, & negatio: particularius autem, quoniam oppositæ quidem de eodem prædicant, & negant: in prima autem medium non dicitur de vtrisque, sed de illo prædicatur alind negatur: idem autem de alio prædicatur: hæ vero non opponuntur.

Argumentum in cap. 16.

In secunda autem fig. potest fieri syl. ex oppositis contrarijs, & contradictorijs per se, & per accidens, per se in Camestres sic. Omnis disciplina est studiosa, sed nulla disciplina est studiosa, ergo nulla disciplina est disciplina. per accidens uerò: ut, omnis disciplina est studiosa, nulla autem medicina est studiosa: nulla igitur medicina est disciplina. In modis particularibus ut in Festino sic. Nulla disciplina est opinio. sed quædam medicina est opinio. itaque aliqua medicina non est disciplina.

De ratiocinatione ex oppositis in secunda figura. Caput. 16.

IN media autem figura, & ex oppositis, & ex contrarijs contingit fieri syllogismum. [illegible] enim bonum quidem, in quo A: disciplinam autem, in quo B & C: si ergo omnem disciplinam studiosam sumpsit, & nullam: A inest omni B, & nulli C: quare B nulli C: nulla ergo disciplina est disciplina est. Similiter autem & si omnem studiosam disciplinam. medicinam uero non studiosam sumpsit: nam A B quidem omni, C autem nulli: quare aliqua disciplina non erit disciplina: Et si A C quidem omni, B autem nulli

nulli: est autem B quidem disciplina, C autem medicina, A uero opinio: nullam enim disciplinam opinionem sumens, sumpsit aliquam disciplinam esse opinionem. Differt autem a priore in terminis conuersi: nam prius quidem ad B, nunc autem ad C affirmatiuum. Et si sit nō uniuersalis altera propositio, similiter: semper erit medium est, quod ab altero quidem negatiuè dicitur, de altero uerò affirmatiuè. Quare contingit opposita quidem perfici, non autem semper neque omnino: sed sic se habeant, quę sunt huius medio, vt vel eadem sint, vel totum ad partem, aliter autem impossibile: non enim erunt propositiones ullo modo, neque contrariæ, neque oppositæ.

Argumentum in cap. 17.

In tertia autem fig. non fit syl. ex propo. oppositis in modis affir. sed in neg. ut in Ferison. Nulla medicina est disciplina, & quædam medicina est disciplina: quare aliqua disciplina non est disciplina. unde in modis uniuersalibus non fit syl. ex contrarijs, in particularibus ex contradictorijs. ideirco autem sex sunt obseruanda. primum, prop. non sint subcontrariæ: sunt enim particulares, ex quibus nihil sequitur. secundum, ut prop. concedantur: necesse est vtrumque probari. Tertium, cum tres ve vera sint modi oppositi in duo contradictorij, & unus contrarius: ideo sex modis contingit opposita combinari: nam si prop. sint contrariæ, vel maior est uniuersalis affirm. & minor uniuersalis neg. uel contrà: & sic in contradictorijs. Quartum, differt syl. ex oppositis à syl. ex falsis: quoniam in his semper conclusio est vera, in illis falsa.

Quintum, nihil differt in syl. ex oppositis inferre aut eius unem contrariam, vel contradictoriam propositioni concessæ: resp. dicendum est supponendo aut enim propositionem quandam veram. Sextum, prop. syl. ex oppositis non probari per unum syl. concludi, nisi maior illa sit assumpta ex utraque parte contradictionis quo ad particularem. & si non concludantur ambo opposita: sed vnum est vnum concedi, & alterum concludi, vel ambo inferri per plures syl. Exempl. primi est. Omne malum est album, & non album. sed omnis homo est malum. igitur omnis homo est album, & non album. Secundus: si hæc concedatur: omnis disciplina est opinio. syllogizatur hoc pacto eius contradictoria: nulla medicina est opinio, sed quædam disciplina est medicina. quare aliqua disciplina non est opinio.

De syllogismo ex oppositis in tertia figura. Caput. 17.

IN tertia verò figura affirmatiuus quidem syllogismus nunquam erit ex oppositis propositionibus: propter causam dictam, & in prima figura. Negatiuus autem erit syllogismus, & non uniuersalibus, & non uniuersalibus terminis. nam enim disciplina in quo B, & C, medicina autem in quo A: si ergo sumat omnem medicinam disciplinam, & nullam medicinam: disciplinam B omni A sumpsit, & C nulli A: quare erit aliqua disciplina non disciplina. Similiter autem & si non uniuersaliter sumpta sit A B propositio: nam si est aliqua medicina disciplina, & rursum nulla medicina disciplina, accidit disciplinam non esse disciplinam. Sunt autem aliquam non esse disciplinam. Sunt autem uniuersaliter quidem sumptis terminis, contra alia propositiones: si autem particularis alterutra

sit oppositæ. Oportet autem scire quoniam contingit opposita sic sumere, quemadmodum dicimus, omnem disciplinam studiosam esse, & rursum nullam, aut aliquam non esse studiosam quod nō solet latere: erit autem per alias interrogationes syllogizare alteram, & quemadmodum in topicis dictum est, sumere. Quoniam autem affirmationum oppositiones sunt tres, sexies accidit opposita sumere, aut omni, & nulli aut omni, & non omni: aut alicui, & nulli. & hoc conuerti in terminis, ut A omni B, & nulli C aut omni C, & nulli B: aut huic quidem omni, illi verò non omni: & rursum hoc conuerti secundum terminos: similiter autem & in tertia figura: Quare manifestum est & quoties, & in quibus figuris contingit per oppositas propositiones fieri syllogismum. Manifestum est quoniam ex falsis est verum syllogizare, quemadmodum dictum est prius. ex oppositis autem non est: semper enim contrarius syllogismus fit rei (ut si est bonum, non esse bonum: aut si animal non animal) eo quod ex contradictione est syllogismus, & subiecti termini, aut ijdē sunt: aut hic quidem totum, ille autem pars. Falsum autem quoniam in paralogismis nihil prohibet fieri hypotheseos contradictionem: vt si est impar, non esse impar: nam ex oppositis propositionibus, contrarius erit syllogismus: si ergo sumpserit hoc modo: hypotheseos erit contradictio. Oportet autem considerare, quoniam hoc quidem non est contraria cōcludere ex uno syllogismo (ut sit conclusio quoniam nō est bonum, bonum aut aliud quiddam tale) nisi talium huiusmodi propositio sumatur: ut omne animal esse album, & non album, hominem au-

tem animal: sed uel assumere oportet contrariam dictionem; ut quoniam omnis disciplina opinio, & non opinio: deinde sumere, quoniam medicina disciplina quidem est, nulla autem opinio: quemadmodum redarguitiones fiunt ex duobus syllogismis. Quare esse quidem contraria secundum veritatem quæ sumpta sunt non est alio modo quàm hoc, quemadmodum dictum est prius.

Argumentum in cap. 18.

Petere principium est non ostendere propositum, idq; contingit quatuor modis, primò quando non syllogizatur. 2. ponitur aliquid absque probatione secundò si quid ostendatur per ignotiora: tertiò si per æque ignota: quartò quando prius ostenditur per posteriora: quæ rùm petitio principij est duplex: quædam statim, quædam non statim. statim, quando idem re, & nomine assumitur ad seipsum probandum: ut A. est, quia A. est. non statim, quando assumitur aliquid non idem nomine ad probandum propositum: quin potius aduenum ad probandum propositum: quin potius adsumum, uel superfluum: at, si A. ostendatur per B. & B. per C. & tamen A. sit aptum ostendi per C. uel per alium probet lineas parallelas: quoniam inter se non concurrunt, non est petitio principij statim: lineæ enim parallelæ non concurrunt, est antecedens. & aptum ostendi per hoc consequens. Hæ lineæ sunt parallelæ: nam si sic arguimus. Lineæ sunt parallelæ, quæ non concurrunt. & non concurrunt: ergo sunt parallelæ. Cum hæc lineæ sint parallelæ: sunt parallelæ. Cum rùm in prima fig. petitur principium si maior sit minor in prima fig. petitur principium si maior sit minor ex 3ª dubia quàm conclusio in Barbara: quoniam ex conclusione, & minore conuertibili syllogizabitur maior: ac tandem maior per se ipsam. Deinde quando æ

què dubia, uel magis quàm conclusio, si termini maiores conuertantur. & sic in celarent, & alijs modis aliarum fig. sed petitio principij in demonstratiuis, & dialecticis differt: nam in demonstratiuis petitur principium secundum ueritatem, in dialecticis secundum opinionem.

De Impotentijs syllogisticis.

De petitione principij. Cap. 18.

IN principio autem petere, & accipere est qui dem, ut in genere sumere in eo, quod nō est demonstrate propositum. Hoc autem accidit multipliciter: nam & si omnino non syllogizatur, & si per ignotiora, aut similiter ignota, & si per posteriora quod prius est: demonstratio eñ ex prioribus, & notioribus est. Horum ergo nullum est petere quòd ex principio est: sed quia hæc quidem nata sunt per se cognosci, illa uero per alia (nam principia quidem per se: quæ autem sub principijs, per alia) quando quod non per se notum est, per se aliquis conatur ostendere, tunc petit quod ex principio est hoc autem est sic facere quidem ut statim postulet id quod propositum est. Contingit autem & transsedientes & ad alia, eorum quę nata sunt per illa ostendi per hæc monstrare quod ex prio eleo est: ut si A ostendatur per B, & B per C, C autem narum sit ostendit per A accidi enim idem A per se demonstrare eos, qui sic syllogizant, quod faciunt qui parallelas arbitrantur scribere: latent enim ipsi seipsos talia sumen-

ter quæ non valent demonstrare, cum non sint parallelæ.

Quare accidit sic syllogizantibus unumquodque esse dicere si est vnumquodque: sic autem omne erit per se notum: quod est impossibile. Si ergo aliquis dubitat assumpto dubio quod A ineſt C, similiter & quoniam B, petat autem A inesse B, nodum manifestum si quod in principio est, petat, sed quoniam non demonstrat manifestum: non enim est principium demonstrationis, quod similiter est incertum. Si autem B ad C sic se habet vt idem sit: aut manifestum quod conuertuntur, aut ineſt alterum alteri: quod in principio est petit: nam & quoniam A ineſt B, per illa monstrabit si conuertantur: nunc autem hoc prohibet, sed non modus. Si autem faciat, quod dictum est faciet, & conuertet per tertia: similiter autem & si B sumat ineſſe C, quod similiter incertum sit, ut & si A ineſt C, nodum quod ex principio petit, sed neque demonstrat. Si autem idem sit A, & B, aut eo quod conuertitur, aut eo quod A sequitur C: quod est B, quod ex principio est petit propter eandem causam: nam ex principio quid valet, prius dictum est nobis. Quoniam per se monstrabitur quod non est per se manifestum. Si ergo est in principio petere per se monstrare, quod non per se est manifestum: hoc autem est non ostendere quando similiter dubitatur quod monstratur, & per quod monstratur: vel eo quod eadem eidem, vel eo quod idē eisdem ineſſe sumitur: in media quidem figura, & tertia utrorumque contingit. similiter quod est in principio petere: in praecatiuo quidem syllogismo & in tertia figura, & in prima: negatiuè autem quando eadem ab eo

dem, & non similiter utraque propositiones: similiter autem & in media, eo quod non conuertuntur termini secundum negatiuos syllogisticationibus quidem, quæ secundum veritatem se habent: in dialecticis autem, quæ secundum opinionem.

Argumentum in cap. 19.

Non propter hoc accidere falsum fit in syl. ad impossibile, & non in ostensiuo: ex falsitate enim conclusionis infertur falsitas alicuius prop. deinde si quæ prop. remouentur; non remanet nisi enthymema. quæ verò non propter hoc accidere falsum dicitur propos. sumpta in syl. ad impossibile nihil faciens ad inferendam conclusionem, itaque si ex falsitate conclusionis inferatur falsitas huius prop. committitur defectus illi qui non est propter hoc accidere falsum. quare, si conclusio sit, impossibile est aliquod spatium pertransiri, vel hypothesis, seu non propter hoc accidere falsum hæc. Diameter non est asymeter: & arguatur sic. Diameter non est asymeter non contingit infinita pertransire, in qualibet spatio sunt infinita; ergo non contingit aliquod spatium pertransire; conclusio est falsa, & aliqua prop. ut Diameter non est asymeter, non propter vera est. diameter est asyme. er. secundo quando hæc prop. conuenit cum conclusione per aliquem terminum, ut per literas explanat Arist. Et sum prius assumptum, & non propter verum: nam, si conclusio est falsa; aliqua prop. est falsa. Et si respondeat negetur conclusionem opponentis; non conced' assumptum, quæ concedas duas prop. communicantes in uno

termi-

termino, & dispositus in modo, & figura ea, ex qua possit inferri conclusio illa. Contrà opponens vult conclusionem, & si plura habeat media, incipiat à vltimo.

De non propter hoc accidere falsum. Caput. 19.

NOn propter hoc autem accidere falsum (quod sæpe in disputationibus solemus dicere) primum quidem est in ijs qui ad impossibile syllogismis: quando ad contradictionē eius quod monstratum est, ea quæ ad impossibile. Nam neque qui non contradicit, dicit non propter hoc, sed quoniam falsum est aliquid positum, priorum: neque in ostensiua: nam enim ponit quod contradicit. Amplius autem quando interimitur aliquid ostensiue per A B, non est dicere quoniam non propter quod fuit factus est syllogismus: nam non propter hoc fieri tunc dicimus, quando interempto hoc nihilominus perficitur syllogismus, quod non est in ostensiuis: interempta enim propositione nec qui ad hanc est, erit syllogismus. manifestum igitur quoniam in ijs qui ad impossibile fit, dicitur non propter hoc, & quando sic se habet ad impossibile quæ ex principio ut ex hypothesis, ut cum sit uel, cum non sit hæc, nihilominus accidit impossibile. Ergo manifestissimus est eadem modus est non propter suppositionem falsum quando ab hypothesi inconuenientia sequi medijs syllogismus ad impossibile, quod dictum & in Topicis: quod enim non est causa, ut causam ponere, hoc est. Et si uolens ostendere quoniam asymeter est diameter, concesserit

ratione quoniam non est moueri, & ad hoc inducat impossibile: nullo enim modo cōtinuum est falsum locutioni, quæ est ex principio. Alius autem modus, si continuum quidem sit impossibile hypothesi, non tamen propter illa accidat: hoc autem possibile est fieri, & in hoc quod superius, & in hoc quod inferius sumenti continuum: ut si A ponatur inesse B, B autem C, C uero D, hoc autem sit falsum B inesse D: nam (si ablato A, nihilominus B ineat C, & C D) non erit falsum propter eam quæ ex principio ex hypothesi. Aut rursum si quis in superiori sumat continuum, ut si A quidem B, E autem A, F uero E, falsum autem sit F inesse A: nam & sic nihilominus erit impossibile, interempta quę est ex principio hypothesi. Sed oportet ad eos qui ex principio terminos, copulare impossibile: sic enim erit propter hypothesin. Vt inferiori quidem, sumenti continuum ad prędicatum terminum: nam si impossibile est A inesse D interempto A, non amplius erit falsum. In superiori autem de quo prædicatur, nam si F nō possibile est inesse B, interempto B, non amplius erit impossibile: similiter autem & cum priuatiui sint syllogismi. Manifestum ergo quoniam cum impossibile non ad priores terminos, non propter positionem accidit falsum. An nec sic semper propter hypothesin erit falsum? nam si non ei quod est B, sed ei quod est K positum est inesse A, K autem C, & hoc D, & sic manet impossibile: similiter autem & in sursum sumenti terminos: quare (quoniam cum est, & cum non est hoc, accidit impossibile) non erit propter positionē, aut cum non est hoc, nihilominus fieri falsum. Hæc sic sumendum ut alio positiuo accidat impossibile.

possibile: sed quando ablato hoc, idem per reliquas propositiones concluditur impossibile, eò quòd idem falsum accidere per plures hypothesis nihil fortasse inconueniens est: ut paralogismus contingere, & si maior est qui inferius est eo qui exterius, & si triangulus habet plures rectos duobus.

Argumentum in cap. 29.

Quare elenchi notitiam habemus ex syl. elenchus enim potest fieri ex duabus affir. vel una affir. & altera neg. quemadmodum & syl. & si conclusio est quod concessum est à respondente contradicat syl. est elenchus: nam elenchus ad diu supra syl. quod syl. & contradictionis, itaque si respondens non concedat affirmatiuã, non potest fieri elenchus; tum quoque si neg. nihil sequatur. Et si respondens non concedat propo. aliquam uniuersalem; non potest fieri elenchus: siquidem ex puris particularibus nihil sequatur.

De falsa ratiocinatione, cata. syllogismum. hoc est contrariocinatione, & elencho. Cap. 29.

FAlsa autem oratio fit propter primum falsum. aut enim ex duabus propositionibus, aut ex pluribus omnis est syllogismus. ergo ex duabus quidem, harum necesse est alterum, aut etiam utrasque esse falsas, nam ex ueris non erat falsus syllogismus: si uero ex pluribus, [illegible] sic quidem per A B, hoc autem per D F G, [illegible] rum erit aliquid superiorum falsum, & [illegible] oratio, nã A & B illæ cõcluduntur, quare [illegible] horum aliquid, accidit conclusio, & falsum.

De eo quod est non ratiocinari.

VT autem non cathasyllogizetur, obseruandum quãdo sine conclusionibus interrogat orationem, ut non detur bis idem in propositionibus, eò quod scimus, quoniam sine medio syllogismus non fit: medium autem est, quod plerunque dicitur. Quomodo autem oportet ad unam quanque conclusionem obseruare medium, manifestũ est, eo quod scitur quale in unaquaque figura ostenditur: hoc autem nos non latebit, eo quod uidemus quomodo submittimus rationem. oportet autem quod custodire præcipimus respondentes, ipsos argumentantes tẽ tale latere, hoc autem erit, primum quidem si conclusiones non prius syllogizent, sed sumptis necessarijs non manifestæ sint. Amplius autem si non propinqua interrogãt, sed quam maxime longe media, ut si sit opportunum concludere A D E, media B C D E, oportet ergo inquirere si A, B, & rursum non si B, C, sed si de C, deinde A B C, & sic reliqua, & si per unum medium fit syllogismus, A medio incipere: maxime enim hic latebit respondentem.

De Redargutione.

QVoniam ergo habemus quando, & quomodo se habentibus terminis fit syllogismus, manifestum & quando erit, & quando non erit elẽchus, nam omnibus affirmatiuis, uel permutationis positis responsionibus (ut hæc quidem affirmationis, illa uerò negatiua) contingit fieri elenchus, erit enim syllogismus, & sic in illo modo

se

se habentibus terminis, quare si id quod pos-
tum est, contrarium sit conclusioni, necesse
est fieri elenchum, nam elenchus, syllogismus
contradictionis est. Si uerò nihil assumetur,
impossibile est fieri elenchum, non enim erit
syllogismus, cum omnes termini erant pos-
tiui, quare nec elenchus, nam si elenchus, necesse
se est syllogismum esse, cum autem est syllogis-
mus, non necesse est elenchum esse. Similiter
autem si nihil positum sit secundum respondē-
nem uniuersaliter, nam eadem erit definitio syl-
logismi, & elenchi.

Argumentum, in cap. 21.

Potest quis decipi in cognitione terminorum, &
prop. dupliciter, aut si quid opinetur esse in aliqua
rum coniugatione, & non sit, aut si sit, non eo mo-
do, uel ordine, quo existimat. quare sicut aliquid dici-
tur sciri tripliciter; sic, & ignorari, nam dicitur aliq.
quid sciri in uniuersali, quando cognoscitur aliqua
prop. ex terminis communibus constituta, ex qua
quid potest deduci. secundò scitur in propria forma,
quando scitur aliqua conclusio ex terminis propri-
libus constituta. Tertiò scitur aliquid in actu, quā-
do illud actualiter consideratur, & in habitu,
quando quis considerare pōt. Hucmō contingit op-
nari contraria dupliciter, primò cum inconsulte
si, vt si quis opinetur aliquid esse malum, & non
idem esse bonum. unde crederet bonum esse malum
& bonum esse bonum.

De fallacia secundum opinionem.
Caput. 21.

Accidit autem quādoque (quemadmodum
in positione terminorum fallebamur) & se
cundum opinionem fieri fallaciam, vt si contin
gat idem pluribus principaliter inesse, & hoc
quidem latere aliquem, & putare nulli inesse,
illud autem scire, ut insit A B & C per se, & hæc
omni D similiter, si igitur B quidem putet om-
ni A inesse, & hoc D C autē nulli A, & hoc om-
ni D, eiusdem secundum idem habebit discipli
nam, & ignorantiam. Rursum si quis fallatur
circa ea quæ sunt ex eadem coniugatione, ut si
A inest B, hoc autem C, & C D, opinetur autem
A inesse omni B, & rursum nulli C. Simul enim
sciet, & non opinabitur inesse: ergo nihil aliud
existimat ex ijs, quam scit, hoc nō opinari, scit
enim aliquo modo quoniam A inest C per B, ve
lut in uniuersali hoc quod est particulare, qua-
se quod aliquo modo scit, hoc omnino existi-
mat non opinari, quod est impossibile. In eo
autem quod prius dictum est, si non ex eadem
coniugatione sit medium, secundum utrunque
quidem mediorum ambas propositiones non
possibile est opinari, ut A B quidem omni, C au
tem nulli: hæc autem utraque, omni D: accidit
autem aut simpliciter, aut in aliquo cōtrariam
sumere primam propositionem. si enim cui B
inest omni, A opinatur inesse, B autem D nouit,
& quoniam A D nouit: quare si rursum cui C
nulli, putat A inesse: cui B alicui inest, huic non
putat A inesse, quòd autem omni putat cui B.
Rursum alicui nō putare cui B, aut simpliciter,

aut

aut in aliquo contrarium est, sic ergo non contingit opinari. Secundum utrunque autem aut secundum alterum utrasque, nihil prohibet A omni B, & B D: & rursum A, nulli C. Nam similis huiusmodi fallacia, velati fallimur circa particularia, ut si A omni B ineſt, B autem omni C, A omni C inerit: si ergo aliquis nouit quod A cui B, ineſt omni, nouit & quoniam ei quod est C, sed nihil prohibet ignorare C quoniam est si A quidem duo recti, ii. quo autem B triangulus, in quo uero C ſenſibilis triangulus: opinabitur enim aliquis non esse C: ſciens quoniam omnis triangulus habet duos rectos, quare ſciet, & ignorabit idem, nam ſcire omnem triangulum quoniam duobus rectis, nō ſimpliciter, ſed hoc quidem uniuerſalem habet diſciplinam, illud uerò ſingularem. Si ergo in uniuerſali nouit C, quoniam duobus rectis, in ſingulari autem non nouit, quare non habebit contrariam. Similiter autem eſt quæ in Menone eſt oratio, quoniam diſciplina eſt reminiſcentia, aliquando enim accidit præſcire quod ſingulare eſt: ſed ſimul inductione ſumere particularium diſciplinam, velut recognoſcentes. Nam quædam ſcimus, ſtatim ſcimus: ut quoniam duobus rectis, & ſcimus quoniam triangulus: ſimiliter autem & in alijs. Ergo uniuerſali quidem ſpeculamur particularia, propria autem non ſcimus: quare contingit & falli circa ea: verum nō contrarium, ſed habere quidem uniuerſalem, decipi autem particulari. Similiter autem in prædictis: non enim contraria quæ eſt ſecundum medium, quæ eſt ſecundum ſyllogiſmum diſciplinam, quæ eſt ſecundum utrunque mediorum operatio: nihil enim prohibet ſcientem, & quia-

niam A toti B ineſt, & rursum hoc toti C, putare non ineſſe C: ut quoniam omnis mula ſterilis, & hæc mula, putare hanc habere in utero, non enim ſcit quoniam A, C qui non cōſpicit, quod eſt ſecundum utrunque. Quare manifeſtum quoniā & ſi hoc quidem nouit, illud uerò non nouit, falletur, quod habent uniuerſales, ad particulares diſciplinas: nullum enim ſenſibilium cum extra ſenſum ſit, ſcimus: nec ſi ſentientes ſcimus, ſcimus, niſi ut in uniuerſali, & in eo quod habet propriam diſciplinam, ſed non in eo quod eſt in actu. Nam ſcire tripliciter dicitur, aut vt uniuerſali, aut vt propria, aut vt in actu: quare & decipi totidem modis: nihil ergo prohibet & ſcire, & deceptum eſſe circa idem: verumtamen non contrariè. quod ac cidit & ei, qui ſecundum vtranque ſcit propoſitionum, & non pertractauit prius: nam opinio in utero habere mulam, non habet ſecundum aliam diſciplinam, neque propter opinionem fallaciam contrariam diſciplinæ: ſyllogiſmus enim eſt contraria fallacia in uniuerſali. Qui autem opinatus quod bonum eſſe, eſt malum eſſe: idem opinabitur bonum eſſe, & malum. Sit enim bonum eſſe in quo A, malum autem eſſe in quo B: rursum bonum eſſe in quo C: quoniam igitur idem opinatus & B, & C, & eſſe C B & C A: nam quemadmodum ſi erat verum de quo C B, & de quo B A, & de quo C A verū erat & in opinatione. Similiter autem & in eo quod eſt eſſe. nam cum idem ſit C & B, & rursum A, C idem erit: quare & opinatione ſimiliter: ergo hoc quidem neceſſarium ſi quis det primum. Sed fortaſſe illud falſum opinari

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquem quod malum esse est bonum esse, n
si secundum accidens, multipliciter enim
bile est hoc opinari: perspiciendum autem
melius.

Argumentum in cap. 22.

*Si maior terminus, & minor inter se conuertu
tur; necesse est quoque medium conuerti tum illis, q
que id in Barbaratin alijs autem non est uerum.
cundò si duo contraria, vt genitum, & ingenitum
una parte sint, duo ex alia, ut corruptibile, & incor
ruptibile; si prima conuertantur cum secunda
tiam secunda cum primis. Tertiò si aliqua duo
uertantur inter se, ut genitum, & corruptibile,
& eorum opposita, ut ingenitum, & incorruptibile
Quartò si quid prædicetur vniuersaliter de aliq
& de nullis alijs, & illa duo de illo; est rationale
omni homine, & de omni risibili; si illa duo conu
tantur inter se, vt homo, & risibile; & tertium
que, vt rationale. Quintò si duo prædicata dicun
vniuersaliter de eadem subiecto, & vnum terminu
uertatur cum subiecto; & alterum prædicabitur
uersaliter de ipso. terminis sint rationale, homo,
risibile. Sextò si sint duo opposita, ut A. & B.
eligendum ut A. alterum fugiendum, ut B. Si
duo opposita, eligendum vt D. fugiendum ut B. Si
tantum cum C. sit magis eligendum, quàm C.
A simpliciter est magis eligendum, quàm D.*

De Annexis Syllogismo.

De conuersionibus terminorum. Cap. 22.

QVando verò conuertuntur extremitates, necesse est & medium conuerti ad vtrantque: si enim A de C, per B est, si conuertitur, & ineſt cui A omni C, & B A conuertitur, & ineſt cui A omni: B per medium C. & C B conuertitur per medium A. Et in non esse itidem: vt si B ineſt C, A verò non ineſt B, neque A inerit C. Si ergo B conuertatur ad A: & C ad A conuertetur, ſit enim B nulli A inexiſtens, ergo neque C, omni enim C inerat B: & ſi B conuertitur ad C, & A conuertetur ad C: nam de quocunque bino B, & C. Et ſi C ad A conuertitur, & B conuertetur ad A: cui enim B ineſt, & C: cui autem incipit, alia autem non ſimiliter: vt in prædicatino ſyllogiſmo. Rurſum ſi A & B conuertuntur, & C & D ſimiliter, omni autem neceſſe eſt A aut C ineſſe: & B & D ſic ſe habebunt, vt omalteutrum inſit: quoniam enim cui A, B: & cui C, D omni autem A aut C, & non ſimul: manifeſtum quoniam & B aut D omni, & non ſimul: vt ſi ingenitum, incorruptibile: & incorruptibile, ingenitum: neceſſe eſt quod factum eſt corruptibile, & corruptibile factum eſſe: duo enim ſyllogiſmi conſtituti ſunt.



Rursum si omni quidem, A vel B, & C vel D simul aũt nõ insunt: si conuertitur A & C, & B & D conuertetur. Nam si aliqui non ineſt B, nec D, palam quoniam A ineſt: si autem A, & C conuertuntur enim: quare simul C & D: hoc autem impossibile.

Quando autem A toti B & C ineſt, & de

lo alio prædicatur, ineſt autem & B, omni C: necesse est A & B conuerti: quoniam enim de subiecto B C dicitur A, prædicatur autem B & idem de se & de C: manifestum quoniam de quibus A & B dicetur omnibus, verũ & de A. Rursum quando A & B, toti C insunt: conuertitur autẽ C B: necesse est A, omni B ineſſe: quoniã enim omni C, A: C autem B, eo quòd conuertuntur: & A omni B inerit. Quando autem duo fuerint oppositæ: vt A magis eligendum sit quàm B, cũ sint oppositæ, & D quàm C similiter, si magis eligenda sunt A C quam B D: A magis eligendum quàm D. Similiter enim sequendum A, & fugiendum B, appositæ enim: & C ei quod est D: quare & hæc opponuntur: si ergo A ei quod est D similiter eligẽdum, & B ei quod est C fugiendum, vtrunque enim vtrique similiter fugiendum eligendo: quare & hæc ambo A C, ijsque sunt B D, quoniam autem magis, non possibile similiter: nam & h D similiter erunt. Si autem B magis eligendum quàm A, & B quam C minus fugiendum: nam quod minus est minori opponitur: magis autem eligendum, est maius bonum, & minus malum, quàm minus bonum, & maius malum. Vniuersum igitur B D magis eligendum, quàm A C, nunc autem non est ergo magis A eligendum, quàm D: & C ergo minus fugiendum quam B.

Sanitas. Aegritudo.

A. B.

D. C.

Diuitiæ. Paupertas.

Si ergo eligat omnis amans secundum amorem A sic se habere, vt concedere, & non concedere in quo C, aut concedere in quo B, & non tale esse vt concedere in quo B, manifestum quoniam A huiusmodi esse, magis eligendum est quàm concedere: ergo diligere quàm conuentio magis eligendum secundum amorem: magis ergo amor est amicitia, in quibus conuenire. Si autem maximè huius, & finis hæc: ergo conuenire aut non est omnino, aut diligendi gratia: nam & aliæ concupiscentiæ & artes, sic fiunt.

Velle gratificari. Nolle gratificari.

A. B.

D. C.

Posse gratificari. Non posse gratificari.

Quomodo ergo se habent termini secundum conuertiones, & in eo quod magis fugiendum, vel magis eligendum sit, manifestum est.

ANNOTATIONES.

Conuertuntur] *in hoc loco conuerti dicuntur, quæ de se inuicem vniuersaliter prædicantur.* [*vt A. magis eligendum sit, quàm B.*] *Codex quidam habet. A. & B. A. eligibilius.* [*Sanitas, Aegritudo, &c.*] *hoc exemplum scribit Eurana.*

Argumentum, in cap. 23.

Non solum syl. dialectici, & demonstratiui sunt in tribus figuris, sed & rhetorica argumentationes. Inductio autem est argumentum, cuius conclusio habet terminum maiorem, vt animal, minorem conclusionis vt hominem, medium vt Socratem. vel sit A. hominem,

gæuum, B. choleram non habens, & C. singulare longæuum, ut hic equus, & asinus. Hic & equus, & asinus, & cervus sunt longæui. sed omne animal choleram non habens est equus, asinus & homus. quare omne animal choleram non habens est longæuum. Et aduertamus singularia loco mediorum produci. In prima figu. sic fit. Omne quod est sine cholera est equus, asinus, & cervus est longæuum. Sed omne animal choleram non habens est equus, &c. Itaque omne animal choleram non habens est longæui. Differt syl. ab inductione: quoniam inductio est probatiua prop. immediatarum, & syl. medij & extremi: deinde inductio ostendit maiorem terminum de medio. & syl. de minori per medium. quapropter syllogismus procedit ex prioribus secundum naturam, inductio ex posterioribus naturæ, sed notioribus quo ad nos.

De epagoge, id est, inductione, & syll. inductiuis. Cap. 23.

QVoniam autem non solum dialectici & demonstratiui syllogismi per prædictas figuras, sed & rhetorici, sed & simpliciter quæcunque fides est, & secundum vnamquamque artem, nunc erit dicendum. Omnia enim credimus per syllogismum aut ex inductione: ergo & inductio quide est, & ex inductione syllogismus. per alteram extremitatem medio syllogizare. Vt si eorum quæ sunt A C, medium sit B, per quod ostendere A inesse B: sic enim facimus inductiones. Vt sit A longæuum, in quo autem B cholerā non habere, in quo vero C singulare longæuum, vt homo, equus, & mulus; ergo toti B inest A. omne enim quod sine cholera est, longæuum est. sed & B non habere choleram, omni inest C. ergo conuertatur C ei quod est B, & non tamen

secundat medium, necesse est E inesse B. Ostensum enim est prius quoniam si duo aliqua eidē insint, & ad alterū eorū conuertatur extremū, quoniam vertio & alterum inerit prædicatorū. Oportet autē intelligere C ex singularibus omnibus compositum: nam inductio per omnia. Syllogismus autem huiusmodi est primæ, & immediatæ propositionis: quarum enim est medium, per medium est syllogismus: quarum vero non est, per inductionem. Et quodam modo opponitur inductio, syllogismo: nam hic quidē per medium, extremum de tertio ostendit: illa autē per tertiū, extremū de medio. Ergo natura quidem prior, & notior per mediū syllogismus: nobis aūt manifestior, qui est per inductionem.

Argumentum in cap. 24.

Exemplum ostendit maiorem terminum de medio per aliquid, quod simile sit minori, vel de minori per medium. vt, Athenienses pugnare contra Thebanos malum est. ergo affines pugnare contra affines malum est. rursum, Phocenses contra Thebanos pugnare, est affines contra affines pugnare. quare Phocenses pugnare contra Thebanos malum est. Vnde exemplum est argumentatio, cuius antecedens non se habet ad consequens, vt pars ad totum, nec vt totum ad partem, sed vt pars ad partem, ideſt quid unum particulare per simile in ipso reperiunt. Differt autem inductio ab exemplo, quod inductio procedit ab omnibus singularibus ad universale, & exemplum a singulari ad singulare. Adde inductio ostendit maiorem terminum de medio per minorem, exemplum per aliquod simile minori termino.

De paradigmate, hoc est, exemplo. Cap. 24

EXemplum autem est, quando medio extremum ineſſe oſtenditur per id, quod est simile tertio. Oportet autem & medium tertio & primum ſimili notiusesse, ineſſe. Vt ſit A malum, B autem contra confines inferre bellum, ipsis autem C Athenienſes contra Thebanos, ipsis autem D. Thebanos contra Phocenſes. Si ergo volumus oſtendere quoniam Thebanis pugnare malum eſt, ſumendum contra quoniam contra confines pugnare eſt malum: huius autem ſimilibus, vt quoniam Thebani contra Phocenſes. Quoniam ergo contra confines malum, contra Thebanos autem, contra confines pugnare, manifeſtum quoniam contra Thebanos pugnare malum. Quoniam ergo B, C & D ineſt, manifeſtum: vtrunque enim eſt contra confines inferre bellum: & quoniam A, D: Thebanis enim fuit utile contra Phocenſes bellum. Quoniam autem A ineſt B, per D oſtenditur: eodem autem modo & ſi per plura ſimilia fides ſiat, quoniam ad extremum. Manifeſtum ergo quoniam exemplum eſt neque vt totum ad partem, neque vt pars ad totum: ſed vt pars ad partem, quando ambo quidem inſunt ſub eodem, notum autem alterum. Et differt ab inductione, quoniam hanc quidem ex omnibus indiuiduis oſtendebat ineſſe extremum medio, & ad extremum ſyllogiſmum copulabat ſyllogiſmum: hoc autem & conſtat & non ex omnibus oſtendit.

Aſſu-

Argumentum, in cap. 25.

Deductio ſit, quando maior eſt nota, & minor dubia, æquè tamen credibilis, aut magis, quàm concluſio. Fit autem duobus modis: primò quando minor eſt magis credibilis, quàm concluſio: vt, omnis diſciplina eſt docibilis, iuſtitia eſt diſciplina, igitur iuſtitia eſt docibilis. Secundò quando minor indiget mediis paucioribus, quàm concluſio ad probationem: vt, omne æquale rectæ lineæ poteſt quadrari. Sed circulus eſt æqualis rectæ lineæ, quare poteſt quadrari, ad miſcendum probandam ſit eſt probare, quòd quarta pars circuli, & quarta pars quadrati ſunt æquales. Sed ad probandæ concluſionem plura requiruntur. Verum, ſi neque minor eſſet credibilior concluſione, neque paucioribus indigeret mediis, & eſt immediata, non eſt deductio, ſed demonſtratio.

De apagoge, deductione ſeu. Cap. 25.

DEductio autem quando medio quidem primum palàm eſt ineſſe: poſtremo autem medium dubium quidem ſimiliter autem credibile, aut magis concluſione. Amplius, ſi pauciora ſint media poſtremo & medio, omnino enim propinquius eſſe accidit ſcientiæ. Vt ſit A docibile, in quo B diſciplina, C iuſtitia: ergo diſciplina quoniam docibilis, manifeſtum: iuſtitia autem ſi diſciplina, dubium. Si igitur ſimiliter aut magis credibile ſit B C quam A C, deductio erit: propinquius enim ſcientiæ, per quod aſſumpſerint A, C, diſciplinam prius non habentes. Aut rurſum ſi pauciora media ſint B C: nam & ſic propinquius eſt ſcientiæ. Vt ſi D ſit quadrã

gulare,

gulate, in quo autem E rectilineum, in quo F
culus: si ergo eius quod, est E F, vnum solum
medium, per lunares figuras æqualem fieri
ctilineo circulum, propinquius erit scientiæ.

Quãdo autem neque credibilius est B C, quã
A C, neque pauca media: non dico deduct
neque quando immediata est B C: disciplina
nim quod eiusmodi est.

Argumentum, in cap. 26.

*Instantia est propositio propositioni contraria, q
differt à prop. contra quam fit instantia: est enim pr
po. contra quam fit instantia, semper est vniuersalis.
Instantia autem potest esse vniuersalis, uel particula
ris. unde omnis instantia sit in prima, aut tertia fi
ut omnium contrariorum eadem est disciplina, ost
tur per instantiam sic. Nullorum oppositorum e
dem disciplina. Sed omnia contraria sunt oppo
itaque nullorum contrariorum eadem est disciplina.
Interdũ fit particularis hoc pacto. Noti, & ignoti
non est eadem disciplina. Sed notum, & ignotum
contraria. ergo contrariorum non est eadem
plina. Sic fit instantia contra prop. neg. uniuersa
in prima figu. & particulariter in tertia. quare
standum vniuersaliter, sat est medium, quod est
perius ad subiectum prop. contra quam fit instan
& inferius ad prædicatum. & hoc pacto est in
ma figu. Ad particulariter uerò instandum
medium, quod est inferius ad utrunque, & in
figu. non autem fit in secundas quoniam si prop. co
tra quam debemus instare, esset neg. eius conuersa
uel contradictoria non posset concludi in secunda
inde instantia debet statim nota esse. Sed in secun
figu. longe indigemus sermone. Tamen si instantia*

*fit explatur pro syl. instantium tam euidente, quàm in
euidente: potest fieri in secunda. Instantia tandem
ad impossibile, per locum ab oppositis, & per locum
ab authoritate.*

De instantia. Cap. 26.

INstantia autem propositio propositioni contrariæ. Differt autem a propositione: quoniã contingit quidem instantiam esse in particularem propositionem vero aut omnino nõ contingit, aut in vniuersalibus syllogismis. Fertur autem instantia duobus modis, & per duas figuras: duobus modis quidem, quoniã aut vniuersalis, aut particularis omnis instantia: per duas autem figuras, quoniam oppositæ feruntur propositioni oppositæ autem in prima, & tertia figura perficitur solis. Nam quando postulatur omni inesse, instamus quoniam nulli, aut quoniam alicui non inest. Horũ autem nulli quidem ex prima figura: alicui autem non, ex posttema. Vt sit A vnam esse disciplinam, in quo B contraria: ponit ergo vnam esse contrariorum disciplinã: aut quoniam omnino non est eadem oppositorum instantia. Contraria autem opposita: quare in prima figura. Aut quoniam noti, & ignoti nõ vna: hæc autem in tertia. Nam secundum tertiam notum, & ignotum contraria quidem esse, vnam tamen vnam autem esse eorum disciplinam, falsum. Rursum in priuatiua propositione similiter: cum postulat enim non esse contrariorum vnam disciplinam, aut quoniam omnium oppositorum, aut quoniam cõtrariorum aliquorum est eadem disciplina, dicimus, vt sani, & ægri: ex

go omnium quidem ex prima, aliquorum vero ex tertia figura. Simpliciter autem in omnibus vniuersaliter quidem instantibus, necesse est ad id quod vniuersale, est propositio contradictionem dicere: vt si non vnam existimet contrariorum omnium, dicere oppositorum vnamquamque. Medium autem necesse est primam esse figuram: medium enim fit vniuersale, ad hoc quod ex principijs: quod autem ad hoc in parte est vniuersale, diuiditur propositio: vt noti, & ignoti non eandem sed contraria vniuersale, ad hæc: & fit tertia figura: medium enim in parte sumptum, vt notum, & ignotum. Nam ex quibus est syllogizare omnium, ex ijs & instantias conamur dicere: quare & ex his solis figuris ferimus, nam in his fit oppositi syllogismi: per mediam enim figuram non fuit affirmare. Amplius autem & si fit oratione indiget plurima, quæ est per medium figuram: vt si non concedant A inesse B, ergo non sequitur hoc C: hoc enim per alias propositiones manifestum: non oportet autem instantiam conuerti ad alia, sed statim manifestum habere alteram propositionem. Quapropter & signum ex sola hac figura non est. Perspicacibus autem & de alijs instantijs, vt de ijs quæ sunt ex contrario, & simili, & secundum opinionem: & si particularem ex prima, vel priuatiuam ex media possibile est sumere.

Argumentum in cap. 27.

Enthymema est syl. ex icosibus, & signis. Icos est propositio probabilis. illud enim quo ut in plurib. facto aliud factum est, vel quo non facto, aliud non est factum, est propositio probabilis. sed icos est tale.

le. quare est prop. probabilis: vt diligere amantes. Signum autem est prop. demonstratiua, vel necessaria: illud enim quo facto, aliud necessarij fit, est prop. necessaria, signum verò est huius generis. unde dem enim cum terminis conclusionis conuertuntur, ex quibus sunt enthymemata in prima fig. Enthymemata autem non tantum prop. accipimus vt in prædicta sunt excedentia terminos conclusionis. ex his sunt enthymemata in secunda fig. vt, Hæc mulier est pallida, igitur peperit. Hic syl. videtur esse in secunda fig. sed non est: omittas enim ex ambabus prop. assertionis, ex quibus fit Enthymema in tertia fig. vt, Pittacus est studiosus, itaque est sapiens studiosus. Enthymema autem prima fig. est insolubile: nam, si assumatur, si fit syl. in prima fig. alia verò facilè solu. sed arguitur ex vtrisque affir. in secunda fig. vt, quæ peperit, est pallida, hæc mulier est pallida, igitur peperit. vel ex particularibus in tertia dicuntur indicia, sine vestigia, sine prodigia: cum maxime faciunt scire, quæ vero in alijs fig. figuratum.

De Eicote, hoc est, consentaneo signo, indicio, & enthymemate. Cap. 27.

Eicos autem, & signum, non idem est, sed eicos quidem est propositio probabilis. Quod enim ut in plurib. sciunt sic factum, vel non factum, aut esse, vel non esse, hoc est eicos: ut odire inuidentes, vel diligere amantes. Signum autem.

autem nulte esse propositio demonstratiua, vel
necessaria, uel probabilis: nam quo existente ens
vel quo facto prius, vel posterius res, signum est
vel fuisse, vel esse, Enthymema ergo est syllogis-
mus imperfectus ex eicotibus, & signis. Accipi-
tur autem signum tripliciter, quoties & medius
in figuris: aut enim ut in prima aut in media,
aut ut in tertia. Vt ostendere quidem parturi-
tem esse, quod lac habeat, ex prima figura: me-
dium enim lac habere, in quo A parere B, hoc
habere mulier in quo C. Quoniam autem lac ha-
bent, studiosi: nam Pittacus est studiosus: per tertiam, in quo A studiosum, in quo B plures
tes, in quo C Pittacus. Verum igitur A & B de C
prædicari: sed hoc quidem non dicunt quia par-
turit illud vero sumunt. Peperisse autem quo-
niam pallida, per mediam figuram vult esse:
quoniam enim sequitur parientes pallor, sequi-
tur autem & hanc: ostensum esse attribuentis
quoniam peperit. pallor in quo A, parere in quo
B, mulier in quo C. Ergo si una quidem dicatur
propositio, signum sit solum: si autem & altera
sumitur syllogismus. Vt Pittacus liberalis: nam
ambitiosi liberales: Pittacus autem ambitiosus.
Aut tursus, quoniam sapientes boni, Pittacus
autem bonus, sed & sapiens: sic ergo sunt pru-
dentes. Verum quidem per primam figuram
insolubilis, si vera sit vniuersalis enim est. Qui
autem per posteriorem, est solubilis, ets vera
conclusio, eò quod non vniuersalis: est in non
tia, nec ad rem syllogismus: non enim si Pit-
tacus est studiosus, propter hoc & alios necesse
est esse sapientes. Qui vero per mediam figu-
ram est, semper, & omnino solubilis: nunquam
enim syllogismus fit, sic se habentibus re-

bus. Non enim si quæ peperit pallida, pallida au-
tem & hæc, necesse est parere hãc: ergo uerum
est quidem in omnibus figuris, differentias an-
tem habentiam dictas. An igitur sic diuiden-
dum signum? horum autem medium indicium
sumendum: nam indicium dicunt esse quod
scire facit: tale autem maximè medium: An ve-
ra, quæ quidem ab extremitatibus signa dicen-
tur, quæ autem ex medio indicium? probabilissi-
mum enim & maximè verum est, quod est per
primam figuram.

Argumentum in cap. 28.

Iudicia autem sunt, quæ cognoscere naturæ vel
passiones, ad inuentionem vero indiciorum, siue prodi-
tionum supponitur duplices esse passiones, alias natu-
rales, quæ transeunt aut corpus, & animam, ut ira, &
concupiscentia, alias, quæ animam tantum transmu-
tant. secundò supponitur, quod omnis passionis non
est nisi vnum signum. vnde duo præcepta sunt nobis
obseruanda. primum est, si alicui insit una tantum
passio, vt leoni fortitudo, si velimus signum cognosce
re, quam passionis debemus in alijs speciebus inspice-
re, quoniam pars fortitudinem significet, ut in homi-
ne habere magnas summitates erit signum fortitudi-
nis in leone. secundum est, si duæ passiones alicui in-
sint, & vñ nisi vnum appareat signum: si velimus sci
re, cuius passionis sit signum illud inspiciamus subie-
ctum aliquid, in quo est una harum passionum, vt, si
velimus scire signum fortitudinis in homine, qui est
habent fortitudinis signa. atque ideò erit magnas habe-
re summitates. tale signum potest esse medium in

prima fig. quoniam conuertetur cum maiori termino, idem cum passione.

De syllogismo physiognomico, siue de cognoscenda natura. Cap. 28.

NAturas autem cognoscere possibile est, si quis concedat simul transmutare corpora & animam, quæcunque sunt naturales passiones: discens enim aliquis fortasse musicam, transmutauit secundum quid animam, sed non omnium quæ natura nobis insunt, hæc est passio, sed ut iræ, & concupiscentiæ, & naturalium passionum. Si igitur & hoc det, & vnum vnius signũ esse, & possumus sumere propriam vnius cuiusque generis passionem, & signum poterimus naturas cognoscere. Si enim est proprium alicui generi individuo inexistens passio, vt leonibus fortitudo, necesse est & signum esse aliquod: compati enim sibi mutuo possit, & sit hoc magnas summitates habere, quod & alijs generibus non totis contingit. Nam figura sic proprium est, quoniam totius generis propria passio est, & non solius proprium, sicut diximus dicere. Erit ergo & in alio genere habere, & erit fortis homo, & aliquod aliud animal, habebit ergo signum, unum enim unius erat. Si ergo hæc sunt, poterimus talia signa colligere in ijs animalibus, quæ solum unam passionem habent aliquam propriam, unaquæque autem habet signum, & quoniam unum habere necesse est, poterimus naturas cognoscere. Si vero duo habet propria totum genus, vt leo fortitudo & communicationum: quo modo cognoscemus utrum utrius sit signum, eorum signorum quæ

propriè sequuntur? An si & alij aliqui non totis ambo & in quibus non totis utrunque: quando hoc quidem habet, illud autem non? nam si fortis quidem, liberalis autem non, habet autem duorum hoc, palam quoniam & in leone horum signum fortitudinis. Est vero naturas cognoscere in prima quidem figura, eo quod medium priori extremitati conuertitur, tertiam autem transcendit, & non conuertitur. ut si fortitudo A, summitates magnas habere in quo B, C autem leo: ergo cui C, B omni, sed & alijs: cui autem B, A omni, & non pluribus, sed conuertitur: si autem non, non erit vnum, vnius signum.

Secundi Libri Priorum Analyticorum Aristotelis Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM Principis Posteriorum seu Vtoriorum

Liber Primus.

B. SEVERINO BOETHIO INTERPRETE.

SVMMA LIBRI.

De demonstrationis essentia, conditionibus, ad eam requisitis. De differentia demonstrationum propter quia, & propter quid. Quae figura aptior demonstrationi. De ignorantia specierum scientiae accidunt. Finitas esse demonstrationum propositionum terminos. De demonstrationum earumque speciebus, ac earum inter se comparatione. De quinarum demum theorematibus ad demonstrationem conferentibus.

ARGVMENTVM, & paraphr. comp.

Omnis doctrina, & disciplina intellectiua fit ex cognitione quadam, quae antea nobis inerat, atque haec cognitio praedens est duplex: altera simplex, altera composita: simplex est in duplici differentia: quadam enim praecognoscimus, quid sint, quaedam, quid eorum nomina significent. composita est, quando praenouimus, & sint, & quid significent. quare tres sunt praecognoscendi modi: duo simplices, & tertius compositus. duplex praeterea est ordo in praecognitione: aliquid enim praecognoscitur prius, sicut prius notum tempore: aliquid verò simul tempore, sed est prius natura, ut singularia, quae sub universalibus continentur. tamen aliquando ratiocinatio facta sit, est confusa cognitio: partim scitur, partim nescitur. in genere, ac vniuersali scitur, in particulari non.

Omnem doctrinam, omnemq; disciplinam intellectiuam ex praexistenti fieri cognitione. Quot sint praecognitionem modi, quaeque ea, qua praecognoscuntur. Dubitationem solutio circa hanc propositionem contingentium. Cap. 1.

OMNIS doctrina, & omnis disciplina intellectiua: ex praexistenti fit cognitione. Manifestum, autē hoc speculantibus in omnibus: nam thematicae enim scientiae p hunc modum fiunt, & aliarum unaquaeque artium. Similiter autē & circa oratione[illegible] per syllogismos, & quę per inductionē:

vtræque enim per prius nota faciunt doctrinã hæ quidem accipientes tanquàm à notis, illere rò monstrantes vniuersale, per id (quod manifestum est) singulare. Similiter autem, & rhetoricæ persuadent, aut enim per exempla, quod est inductio: aut per enthymemata, quod quidem est syllogismus. Dupliciter autem est necessarium præcognoscere alia: namque quædam præopinari necesse est: alia verò quid est quod dicitur, intelligere oportet, quædam autẽ vtraque. Vt quoniam quidem omne aut affirmare, aut negare verum est, quod est: triangulum autem quod hoc significat: sed unitatem quæque, & quid significat quidem, & quod est: non enim similiter horum unumquodque manifestum est nobis. Est autem cognoscere alia quidem prius cognoscentem, quorundam autem simul accipere notitiam: vt quæcunque continguntur esse sub vniuersalibus quorum habent cognitionem: quod enim omnis triangulus habeat tres angulos duobus rectis æquales, præsciuit: quod verò hic qui est in semicirculo triangulus sit simul inducens cognouit. Quorundam enim hoc modo disciplina est, & non per medium, ultimum cognoscitur, ut quæcunque iam singularium contingunt esse, & non de subiecto aliquo. Antè quam autem sit inducere, aut accipere syllogismum, quodam quidem modo fortasse dicendum est scire, modo autem alio, non: quod enim nesciuit si est simpliciter, hoc quodammodo scitur quod duos habet rectos simpliciter: sed manifestum est quod sic quidem scit, quoniam vniuersaliter sciuit, simpliciter autem non scit: si vero non: Menonis ambiguitas cõtinget: aut enim nihil discet, aut quæ nouit. Non enim sicut quidam conantur soluere, dicendum est: nunquid sciuisti omnem dualitatem quoniam par est, aut nondum dicente autem, attulerant quandam dualitatem, quam non opinatus est esse, quare neque parem. Sciuerunt enim dicentes non cognoscere omnem dualitatem parem esse, sed quam sciunt quod dualitas sit. Attamen sciunt quidem cuius uetere demonstrationem habent, & cuius acceperunt: acceperunt autem non de omni cuius vtique sciunt quod triangulus, aut quod numerus, sed simpliciter de omni numero, & triangulo: neque enim una propositio accipitur huius quod quem tu nosti numerum, aut quod tu nosti rectilineum, sed de omni. Sed nihil (vt opinor) prohibet quod discit quis: sit vt scire, sit etiam vt ignorare: inconueniens enim non est, & scit quodam modo quod discit: sed si hoc modo, vt inquantum discit, & scit.

ANNOTATIONES.

Omnis doctrina, & omnis disciplina] nomen doctrinæ, & disciplinæ ad cognitionis acquisitionem attinere: doctrina enim est alicuius eius, qui aliquid cognoscit, facit, disciplina verò est receptio cognitionis ab alio. (Intellectus) Intellectus, & non sensus, vtrumque enim vnius rei. [& non per medium vltimum cognoscitur] Illa, quæ habent cognitionem sui vniuersalis, sunt singularia; cum inter singularia, & speciem vltimam medium possit reperiri. [Simpliciter] proprium, alias, & vt vera.

Argumentum in cap. 2.

Verùm scire arbitramur re vera, cum causam cognoscimus, propter quam res est, & quòd causa sit illius, nec aliter se habere possit. scire igitur est cognoscere, sed & est per demonstrationem intelligere: demonstratio enim est syl. faciens scire. vnde ex his intelligimus demonstrationem constare ex primis, veris, immediatis, prioribus, notioribus, causa, conclusionis. ex veris: quoniam quod non est, nescitur. ex primis; quoniam conclusio perficit scitur, quando in prop. indemonstrabiles resolvitur mediatè, vel immediatè. Ex causis: quoniam tum cognoscimus planè, cum causam cognoscimus. Ex prioribus, & notioribus: procedit enim ex causis, quæ priores sunt effectibus sed prius, aut notius duplex existit: alterum secundum naturam, ut universalia sunt singularibus prius: secundum naturam; alterum quoad nos, quæ sunt singularia. Præterea demonstratio est ex immediatis: quia ipsa est ex primis: idem enim est primum, & immediatum. sed propositio immediata est, qua non est altera prior, id est, carens medio, per quod possit ostendi. hæc dividitur in positionem, & dignitatem. Positio est propositio, quam non contingit demonstrare in illa saltem scientia, in qua est positio, & non est necesse quemlibet docendum eam habere. Dignitas verò est propositio, quam non contingit demonstrare, & est necesse quemlibet edoctum eam habere. Sed positio alia est suppositio, alia definitio. suppositio enuntiat aliquid de aliquo affirmando, vel negando. sed definitio neque affirmat, neque negat. Ex dictis habemus principia, siue prop. indemonstratione magis esse vera, quàm conclusionem: ipso enim scitur per eas: deinde necesse esse magis

credere propositionibus, quàm conclusioni: quoniam magis scire eas oportet: præterea nihil esse debere magis notum, quàm opposita principiorum esse falsa: nam qui dubitat de falsitate unius oppositorum, dubitet de veritate alterius. Sed nemo dubitet de veritate principiorum, quare nec de falsitate oppositorum.

Quid sit Scire, quid demonstratio, & quæ conditiones ad eius propositiones requirantur. Quid sit propositio, Immediatum principium, ac eorum species. Propositiones magis quàm conclusionem credibiles esse. Caput. 2.

SCire autem opinamur vnumquodque simpliciter, sed non sophistico modo, qui est secundum accidens, cum causam arbitramur cognoscere, propter quam res est, quòd illius causa est, & non est contingere hoc aliter se habere. Manifestum igitur est, quòd huiusmodi aliquid scire sit: nanque non scientes, & scientes quidem opinantur ipsi sic se habere: scientes autem etiam habent scientiam. Quare cui simpliciter est scientia, hoc est impossibile aliter se habere. Si quidem igitur & alius est sciendi modus, posterius dicemus. Dicimus autem scire, & per demonstrationem intelligere. Demonstrationem autem dico, syllogismum epistemonicon, id est, facientem scire: sed epistemonicon dico, secundum quem (in habendo ipsam) scimus. Si igitur est scire, vt posuimus, necesse est demonstrationem scientiam ex veris esse, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, causisque conclusionis. Sic enim principia erunt propria eius, quod demonstratur:

ur: nam syllogismus quidem erit & sine hoc, demonstratio autem non erit: non enim faciet scientiam. Vera quidem igitur oportet esse ea quod non est, non est scire: vt quod diameter lateri symeter. Ex primis autem, & indemonstrabilibus est, quia non sciet, non habens demonstrationem ipsorum: scire enim, quorum demonstratio est non secundùm accidens, est habere demonstrationem. Causas quoque, & notiora oportet esse, & priora. Causas quidem, quando sciamus tunc scimus, cùm causam cognoscimus: & priora, si quidem causæ sunt: & notiora. non solùm altero modo intelligendo, sed in scientia quod sunt. Priora autem, & notiora dupliciter sunt: non enim idem est natura prius, & ad nos prius: neque notius natura, & nobis notius. Dico autem ad nos priora, & notiora, propinquiora sensui. Simpliciter autem priora, & notiora, quæ longius sunt. Sunt autem longissimè vniuersalia maximè quidem, vniuersalia maximè. Proxima autem, singularia: & opponuntur hæc ad scientiam. Ex primis autem est, quod ex propriis principijs est: idem enim dico primum, & principium. Est autem principium demonstrationis propositio immediata. Immediata autem est, quæ non est alia prior. Propositio autem est enunciationis altera pars vnum de uno. Dialectica quidem, est similiter accipiens quælibet. Demonstratiua autem, determinatè alterum, quod verum est. Enunciatio autem, contradictionis quælibet pars. Contradictio autem, est oppositio, cuius non est medium secundùm se. Pars autem contradictionis, quæ quidem alicuius aliquo est, affirmatio est. Quæ verò est aliquis ab aliquo, negatio est. Immediati autem pa-

ri syllogistici, positionem quidem dico: quam non est monstrare, nec necesse est habere docendum aliquid: quam verò necesse est habere quemlibet docendum, dignitatem. Sunt eam quædam huiusmodi: hoc enim maximè in huiusmodi consueuimus nomen dicere. Positionis autem, quæ quidem est quamlibet partem enunciationis accipiens, vt dico aliquid esse, aut non esse, suppositio est. Quæ verò sine hoc, definitio est: definitio enim positio quædam est. Ponit enim arithmeticus vnitatem, indiuisibile esse secundùm quantitatem, suppositio autem non est: id enim quod quid est vnitas, & esse vnitatem, non idem est. Quoniam autem oportet credere, & scire rem, in huiusmodi habenti syllogismum, quem vocamus demonstrationis est autem hic eò quòd ea sunt, ex quibus est syllogismus necesse est non solum præcognoscere prima, aut omnia, aut quædam, sed & magis. Semper enim propter quod vnumquodque est, illud magis est: vt propter quod amamus, illud magis amicum est. quare si quidem scimus propter prima, & credimus, & illa scimus, & credimus magis: quoniam propter illa, & posteriora. Non potest autem credere maxime qui non scit: quæ non contingit neque scire, neque melius dispositus quam si contingeret scienti: accidet autem huic nisi aliquis præcognouerit propter demonstrationem credentem: magis enim necesse est credere principijs, aut omnibus, aut quibusdam, quam cõclusioni. Debentem autem habere scientiam per demonstrationem, non solùm oportet principia magis cognoscere, & magis ipsis credere, quam ei quod demonstratus, sed neque aliud

ipsis

Ipsi credibilius esse, neq; notius oppositis principijs: ex quibus erit syllogismus contrarię deceptionis: siquidem oportet simpliciter scientem, immutabilem esse.

Argumentum in cap. 3.

Antiqui circa ipsum scire quidam dicebant principiorum esse scientiam: nam si quam scimus conclusionem; eam scimus per aliqua principia & nota, aut procedetur in infinitum. quod fieri non potest. alij vero asserebant principia sciri per demonstrationem: sicut enim conclusio scitur per principia: principia per conclusionem. Verum ait. Aristo aliqua sciri sine demonstratione: quoniam principia primo demonstrari non possunt, & tamen absque demonstratione sciuntur: nam principia cognoscimus in eo quod terminos cognoscimus. deinde non potest fieri demonstratio circularis, prima quoniam demonstratio procedit ex notioribus, & non potest aliquid esse prius, & notius se ipso. quod eorumver, si demonstratio esset circularis. secundo in demonstratione circulari fit regressus super alterum principiorum. sed conclusio non potest demonstrare nisi secundum quid. ergo per tale principium demonstrata. quare id principium per se ipsum demonstraretur. Tertio circularis demonstratio non sit ut diximus in lib. 2. Priorum, ex terminis conuertibilibus, qui eum pauci sint: per hoc non est faciendo demonstratio. praeterea nec ex uno aliquid sequitur syllogistice.

Opinionum confutatio, & eorum qui omnino demonstrationem tollunt, & eorum qui omnium demonstrationem esse ponunt.

Caput. 3.

QVibusdam autem igitur propter id, quod oportet prima scire, non videtur scientia esse: quibusdam autem esse quidem, omnium tamen demonstrationes esse, quorum neutrum, neque verum, neque necessarium. Ponentes autem non esse omnino scire, hi ad infinitum volunt reduci, tanquam non sint vtique scientes posteriora propter priora, quorum non sint prima, recte dicentes; impossibile enim infinita pertransire: & si stent, & sint principia hæc, iguota esse, cum demonstratio non sit eorum, quod quidem dicunt esse scire solum. Si vero nō est prima scire, neque quę ex eis sunt, est scire neque simpliciter, neque proprie, sed ex conditione, si illa sint. Hi autem de eo quod quidem est scire, sic confitentur: per demōstrationem enim esse solum: sed omnium esse demonstrationem nihil prohibet, contingit enim circulo fieri demonstrationē, & ex ijs quæ sunt adinuicem. Nos autem dicemus neque omnem scientiam demonstratiuam esse, sed immediatorum esse indemōstrabilem: & quod hoc necessarium sit, manifestum est. Si enim necesse est quidem scire priora, ex quibus est demonstratio, stant autem aliquando immediata, hæc quidem indemōstrabilia necesse est esse: & hoc ipsum sic dicimus, & non solum scientiam, sed & principium scientiæ esse quoddam dicimus, sequantum terminos cognoscimus. Circulo au-

tem

tem quòd impossibile sit demonstrare simpliciter, manifestum est: siquidem ex prioribus, oportet demonstrationem esse, & notioribus, impossibile enim est eadem sibi invicem simul priora, & posteriora esse, nisi altero modo; vt hæc quidem ad nos, illa verò simpliciter: quo certo modo inductio facit notum. Si autem sic est, vtique erit simpliciter scire bene definitis, sed dupliciter. An nõ simpliciter altera demonstratio sit ex nobis notioribus? Accidit vero dicere tribus circulo demonstrationem esse, nõ solum quod nunc dictum est, sed nihil aliud dicere, quàm quoniam hoc est, si hoc est: sic autem esse est demõstrare omnia. Manifestum autem est quòd hoc accidit tribus terminis positis: per multos enim, aut per paucos reflectere dicere nihil differt: per paucos autem, aut per duos. Cum enim sit A, sit ex necessitate B: hoc autem cum sit, & C. cum igitur A sit, erit & C: si igitur cum sit A, necesse est B esse, hoc autem cum sit A est. Hoc enim erit circulo, ponatur autem A in quo C: B igitur cum sit, A esse dicere, est & sum C dicere, esse. Hoc autem dicere est, quoniam cum sit A, est C: C autem ipsi A idem est. quare accidit dicere, circulo dicentes esse demonstrationem nihil aliud nisi cum sit A, est A. sic autem omnia demonstrare leue est. At verò neque hoc possibile: nisi in ijs quæ alternatim se consequuntur, sicut sunt priora. Vno quidem igitur posito ostensum est, quod nequaquam necesse aliquod esse alterum. dico autem vno quoniam nec termino vno, nec positione vna posita: ex duabus autem positionibus primis & minimis, siquidem contingit & syllogismum si igitur & A ipsi B, & C sequatur, & hæc adhuc eam-

dem, & ipsi A: si quidem igitur contingit ex alternis monstrare omnia quæsita in prima figura: sicut ostensum est in ijs, qui de syllogismo sunt. Ostensum est autem, quod in alijs figuris, aut non fit syllogismus, aut non de acceptis: quæ autem non mutuo prædicantur, nequaquam est demonstrare circulo: quare qm̃ pauca quidem huiusmodi in demonstrationibus sunt, manifestum est quòd vanum quidem, & impossibile sit dicere ex ijs, quæ sunt adinuicem, esse demonstrationem, & propter hoc contingere omnium esse demonstrationem.

Argumentum in cap. 4.

Quoniam autem conclusio demonstrationis est necessaria, & non potest scire nisi ex necessarijs. itaque ex necessarijs constat, ad quorum cognitionem agendum est de omni, quid sit, quid per se, & quid vniuersale. De omni dico, quod omne, & semper sit, vt homo omnis, & semper est animal. Per se autem quatuor sunt modi. primus, quando prædicatum est definitio, vel pars definitionis subiecti vt in triangulo inest linea per se, & in linea punctum: nam ipsorum substantia ex his est. secundus, quando subiectum est definitio, vel pars definitionis subiecti, hoc est, quando de propria prædicatur de subiecto aut rectum, & circulare de linea, par, & impar de numero. Tertius quando id, quod dicitur per se, non dicitur de aliqua substantia, & hic modus appellatur modus essendi per se. Quartus est, quando aliquid fit alterius gratia: tunc id, propter quid fit, est causa effectus per se, si non propter illud non fiat: est causa per accidens: si interfectio est causa per se interitus: aliquis enim

interijt

interit propter intersectionem, sed si quis ambulet, aut corruscatio fiat, si fiat, ambulat: io est causa per accidens. Duo primi modi eo quòd faciunt scire, & sunt prop. necessariæ, insunt in demonstratione. 3. modus sale tandem est de omni, per se, & secundum quid: per sum. 4. convertibiliter se habens cum subiecto. per se, & secundum quid ipsum sunt idem, sed non convertibiliter: per se enim in plus se habet.

Demonstrationis propositiones veras esse, veritate necessaria. Quid sit id, quod dicimus. De omni, quid per se, quid per accidens. Cap. 4.

QVoniam autem impossibile est aliter se habere id, cuius est scientia simpliciter, necessarium vtique erit id esse scibile, quod est secundum demonstrationem scientiam. Demonstratiua autem est, quam habemus habendo demonstrationem: ex necessarijs autem syllogismis est demonstratio. Accipiendum igitur est ex quibus & qualibus demonstrationes sunt: primum quidem determinabimus quid dicimus de omni, & quid per se, & quid vniuersale. De omni quidem hoc dico, quod vtique est non in quodam quidem, in quodam autem non, neque quod aliquando quidem, aliquando vero non: vt si de omni homine animal, verum est quidem dicere hominum, verum est & dicere animal: & si nunc alterum, & alterum. & si in omni linea punctum, similiter est. Vniuersum autem est: nanque instantias sic ferunt vt de omni etiam interrogati, aut si in quodam non, aut si aliquando non. Per se autem sunt quæcunque sunt in eo quod quid est: vt triangulo

triangulo inest linea, & punctum lineæ: substantia enim ipsorum ex his est, & in ratione dicentium quid est, insunt: Et quibuscunque eorum quæ sunt ipsis, ipsa in ratione insunt quid est monstrantibus, vt rectum inest lineæ, & circulate, & pari, & impari numero, & primum, & compositum. & isopleuris & altera parte longius, & quæ omnibus his insunt, in ratione quid est dicêtes, illinc quidem linea, hinc vero numerus: similiter & in alijs huiusmodi: unicuique per se esse dico quæcunque verò neutraliter insunt, necessaria sunt: ut musicum, aut album animali. Amplius, quod non de subiecto, alio quodam dicitur, vt ambulans, aut album, cum & alterum quiddam sit ambulans, & album. substantiæ autem, & quæcunque hoc aliquid significant, non alterum aliquid sunt, quam quod quidem sunt: quæ quidem igitur non de subiecto alio sunt, per se dico. quæ vero de subiecto, præter ipsum inest vnicuique, per se dico: quod vero non propter ipsum, accidens est: ut si ambulans corruscauit, accidens est, non enim propter id quod ambulauit, corruscauit: sed accidens dicimus hoc. Si vero propter ipsum per se: ut si aliquid interfectum interijt. secundum insectionem, quoniam propter id quod interfectum est interijt, sed non quod accidat interfectum interire. Quæ ergo dicuntur in simplicibus scilicet, per se sic sunt, sicut esse prædicatis, aut inesse, propter ipsaque sunt & ex necessitate: non enim contingunt non inesse, aut simpliciter, aut oppositarum linearum, aut rectum, aut æquum, & numero aut par, aut impar: esse, aut contrarium, aut priuatio, aut contra-

dictio in eodem genere, vt par, aut impar in numeris secundum quod consequitur: quare necesse est affirmate, aut negare, necesse est ea quæ sunt per se, inesse. De omni quidem, & per se, sed determinatum sit hoc modo, vniuersale autem dico, quod cum de omni sit, & per se est, & secundum quod ipsum est. Manifestum igitur est quod quæcunque sunt vniuersalia, ex necessitate insunt rebus. Per se autem, & secundum quod ipsum est: vt per se linee inest punctum, & rectitudo: & nanque secundum quod linea est, & triangulo secundum quod triangulus est, insunt duo recti: etenim per se triangulus duobus rectis æqualis est. Vniuersale autem est tunc, cùm in quolibet & primo monstretur: vt duos rectos habere, neque cuilibet figuræ inest vniuersaliter, & tamen est monstrare de figura quod duos rectos habet, sed non de figura qualibet: nec vtitur qualibet figura monstrando. quadrangulus enim figura quidem est, non habet autem duobus rectis æquales: sed isosceles habet quidē quodlibet duobus rectis æquales, sed non primum, sed triāgulus prius. Quæcunque igitur primum monstratur duos habere rectos, aut quodcunque aliud, huic primum inest vniuersale: & demonstratio per se huius vniuersalis est, aliorum autem quodam modo & nō per se, neque isoschelis est vniuersaliter, sed in plus.

Argumentum, in cap. 5.

Sed circa assignationem vniuersalis possunt euenire errata. primum est, si sub aliquo superiori vnum singulare tantum, & singularia assignentur

sub superiori. Secundum si qua passio insit pluribus differentibus specie, quorū superiori non est nomē impositum; si contingat demonstrare passionem superioris de aliquo eorum tanquàm de subiecto primo. Tertium, si passio inferioris demonstretur de superiori tanquam de primo eius subiecto. Quocirca vt recta vniuersalis assignatio; hæc duo sunt præcipienda. primum, si qua duo subiecta sint penitus idem; si aliqua passio demonstretur de vno tanquàm de subiecto primo, potest etiam demonstrari de alio tanquàm de primo subiecto. Secundum. si qua passio pluribus inest subiectis, & velimus scire, cui insit tanquàm subiecto primo; videndum est, quo illorum posito, ponatur passio, & quo remoto, remoueatur: quoniam ille est subiectum.

Qua passio contingat hallucinatio circa vniuersale primum, quoque modo ipsum nerè cognoscatur. Caput. 5.

Oportet autem non latere quoniam multotiens contingit peccare, & non esse quod demonstratur primū vniuersale, secundum quod videtur demonstrari vniuersale primum: oberrantes autem hac ideceptione, cum aut aliud ni hil sit accipere à superiori extra singulare, vel singulare: aut si sic quidem, sed innominatum sit quidem in differentibus specie rebus: Aut contingat esse sicut in parte, totum in quo mōstratur: sic enim quæ sunt in parte, inest quidē demonstratio, & erit de omni: sed tamen non huius erit primi vniuersalis demonstratio: dico autem huius primi secundum quod huius demonstrationem, cum sit primi vniuersalis. Si ergo aliquis monstrabit quidem quod recte nō

Intercidant: videbitur vtique huius esse demonstratio, propter id quod in omnibus est rectis, non autem est nisi quidem (quoniam sic æquales sint) fiat hoc, sed secundum quod quomodolibet æquales. Et si triangulus non esset aliquam isosceles: secundum quod isosceles ostenderetur vtique inesse. Et proportionale quod commutabiliter est, secundum quod numeri sunt, & secundum quod lineæ, & secundum quod solida, & secundum quod tempora sunt: quemadmodum demonstratum est aliquando seorsum: contingens autem de omnibus vna demonstratione monstrari: sed propter id quod non est nominatum aliquid secundū quod hæc omnia vnum sunt, numeri, longitudines, tempora, solida, & specie differentia: seorsum alicui accepta sunt: nunc autem universaliter monstratur. Non enim secundum quod lineæ sunt, aut secundum quod numeri, inerat: sed secundum quod hoc est, quod universale supponunt esse. Propter hoc nec si aliquis monstraret vnumquemque triangulum demonstrare, aut vna, aut altera, quod duos rectos habet vnusquisque, isopleuron seorsum, & scalenon & isosceles: nondum cognouit triangulum, quod duos rectos habet, nisi sophistico modo: neque vniuersaliter triangulum, ne quidem nullus est præter hæc triangulus alter: non ergo secūdum quod triangulus est, cognouit, neque omnem triangulum, sed secundum numerum. secundam speciem autem non omnem, est nullus quem non nouit. Quando ergo non nouit vniuersaliter, & quando nouit simpliciter manifestum est, quoniam si idem existit triangulo esse, & isopleuro, aut vnicuique, aut omni

si autē

si verò non idem, sed alterum, est autem secundum quod est triangulus, non nouit. Vtrum autem secundum quod est triangulus, aut secundum quod est isosceles insit, & quando dico hoc est primum & vniuersale, cuius est demonstratio, manifestum est, quando remotis insit primum, vt isoscheli æneo triangulo, insunt duo recti, sed æneum esse, remoto, & isoscheles, sed non figura, aut termino, sed non primis. quo igitur primo? si itaque triangulo, est, & secundum hoc ineſt, & alijs, & huius vniuersalis est demonstratio.

Argumentum in cap. 6.

Ex dictis igitur perspicuum sit demonstrationem non fieri ex propositionibus per se constat enim ex ne cessarijs. sed omne necessarium est per se, nel per accidens. sed omne per accidens cum accidentia non sint necessaria, igitur per se, ac præterea demonstratio est ex prop. per se. Sed demonstratio est ex necessarijs: quoniam eius conclusio est necessaria, & impossibile, aliter se habeat. nec potest sciri nisi ex necessarijs. Et aliqui autem ij, qui existimant se inuenisse principia demonstrationis, & sumunt prop. probabiles: scire enim non fit per tales propto. nec per medium contingens scitur conclusio: si quidem hæc scitur, per rationem propter quid, illud verò est fallax. Et quandoquidem necessarium non demonstratur nisi ex necessarijs; neque syllogizatur ex non necessarijs, quemadmodum ostensum ex non veris. sed ex necessarijs non syllogizatur nisi necessarium, sicut ex veris nisi verum. quare omnis demonstratio scitur per medium necessarium, unde constat ex prop. per se, & necessarijs, & eius conclusio est necessaria, nec potest sciri per medium contingens.

Demonstrationem ex necessarijs, & propositionibus per se esse. Cap. 6.

Si igitur est demonstratiua scientia, & ex necessarijs principijs: quod enim scitur, non potest se aliter habere: quæ autem per se sunt necessario insunt rebus: hæc enim insunt in eo quod quid est, quibusdam autem hæc insunt ex eo quod quid est, prædicantibus de ipsis, quorum alterum oppositorum necesse est inesse. Manifestum est igitur, quod ex huiusmodi quibusdam vtique sit: demonstratiuus syllogismus: omne enim aut sic inest, aut secundum accidens: accidentia autem necessaria non sunt. Aut igitur sic dicendum, aut principium poterit, quod demonstratio necessaria sit, & is demonstretur non aliter habere posse: ex necessarijs igitur oportet esse syllogismum. Ex vero quidem est, & non demonstrantem syllogizare ex necessarijs autem non est, sed aut demonstrantem: hoc enim proprium iam demonstrationis est. Signum autem est quòd demonstratio ex necessarijs sit, quoniam & instantias inferimus ad opinantes demonstrare, quoniam non sit necesse si opinamur, aut omnino contingere aliter, aut rationis causa. Manifestum autem ex ijs est, & quoniam stulti qui ostendunt sunt accipere bene principia, si probabilis est propositio, & vera, vt sophistæ quoniam scientiam est habere non enim, quod probabile est aut non, principium est, sed primum in genere circa quod demonstratur, & verum non omne proprium: Quod autem ex necessarijs oportet esse syllogismum, manifestum ex his

est, si enim non est habens, rationem propter quid existente demonstratione. non est scientia sit autem vtique vt, quod A de C ex necessitate esse, si autem medium per quod demonstratum est non ex necessitate, non scitur propter quid: non enim est hoc, propter medium: hoc quidem contingit non inesse, conclusio autem necessaria. Amplius si aliquis nescit, nunc habens rationem, & saluatus est, & salua re, nec obliuiscitur, neque prius sciuit: corrumpetur autem vtique medium nisi sit necessarium: quare habebit quidem rationem saluus, salua re, nescit autem: nec ergo prius sciuit: si vero non corruptum est, contingit autem corrumpi, quod accidit vtique erit possibile, & contingens: sed est impossibile sic se habentem scire. Cùm igitur conclusio quidem ex necessitate est, nihil prohibet medium non esse necessarium, per quod demonstrata est: est enim necessarium, & ex non necessarijs syllogizare: sic & verum ex non veris. cum autem medium ex necessitate est, & conclusio ex necessitate, sicut ex veris verum, est semper. Sit enim A de B ex necessitate, & hoc de C, necesse est ergo, & A, C inesse: sed cum non ex necessitate sic conclusio, neq; medium necessarium esse possibile est: sit enim A in C non ex necessitate inesse, in B autem A, & hoc in C ex necessitate, & A ergo in C, ex necessitate erit: sed non esse supponebatur.

Quoniam igitur si scit demonstratiuè, oportet ex necessitate inesse, manifestum quoniam & per medium necessarium oportet habere demonstrationem aut non scit: neque enim propter quid, neque quia: quare necesse est illud esse: sed aut opinabitur, nesciens, si opinabatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

non necessarium tanquam necessarium, aut neque opinabitur similiter, siue quoniam sciet per media, siue propter quid, & per immediata. Accidentium autem non per se quomodo definitum est, per se quidem non est scientia demonstratiua, non enim est ex necessitate demonstrare conclusionem: accidens enim contingit non esse, de tali autem dico accidente. Et tamen ambiget fortasse aliquis, cuius causa habet oportet interrogare de his, si non necesse est conclusionem esse: nihil enim differt si aliquis interrogatus contingentia, postea dicat conclusionem oportet autem, interrogare non tanquam necessarium esse propter interrogata, sed quod dicere necesse est illa dicenti, & vere dicere si verae sunt quae insunt.

Argumentum in cap. 7.

Vt noscamus ex quibus fiat demonstratio: septem conclusiones, siue praecepta sunt obseruanda. Primum, demonstratio constat ex prop. universalibus: quoniam per se, & secundum, quid ipsum. Secundum, qui demonstrat non descendat de genere in genus: naturalia enim sunt in demonstratione, subiectum passio, & dignitas. Medium autem debet esse eiusdem generis, sint conuertibile cum extremis: quod non esset, si de una scientia in aliam se conferret, vt de Arithmetica in Geometriam. Quarto quod scientia demonstret passionem alterius per propria medium, nisi sit subalternata, nec consideret accidentia subiecti, veluti Geometer non debet linea pulchritudinem inspicere. Tertium, necesse est conclusionem demonstrationis esse perpetuam: infertur enim ex prop. universalibus, ex quibus non sequitur nisi necessarium.

Quartum corruptibilium non est demonstratio, neque scientia: demonstratio enim est ex universali, quare nec definitio est corruptibilium: quoniam tione positio differens, aut conclusio demonstrationis. Vt de lunae defectu, pluuia, & ventis sunt demonstrationes: de his enim non habemus scientiam nisi per prop. necessarias. Quintum, demonstratio propter quid non debet constitui ex principijs communibus, quoniam constat ex his, quae faciunt scire secundum quid ipsum: nam medium conuerti debet cum extremis. Sextum, demonstratio est ex propijs; cum non sit ex communibus. Septimum, nulla scientia habet demonstrare sua principia: etenim scientia procedit ex prioribus, & notioribus. In scientia autem nihil est notius, & prius, quam eius principia.

Demonstrationem ex ijs, quae per se sunt, & ex perpetuis esse, neque licere ex alio genere transcendentem monstrare. Cap. 7.

QVoniam autem ex necessitate sunt circa vnumquodque genus quaecunque per se sunt, & secundum quod vnumquodque est: manifestum est, quod de ijs, quae sunt per se, scientificae demonstrationes, & ex talibus sunt: accidentia enim non necessaria sunt. Quare non necessarium, conclusionem scire propter quid sit, neque si semper sunt, non per se autem: vt sunt per signa syllogismi, hoc enim per se, non per se sciet, neque propter quid propter quid autem scire: est per causam scire: propter hoc ipsum ergo oportet, & per hoc medium, & primum medio inesse. Non ergo ex alio genere descendentem, demonstra-

re

Universidad de Deusto
Biblioteca

re vt geometricum ia arithmeticam. Trianim sunt in demonstrationibus, vnum quidem quæ demonstratur conclusio: hoc autem est quod ineſt alicui generi per ſe. Vnum autem gnitates. Dignitates autem sunt, ex quibus demonstratio. Tertium autem genus subiectum, cuius passiones, & per ſe accidentia ostendit demonstratio. Ex quibus igitur demonstratio fit, contingit eadem esse. Quorum autem genus alterum est, sicut arithmetica, & geometricæ, non est arithmeticam demonstrationem conuenire in magnitudinibus accidentia, nisi magnitudines numeri sint (hoc autem quomodo contingit in quibuſdam poſterius erit) ſed arithmetica demonstratio ſemper habet genus circa quod ſit demonſtratio, & ſimiliter. Quare aut ſimpliciter neceſſe eſt eſſe genus, aut aliquo modo, ſi debet demonſtrati, deſcendere, aliter autem quoniam non poſſibile, manifeſtum eſt: ex eodem enim genere neceſſe eſt vltima, & media eſſe: ſi namque non ſunt per ſe accidentia erunt. Propter hoc geometriç non eſt demonſtrare quod contingit horum vna ſcit ſcientia, ſed neque quod cubi ſit vnus cubus, neque alterius ſcientiæ alterius eſt: ſed aut quæcunque ſic ſe habent inuicem, vt quod alterum ſit ſub altero, vt ſpectiua ad geometriam, & cõſonantia ad arithmeticam. Neque ſi aliquid ineſt lineis non ſecundum quod linea ſunt, & non inquantum proprijs principijs, vt ſi pulcherrima linea recta eſt, aut ſi contrario modo ſe habet circulari, non enim ſecundum quod proprium ſuum genus eſt, ſed inquantum commune quædam. Manifeſtum autem eſt, & ſi ſint, propo-

tiones vniuerſales ex quibus eſt ſyllogiſmus, quod neceſſe eſt, & concluſionem perpetuam eſſe huiuſmodi demonſtrationis, & ſimpliciter (vt eſt dicere) demonſtrationis.

Non eſt ergo demonſtratio corruptibilium, neque ſcientia ſimpliciter, ſed ſic eſt ſicut ſecundum accidens, & non vniuerſali ipſius eſt: ſed aliquido, & ſic cum autem ita ſit neceſſe eſt aliquam non vniuerſalem eſſe propoſitionem: & corruptibilem: corruptibile quidem quoniam & concluſio eſt: non vniuerſalem autem quod hoc quidem erit, hoc autem non erit ex quibus eſt: quare non eſt ſyllogizare vniuerſaliter, ſed quoniam nunc eſt. Similiter ſe habet de definitione, quoniam quidem eſt definitio aut principium demonſtrationis, aut demonſtratio poſitionis differentes, aut concluſio quædam demonſtrationis. Eorum autem quæ ſepe fiunt, ſunt demonſtrationes, & ſcientiç (vt lunæ defectu) manifeſtum eſt, quoniam ſecundum quod huiuſmodi ſunt, ſemper ſunt: inquantum autem nõ ſemper ſecundum partem ſunt. Sicut autem defectus eſt, ſimiliter & in alijs. Quoniam autem manifeſtum eſt quod demonſtrare vnumquodque quæ non eſt, ſed aut ex vnumquodque principium, ſi id quod demonſtratur ſit ſecundum quod eſt illud: non autem eſt ſcire hoc quidem ex veris, & immediatis: eſt enim ſic monſtrare ſicut Briſonem tetragoniſmon ſecundum commune enim monſtrant rationes huiuſmodi quod, & alteri ineſt: vnde & in alijs conueniunt hæ rationes non congeneis. Non itaque ſecũdum illud ſcit, ſed ſecundum accidens. non enim conuenit de demonſtratio & in aliud genus. Vnumquodq; au-

tem scimus non secundum accidens, cum scie
dum illud cognoscimus, secundum quod ex
principijs illius inquantum illud est, vt duobus
rectis æquales habere cui inest per se quod di
ctum est, ex principijs illius. Quare si per se &
lud inest cui inest, necesse est medium in eod
proximitate esse. si vero non sit, sed sicut harmo
nica per arithmeticam, huiusmodi autem de
monstrantur quidem similiter, sed differūt
ipsum quidem quia, alterius quidem scientiæ est.
subiectum enim genus alterum est, sed propter
quid, est superioris, cuius per se passiones sunt
Quare ex his manifestum est quod non sit demo
strare vnumquodque simpliciter, aliter qui ex
proprijs vniuscuiusque principijs, sed communia
principia, habent commune. Si autem manife
stum, hoc manifestum, & quoniā non est vnius
cuiusque propria principia demonstrare, sunt
enim illa omnium principia. & scientia omnium
domina omnium: & nanque scit magis ex ingē
rioribus causis scientes ex prioribus enim scitur
non ex causatis sciat causas: quare si magis scit
& maxime, & scientia illa erit & magis, & ma
xime. Sed demonstratio non conuenit in aliud
genus aliter quam, vt dictum est geometrica
machinatiuas, aut perspectiuas, & arithmetica
in harmonicas. Difficile autem est nosse si
vtriusculusque principijs scimus, aut non quid
quidem est scire: opinamur autem hoc, si ha
beamus ex vetis aliquibus syllogismum & p
mis scire, sed hoc non est, sed congenea opo
tet esse primis.

Arg

Argumentum, in cap. 1.

Cum igitur demonstratio ex proprijs constet; non
est transferendum de genere in genus. unde principia,
cum vera sint, non contingit ea demonstrare. Sed a-
lia sunt propria, vt in Geometria, linea est longitudo
sine latitudine, cuius extremitates sunt duo puncta.
& dicuntur complexa, & quædam incomplexa, vt
linea. alia verò sunt communia secundum analogiam,
quæ possunt contrahi ad diuersas scientias, velut hoc
principium. si ab æqualibus æqualia demas, contrahi-
tur ad Geometriam per terminum hunc, qui est ma-
gnitudo; & ad Arithmeticam per terminum, qui est
numerus. quare de omnibus principijs præsupponitur
quid est, de materialibus præcognoscitur, quia est, de
aliis autem demonstratur. Quare scientia speciales
habentur principijs communibus, quibus ignoratis, ipso
rum propria, non tamen in sua communitate ma-
teralibus, sed contractis. Principia verò communia
sunt ea, circa quæ scientia speculatur, & de quibus
præcognoscitur quid est, & quia est; vt Arithmetica
quid est, & quia est de unitatibus, Geometria de ip-
sis. Et cum tria sint in demonstratione, dignitas scī
licet, passio, & subiectum; non in scientia cuiusq; prin
cipia nauentur si vera non sint, sed semper præsupponi ea
oportet. Et circo dignitas à suppositione, & petitione
differt tribus modis: quoniam dignitas est principium
notum per se, non autem suppositio, nec petitio, quæ
aliquid indigent ratione. Deinde contra dignitatem no
mo potuit ingit instare, sed contra suppositionem, & pe
titionem. Vtrum inter se differunt suppositio, petitio
quæstio, & definitio: nam suppositio est propositio,
quam discens sumit tanquam probabilem: & dicitur
suppositio quo ad discentem, non autem simpliciter.

Petitio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petitio est propositio, cui neque discens assentit, nec dissentit. Quæstio est propositio, de qua discens contrariam habet opinionem. Differt autem suppositio a definitione: siquidem suppositio est propositio vera dicere esse, vel non esse, quæ subordinatur cœpto: cui complexio ex qua conclusio infertur. non autem talis propositio est definitio. Præterea omnis suppositio vel petitio efficit totum, vel partem, hoc est propositionem universalem vel particularem, non quidem definitionem. At vero principium non ingreditur demonstrationem, principium non ingreditur demonstrationem. Est enim, ut id, Impossibile est idem affirmari, & negari de eodem, non ingreditur demonstrationem. Ostensiva enim ex parte alicuius terminorum: verbi gratia ex maiore, omnis homo est animal, vel non animal. Callias est homo: is igitur est animal, vel non animal. sed negatio sumpta cum affirmatione nihil facit ad veritatem propositionis. sed aliquid ad illius fidem. Quare principium non communis cum demonstratione opinio, sed eum ea, quæ est ad impossibile, in qua ostenditur unam propositionem esse veram, quoniam contradictoria est falsa. Tandem omnes scientiæ particulares utuntur principiis communibus non ut de illis aliquid demonstrantes, sed ut de his per quæ demonstrant. Dialectica autem, & metaphysica utuntur his principiis communibus, non tamen quòd demonstrent eam partem, quæ demonstrat, is vnam tantum partem concludit veram. s. & necessariam: dialectica verò utrumque. Ideireo ea non versatur circa vnum genus subiecti determinatum, quemadmodum aliæ scientiæ.

Demonstrationum scientiarum principia, alia esse communia, alia propria, quæ ea sint, & quo pacto præcognoscantur: Quæ ve sit inter Dignitates, Suppositiones, Petitiones, Definitionvet differentia. Cap. 8.

Dico autem principia in vnoquoque genere illa quæ quoniam sint non contingit demonstrare. Quid quidé igitur significent, & principia quæ sunt ex primis, accipiendum: quæ aũt principia quidem necesse est accipere, alia vero demonstrare: vt quid vnitas, aut quid rectum, & quid triangulus, esse autem vnitatem accipere, & magnitudinem altera vero monstrare. Sunt autem quibus vtuntur in demonstrationibus scientiis, alia quidem propria vniuscuiusque scientiæ, alia vero communia. Communia vero secũdum analogiam, quoniam vtile est quantum cũque est in eo, quod est sub scientia, genere. Propria principia quidem: vt lineam esse eiusmodi & rectum. Cõmunia autem: vt æqualia ab æqualibus si auferas, quod æqualia reliqua sunt. Sufficiens autem vnumquodque horum, quantumcunque in genere est. Idem enim faciet & si nõ de omnibus accipiat, sed in magnitudinibus solum, arithmeticæ autem in numeris. Sunt autem circa quæ scientia speculatur quæ sunt per se: vt Arithmetica vnitates, Geometria autem figuras, & lineas, hæc enim recipiunt esse, & hoc esse: horum autem passiones per se. Quid quidem vnaquæque significet, accipiunt, ut Arithmetica quidem quid par, aut impar, aut quadratus,

tus, aut cubus: Geometria vero quid irrationale, aut inflecti, aut cõcurrere, quod autem sint, demonstrant per communia, & ex ijs quæ demonstrantur, & Astrologia similiter. Omnis enim demonstrativa scientia circa tria est, quæcunque esse ponuntur. Hæc autem sunt genus, cuius per se passionum speculativa est, & quæ cõmunes dicuntur dignitates, ex quibus primis demonstrant, & tertium passiones, quarum quid significet vnaquæque, accipit. Quasdam tamen scientias nihil prohibet quarundam eorum deficere, vt genus non supponere esse, si sit manifestum quonium est: non enim similiter manifestum est, quoniam numerus sit: & quod calidum & frigidum: & passiones non est recipere quid significent, si sint manifestæ, sicut neque communia non recipit quid significet quod est æqualia ab æqualibus demere, quoniam notum est: sed nihil minus natura tria hæc sunt, circa quod demonstrat, & quæ demonstrat, & ex quibus. Non est autem suppositio, neque petibile quod necesse est propter seipsum esse, & quidem necesse est: nõ est enim ad exterius orationem demonstratio: sed ad eam quæ est in anima, quoniam neque syllogismus: semper enim est instare ad exterius orationem, sed ad interiorem orationem non semper. Quæcunque ergo quidem demonstrabilia esse accipit ipse non demonstrans, hæc si quidem quæ videntur accipiat, discenti suppositio, & non est suppositio, suppositio, sed ad illum solum: si verò nequaquam vnius opinionis, aut contraria est, accipiat, petitio. Et in hoc differt suppositio, & petitio: enim petitio in contrariam discenti opinionem aut quodcunque aliquis demonstrabile existi-

mat, accipiat: & vtatur non demonstrans. Termini igitur non sunt suppositiones, nihil enim esse aut non esse dicunt: sed in propositionibus sunt suppositiones. Terminos solum intelligere oportet, hoc autem non est suppositio, nisi & audire aliquis suppositionem esse dicat: sed qui cunque existentibus in eo quod illa sunt: fit conclusio. Neque autem Geometra falsa suppo nit, sicut quidam affirmant, dicentes, qđ oportet non falso vt Geometram, mentiri autem dicentem lineam esse vnius pedis, quæ non est vnius pedis, aut rectam lineam, non rectam existentem: sed Geometra nihil secundum hanc linea concludit: quam ipse posuit, sed quæ per hæc ostenduntur. Amplius: Petitio, & suppositio omnis, aut sicut totum est, aut in parte: ter minus autem neutrum horum. Species quidem igitur est, aut vnum aliquid extra multa non necesse est esse, si demonstratio erit: esse tamen vnum de multis verum dicere, necesse est. Non enim erit universale nisi hoc sit. Si vero universale non sit, medium non erit, quare neque demonstratio: oportet itaque aliquod vnum, & idem de pluribus esse non æquinocum. Non contingere autem idem simul affirmare, & negare, neque vna recipit demonstratio, sed aut si indigeat monstrare conclusionem sic: ostendi- tur autem accipientibus primum de medio qđ verum, negare autem non verum: medium autem nihil differt esse, & non esse accipere, similiter autem & tertium: si enim assignetur de ali quo hominem, verum est dicere: & si nõ hominem, verum: sed si solum hominem animal est omne, non animal autem non. Erit enim verum dicere Calliam, siue non Calliam esse ani-

mal: non animal autem, non. Causa autem est quod primum non solùm de medio dicitur, sed de alio, propter id quod de pluribus: quare neque si medium & idem est, & non idem, ad conclusionem nihil differt. Commune autem affirmare, aut negare, quæ est ad impossibile demonstratio, accipit: & hoc neque semper vniuersaliter, sed quantum sufficiens est, sufficiens autem est in genere: dico autem in genere, ut circa quod genus demonstrationes sunt: sicut dictum est prius. Communicant autem omnes scientiæ secundùm communia: communia autem dico, quibus vtuntur tanquam ex eis demonstrantes, sed non ex quibus demonstrant neque quod demonstrant. Et dialectica quidem de omnibus, etsi aliqua vniuersaliter tentet monstrare communia, vt quod est affirmare omne, aut negare, aut quod est æqualia ab æqualibus demere, aut talium quælibet: sed dialectica non est definitorum sic quorundam, neque generis alicuius vnius, non enim interrogaret: demonstrantem autem non est interrogare, propter id quòd oppositorum esse non monstrat idem. Ostensum autem est hoc in ijs, quæ de syllogismo.

Argumentum in cap. 9.

Cum vnaquæque scientia proprias habeat propositiones; & proprias habet interrogationes: illud enim quod prius erat interrogatio, fit postea propositio. Vnde non omnis interrogatio est vnius scientiæ Geometriæ, nec scientia illa probat eius principia, nec omnia interrogat, nec ad omnia respondet: neque enim alijs principijs disputat, nisi per accidens. Et interrogatio

interrogatio illa non est illius scientiæ, quæ facit ignorantiam, vel prauè decet. Differt porrò scientia demonstratiua à dialectica: quoniam in demonstratiua non fit paralogismus, seu deceptio, in dialectica fit. in demon. non fit instantia nisi vniuersalis, in dialectica vniuersalis, & particularis, in demon. non semper obseruatur forma syllogistica, sed in dialectica. in demon. est facilior resolutio; quia fit solum in verum, & in conuertibilia, in dialectica aliquando in verum & aliquando in falsum, sed facilius est resolucre pauca in vnum, quàm plura. Tandem syl. dialectici possunt augeri per diuersa media, non autem demonstratiui, qui quamquàm possint augeri in latus sumendo plures minores extremitates sub medio, vel sub maiori.

Quæ interrogationes scientiarum sunt proprij, & quæ non sunt scientiales. Mathematicarum scientiarum commendatio, & quo pacto syllogismus ampliari possit, assumendo, & in directum, & in latus.

Caput. 9.

SI autem idem est interrogatio syllogistica, & propositio contradictionis, propositiones autem sunt secundùm vnamquamque scientiam, ex quibus est syllogismus: secundùm vnamquamque erunt utique aliquæ interrogationes scientiales, ex quibus qui est secundùm vnamquamque, proprius sit syllogismus. Manifestum itaque quod non omnis interrogatio Geometrica erit, neque medicinalis: similiter autem & in alijs, sed ex quibus aut monstratur aliquid de quibus Geometrica est, aut quod ex eisdem monstratur Geometriæ, vt visibilia: similiter autem

tem & in alijs. Erde ijs quidem & rationem pe
nendam esse ex geometricis principijs & con
clusionibus: sed principiorum rationem non
ponendam esse geometræ secundum quod est
geometra: similiter autem & in alijs scientijs.
Neque omne est utique unumquenque scire
tem interrogandum, neque secundum omne
interrogatum esse respondendum de vnoquo
que: sed quæ sunt secundum scientiam de
terminata. Si autem disputet cum geometra
secundum quod est geometra: sic manifestum
est quòd & bene, si ex ijs aliquid demonstret:
si verò non, non bene: Manifestum autem
est quòd non arguit geometram, sed aut se
cundum accidens. Quare non utique erit
non geometricis de geometria disputan
dum. latebit enim prauè disputans: similiter
autem & in alijs se habet scientijs. Quo
niam autem sunt geometricæ interrogatio
nes, non ne sunt & non geometricæ? Et
quæ sunt secundùm unamquanque scientiam
& quæ secundum ignorantiam qualis geome
trica est? Et vtrum qui secundum ignorantiam
syllogismus, qui est ex oppositis syllogismus, aut
paralogismus? Secundum geometriam autem
aut ex alia arte vt musica, est interrogatio non
geometrica: de geometrica autem, vt adiacen
tem parallelas concurrere opinari, geometrici
quodam modo est, & non geometrica alio mo
do: dupliciter enim hoc est sicut arithmeticum: al
terum quidem non geometricum est in non ha
bendo, alterum verò in prauè habendo: & igno
rantia hæc quæ est ex eius principijs, contraria
est. In doctrinis autem non est similiter: paralo
gismus, quia medium semper est dupliciter ac
tenim

tenim de hoc omni, & hoc iterum de alio dici
tur omni: quod autem prædicatur, non dicitur
omne. Hæc autem sunt vt est videre in intelle
ctu, sed in orationibus latet: vtrum omnis cir
culus figura sit: si scribatur autem manifestum
est. Quid autem, sint ne carmina circulus? mani
festum quoniam non sunt. Non oportet autem
instantiam in ipsum ferre si sit propositio indu
bia, sicut enim neque propositio est, quæ non
est in plurib⁹, non enim erit in omnibus: ex
vniuersalibus autem syllogismus manifestum
est quod neque instantia est: eædem enim sunt
propositiones, & instantiæ: quàm enim fert in
stantiam, hæc fiet vtique propositio demonstra
tiua, aut dialectica. Contingit autem quosdam
non syllogistice dicere propter id quod acci
dit vtriusque consequentia: vt & Cæneus fa
ciat, quod ignis in multiplicata analogia sit: &
nasque ignis citò generatur, sicut dicit: & hæc
est analogia. Sic autem non est syllogismus: sed
si velocissima analogia sequitur multiplicata &
ignem velocissima in mutatione analogia. Ali
quando quidem igitur syllogizare non contin
git ex acceptis, aliquando verò contingit, sed
non videtur. Si autem esset impossibile ex falsis
verum monstrare, facile vtique esset resoluere:
conuerterentur enim ex necessitate. Sit enim
A ens: hoc autem cùm sit, ea utique sunt quæ
sunt quoniam sunt vt B: ex his igitur monstra
bo quoniam illud est. Conuertuntur autem ma
xime quæ sunt in mathematicis, quoniam nullum
recipiunt accidens (& in hoc differunt ab ijs,
quæ sunt in dialogis) sed diffinitiones. Augen
tus autem non per media, sed in assumendo, vt
A de B, hoc autem de C. item hoc de D, & hoc

in infinitum & in latus, vt A de C, & de E, vt est numerus quantus, vel infinitus. Hoc aiũt in quo sit A, numerus impar quantus, in quo B, numerus impar in quo C; est & itaque A de C, & de par quãtus numerus in quo sit D, par numerus in quo est E, est ergo A de E.

ANNOTATIONES.

Secundum omne] alij legunt *Ad omne*, vel *ad omnem*. *Secundam.* [*non ne sunt & non Geometricæ*] alij legunt, *sunt sanè & non Geometricæ.* [*qualis Geometrica est*] *aliàs, aliqua Geometrica est. sine declinat*] *aliàs, in Mathematicis* [*in orationibus*] *alij legunt, in rationibus. vide 1. Elen. cap. 9.* [*ut A de E & de E*] *Ioan. Gram. ait legendum esse, ut A. de E. & de D.*

Argumentum, in cap. 10.

Demonstratio quia est, & propter quid duplicitèr differt: nam demonstratio quia, est per causam remotam, vel ab effectu ad causam: sed demonstratio propter quid est per causam propinquam, & à causa ad effectum. per causam remotam est, si quis demonstret patrietem non respirare: quoniam non est animal: nam non esse animal est causa remota non respirandi. quod si esset causa propinqua; animal esset causa propinqua respirandi. quod est falsum: siquidem non omnia animalia respirant, sed ea solum quæ pulmonem habent. id autem patet: quia, si negatio est causa negationis; & affirmatio affirmationis erit, si immoderatè esse calidum, vel frig. est causa non sanandi; esse moderatè cal. vel frig. est causa sanandi. Fieri debet talis demonstratio in secunda fig. in Camestres: ut, omne

respirans est animal. Sed nullus paries est animal. igitur nullus paries est respirans. Eodem pacto construitur fil. In Scythia non sunt sibillatores; quia ibi non sunt vites. Ab effectu ad causam: ut, Planetæ sunt prope nos; quoniam non scintillant. nam scintillare est effectus eius, quod est esse prope nos. Fit propter quid sic. Planetæ non scintillant; quia sunt prope nos. Sic propter quid, Luna est circularis figuræ; quoniam augetur, & imminuitur circulariter. Caterum demonstratio propter quid pertinet ad scientiam subalternantem, & quia est ad subalternatam: vt Geometria est scientia subalternans respectu Perspectiuæ, & Arithmetica Musicæ. quare hæ scientiæ sic se habent, vt una earum eo, videret speciem, aliam genus, hoc est, subiectum scientiæ subalternantis contrahitur ad subiectum subalternatæ per differentiam accidentalem, sed & demonstratio propter quid sit in scientia subalternata latè capta: etenim respectu unius esse potest subalternans, & respectu alterius subalternata. Fiunt etiam tales demonstrationes in scientijs disparatis, velut in Medicina, & Geometria: nam medicus cognoscit quia est huius conclusionis, Vulnera circularia citiùs sanantur, quàm oblonga. sed Geometer cognoscit ideam propter quid.

De demonstratione propter quid, & quia est, de eius q; speciebus ac differentijs. Caput. 10.

SEd quia differt, & propter quid, scire: primum in eadem scientia, & in hac duplicitèr. Vno quidem modo si non per immediata fiat syllogismus: non enim accipitur prima causa facies quæ propter quid scientia, est secundum primam causam. Alio modo si per immedia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta quidem, sed non per causam, sed per connectentia, & per notius: prohibet enim nihil æque prædicantium, notius aliquando esse non causa: quare per hanc erit demonstratio. Vt quod prope sint planetæ, per illud quod non scintillare: sit in quo C planetæ, in quo B non scintillare, in quo A propè esse: verum igitur est de C, B dicere, planetæ enim non scintillant: sed & A de B, non scintillans enim prope est. Hoc autem accipitur per inductionem, aut per sensum: necesse ergo A ipsi C inesse: quare demonstratum est quod planetæ propè sunt. Hic ergo syllogismus non est propter quid, sed quia: non enim ex eo quod non scintillant propè sunt, sed propter illud quod propè sunt, non scintillant. Possibile est autem & per alterum, alterum monstrare: & erit propter quid demonstratio: ut sit C planetæ, in quo B propè esse, A non scintillare: est igitur B in C, quod est nō scintillare: quare & in C, & erit propter quid syllogismus: accepta enim est prima causa. Iterum sic lunam demonstrant quòd quidem circularis: sit per incrementa: si enim quod augetur circulare quidem sit, augetur autem sic luna: manifestum quoniam circularis: sic igitur ipsius quia, factus est syllogismus: econuerso autem posito medio, ipsius propter quid syllogismus fit. Non enim propter augmenta ipsius, circularis est: sed quia circularis est, accipit augmenta huiusmodi. Luna sit in quo C, in quo B sit augmentum, sit in quo A circulare. In quibus autem media non conuertuntur, & est notius quod nō est causa, quia monstratur: sed & propter quid, non. Amplius in quibus medium extra ponitur: eremita in his non propter quid: sed ipsius quia demonstratio

stratio: non enim dicitur causa. Vt propter quid nō respirat paries, quia non est animal: si enim non respirandi causa est hoc, oportet esse animal causa respirandi. Vt si negatio causa est ipsius non esse, affirmatio causa est ipsius esse: sicut si sine mensura esse calida, & frigida, causa est non sanandi: & mensura huius causa erit sanandi. Similiter autem, & si affirmatio est causa ipsius esse, & negatio ipsius non est. In his autem sic demonstratis non contingit quod dictum est: non enim omne animal respirat. Syllogismus autem huius causæ est in media figura: sit A animal, in quo B respirare, in quo C paries: in quo B quidem igitur omni, est A: omne enim respirans est animal. in C autem nullo quare: neque B in C nullo est: non igitur respirat paries. Comparantur autem huiusmodi causa secundum excellentiam dictis: hoc autem est plurimum distans medium dicere, sicut eum illud est quod Anacharsidis: quòd in Scythia non sunt sibilatores, neque enim vites. Secundum igitur eandem scientiam, & secundum mediorum positionem: hæ differentiæ suut ipsius quia, ad eum qui propter quid est syllogismum. Alio autem, modo differt propter quid ab ipso quia: quod est per aliam scientiam utunque speculari. Huiusmodi autem sunt, quæ cunque sic se habent adinuicem, quod alterum sub altero est: vt perspectiua ad geometriam, & machinatiua ad stereometriam, & harmonica ad arithmeticam, & apparentia ad astrologiam. Ferè quidem vniuocæ sunt harum quædam scientiarum, ut astrologia, mathematica, & quæ naualis est, & harmonica, & mathematica, quæ est secundum auditum. Hic enim

ipsum

ipsum quia, sensibilium est scire: sed propter quid, mathematicorum. Hi enim habent causarum demonstrationes, & frequenter nesciunt ipsum quia: sicut illi vniuersale considerantes, sæpè quædam singularium nesciunt, propter id quod non intendunt. Sunt autem hæc quæcunque alterum quiddam sunt secundum subiectam, & utuntur speciebus. Mathematicę enim circa species sunt, nō enim de subiecto aliquo: si enim de aliquo subiecto geometrica sunt, sed non sunt secundùm quod geometrica sunt. Habet autem se ad perspectiuam sicut hæc ad geometriam, & alia ad istam, ut id quod est de lorde ipsum quidem quia est scire physici, sed propter quid perspectiui, aut simpliciter, aut secundum disciplinam. Multæ autem, & non sub scientiarum, habent sic: ut medicina ad geometriam quod enim vulnera circularia tardius sanantur, medici est scire quia, propter quid autem, geometræ.

Argumentum in cap. 11.

Prima figura maximè facit scire: in ea enim sunt demonstrationes mathematicæ, quę sunt omnium certissimæ, & ferè omnes demonstrationes propter quid. & potest concludi definitio de definito, nec indiget aliis figuris, sed aliæ perficiuntur per eam. Sed sunt aliquæ propositiones affirm. mediatæ, & aliquæ immediatæ, sic aliquæ negatiuæ mediatæ, & aliquæ immediatæ. negatiuæ mediatæ dicitur tripliciter, primò quando subiectum coniungitur, & prædicato vt vni cuilibet corpori est quantitas. Secundò quando prædicatum est in aliquo, & subiectum non: vt nulla substantia est caliditas. Tertiò quando amb. extremi

tantur sub diuersis: vt nullum animal est calidum.

Primam figuram maximè scientiæ esse accommodatam. Cap. 11.

FIgurarum autem faciens scire maximè, prima est: mathematicę enim scientiarum per hanc demonstrationes ferunt: vt arithmetica, & geometria, & perspectiua: & ferè est dicere quæcunque propter quid speculari faciunt consideratione: aut enim omnino, aut sicut frequentius, & in plurimis per hanc figuram (qui est propter quid) fit syllogismus: quare & propter hoc erit maximè faciens scire: propriissimū enim scire, propter quid speculari. Postea ipsius quid est scientiam, per hanc solam venati possibile est. In media enim figura non fit prædicatiuus syllogismus, sed ipsius quod quid est scientia affirmationis est. in vltima autem fit, quidem, sed non vniuersaliter, sed quod quid est, vniuersalium est: non enim quodammodo est animal bipes homo. Amplius hæc quidem illis nihil indigent: illę autem per hanc densantur, & augmentantur quousq; vtique ad immediata veniant: manifestum igitur est, quod maximè propria scientiæ est prima figura. Sicut autem A esse in B contingit indiuisibiliter, sic & non esse possibile est: dico autem indiuisibiliter esse, vel non esse, eò quod non est aliquid eorum medium: sic enim non erit secundum aliud esse. Cum igitur aut A aut B in toto aliquo sit, aut etiam aut bo, non contingit A in B primo non esse. Sit enim A in toto C igitur si B non est in toto C (quod est enim A quidem esse in quodā toto, sed

B non esse in hoc) syllogismus erit quod non sit A in B: si enim A quidem omni est C, in B autē nullo est, in nullo B est A. Similiter autem & si B in aliquo toto est, vt in D: D enim in omni B est, in A autem nullo D: quare A in nullo B est. per syllogismum. Eodem autem modo demonstrabitur & si vtraque in toto aliquo sit. Quod autem contingit B non esse in quo toto est A, aut iterum A in quo est B: manifestum est ex coordinationibus, quęcunque non commutanter adinuicem: si enim nihil eorum quæ sunt in A C D coordinatione, de nullo prædicatur eorum quæ sunt in B E F, A autem in toto G. sic coordinatione existente: manifestum est quòd B non erit in G, commutaretur enim coordinationem: similiter autem est & si B in toto aliquo est. Si verò neutrum sit in toto aliquo nullo, nō sit autem A in B, necesse est indiuisibiliter non esse. si enim erit aliquod medium, necesse est alterum horum in quodam toto esse: aut enim in prima figura. aut media erit syllogismus. si quidem igitur in prima figura, B erit in toto aliquo affirmatiuam enim ad hoc oportet fieri propositionem. Si verò in media, vtrunque contingit: ad vtrunque enim posito priuatiuo, erit syllogismus: cum autem vtraque priuatiua sit, nō erit: manifestum igitur est quod contingit & aliud in alio non esse indiuisibiliter: & quando contingit & quomodo diximus.

Argumentum, in cap. 12.

Igitur aliquæ sunt propositiones mediatæ, & aliquæ immediatæ per quas potest fieri ignorantia, quæ duplex est: altera prauæ dispositionis, altera pure negationis.

rationis: ignorantiæ prauæ dispositionis est deceptio falsa per syllogismum, & potest fieri dupliciter. Primo cum quis assentit falso, tanquàm vero absque ratione. Et non fit nisi uno modo. Secundò cum assentit falso tanquàm vero per aliquam rationem, & id multipliciter; cū multis modis fiat syllogismus ignorantiæ, vt per conclusionem perspicuum fiet. quarum prima est. Vniuersalis affirm. immediata potest concludi per syllogismum ignorantiæ ex vtrisque propo. falsis in toto, uel in parte, uel ex minore falsa, & maiore uera, sed non conuerā. Prima pars perspicua sic fit per terminos, vt per litteras. Arist. fecit. Omnis qualitas est substantia; sed omnis quantitas est qualitas: omnis ergo quantitas est substantia secunda conclusio. Vniuersalis negatiua immediata falsa potest concludi ex vtrisque prop. falsis, uel altera in prima figura: vt nulla albedo est color; omnis autem nigredo est albedo: nulla igitur nigredo est color: unde si maior esset uera; minor non: maior enim extremitas negatur de minori, & affirmaretur de medio. Tertia conclusio. Vniuersalis negatiua immediata falsa non potest concludi ex utrisque prop. in toto falsis, sed in parte, uel altera falsa in secūda figura: quoniam cum conclusio sit falsa, & immediatas eius contraria erit uera, & idem non poterit affirmari de uno extremo, & negari de altero.

De ignorantia dispositionis & negationis, & syllogismo imperitia eorum, quæ primò, immediateque insunt. Cap. 12.

IGnorantia autem nō secundum negationem, sed secundum dispositionem dicta: est quidem per syllogismum facta deceptio. Hæc autē

in

in ijs, quę insunt primo, aut non insunt, contingit dupliciter: aut enim est cum simpliciter accipiat esse, uel non esse, aut cum per syllogismū accipiat opinionem: simplicis quidem ergo opinionis simplex deceptio, sed quæ est per syllogismum, plures sunt. Non sit enim A in nullo B indiuisibiliter, ergo si syllogizet A esse in B medium accipiens C, deceptus erit per syllogismum. Contingit igitur vtrasque propositiones esse falsas, contingit autem alteram solum esse falsam: si enim neque A in nullo C; erit neque C in nullo B erit: accepta autem vtraque econtrario, vtræque enim erunt falsæ. Potest autem sic se habere C ad A, & ad B, quod neque C sub A sit, neque in B vniuersaliter: B quidem impossibile est esse in aliquo toto: primum enim dictum est in ipso A, B non esse: A autem non accidere est omnibus ineſſe, quæ sunt C vniuersaliter: quare vtræque falsæ sunt. Sed alteram contingit veram accipere, non tamen quamlibet contingit, sed quæ est A C. nam C B propositio semper falsa erit, propter id quod C, in nullo B est: sed quæ est A C potest: vt si A & in C, & B indiuisibiliter est: cum enim primum prædicetur idem de pluribus: neutrum in neutro erit. Differt autem nihil, neque si non indiuisibiliter insit: ipsius quidem esse igitur deceptio per hos, & sic fit solum: non enim erat in alia figura ipsius esse syllogismus, qui vero ipsius non esse, in prima figura, & in media est: primum igitur dicamus quot modis in prima sit: & quomodo se habentibus propositionibus. Contingit igitur vtrisque falsis: vt si A & in B, & in C indiuisibiliter sit: si enim accipiatur A in C nullo esse, C autem in omni B, falsæ sunt propositiones.

Contingit autem & altera falsa, & hac quacunque contingente: potest enim quæ est A C vera esse, quæ vero B C falsa, sed quæ est A C vera, quoniam non in omnibus quæ sunt, ineſt A sed quæ est C B falsa esse, quoniam impossibile est esse in B C, in quo nullo est A: non enim etiam vera erit, quæ est A C propositio: simul autem & si sunt vtræque veræ, & cōclusio vera erit, sed & etiam quæ est C B: contingit veram esse eum altera sit falsa, vt si B in C sit, & in A, necesse est enim alterum sub altero esse: quare si accipiatur A in nullo C esse, falsa erit propositio: palā igitur quoniam & cum altera sit falsa, & in vtrisque, falsus syllogismus erit. Sed in media quidem figura totas propositiones esse vtrasq; falsas non contingit, cum enim in omni B, A sit, nihil erit accipere quod in altero erit omni, in altero vero nullo erit: oportet autem sic in media figura accipere propositiones, & quod in hoc quidem sit, & quod in hoc nō sit si quidem erit syllogismus: si igitur accipiantur sic falsæ, palam quod contrariæ econuerso se habebunt, hoc autem impossibile est. In aliquo autem vtra que propositionem nihil prohibet falsam esse, vt si C in A, & in B aliquo est: si enim A in omni C accipiatur esse, B autem in nullo falsæ, quidem vtræque propositiones, non tamen totæ, sed in aliquo, econuerso autē posito priuatiuo, similiter. Alteram autem falsam, & quamlibet contingit: quod enim est in A omni, & in B est: si igitur accipiatur in A quidem toto esse C, in B autem toto non, esse quæ quidem est C A erit vera, sed quę est C B falsa. Iterum quod in B nullo est, neque in A omni erit: si enim in A est, & in B: sed non inerat: si igitur accipiatur C in

toto quidem A esse, in B autem nullo quidem quæ est B propositio vera est, altera verò falsa. Similiter autem ut transposito priuatiuo: quoniam enim in nullo est A, neque in B nullo erit: si igitur accipiatur C in toto quidem A, non est in B autem esse toto, quæ quidem est A C propositio vera est, altera autem falsa. Et iterum quod in omni B est in nullo accipere A esse, falsum est: necesse enim est si in omni B, & in quodam A esse: si igitur accipiatur in omni quidem B esse C, in A autem nullo, quæ quidem est C B, vera erit, quæ autem est A C, falsa. Manifestum igitur quod vtriusque falsis, & altera solum erit syllogismus deceptiuus in indiuisibilibus.

Argumentum in cap. 13.

Sed ad mediatas. Quarta conclusio in ordine. Vniuersalis negatiua falsa, & mediata non potest concludi per medium proprium ex vtrisque falsis, sed ex maiore in prima figura: minor enim debet esse eadem in syllog. ignorantia, & syl. vero, ex maiore vera falsa sic. Nullum animal est substantia; sed omnis homo est animal: igitur nullus homo est substantia. Quinta conclusio. Vniuersalis neg. mediata falsa potest syllogizari per medium non proprium ex vtroque falsis, vel ex maiore vera, & minore falsa. Non proprium intelligitur alienum ab extremis. Sexta de secunda figur. Vniuersalis negatiua falsa non potest concludi ex vtrisque in toto falsis, sed ex altera falsa. Septima. Vniuersalis affirma. falsa, & mediata non potest syllogizari per medium proprium in prima figura ex vtrisque falsis, sed ex maiore. Octaua. Vniuersalis affir. falsa, & mediata potest syllogizari

per medium nō proprium in prima figura ex vtrisque falsis, vel altera falsa.

De syllogismo imperitiæ eorum quæ insunt immediatæ. Cap. 13.

IN ijs autem, quæ non indiuisibiliter insunt, aut non insunt, cum quidem per proprium medium falsitatis fiat syllogismus, non possibile est falsas vtrasque esse propositiones, sed solum quæ ante maius extremum. Dico autem proprium medium per quod fit contradictionis syllogismus: sit enim A in B per medium C quoniam igitur necesse est quæ est C: B affirmatiuè accipi syllogismo facto: manifestum quod semper hæc est vera. non enim conuertitur: sed quę est A C falsa, hac enim conuersa, econtrario fiet syllogismus. Similiter autem est, & si ex alia coordinatione accipiatur medium: vt D, si & in toto A, & de B prædicatur omni, necesse est eũ (quæ quidem est D B) propositionem manere, alteram autem conuerti. Quare hæc quidem semper vera, illa verò semper falsa, & fere hunc modi deceptio, eadem est ei quæ fit per proprium medium. Si verò non per proprium medium fiat syllogismus, cum quidem sub A sit medium, in B autem nullo est, necesse est vtrasque falsas esse; sumendæ enim econtrario sunt quomodo vt se habeant propositiones, si debeat syllogismus esse: sic autem acceptis vtræque fiunt falsæ: vt si A quidem in toto D est, D autem in nullo B: conuersis enim ijs syllogismus erit, & propositiones vtræque falsæ. Cum verò non sit sub A medium vt D, quæ quidem est A D vera

erit, quæ verò est D B falsa: quæ enim est B D ve
ra est, quia non erit in A D: quæ verò est D B fal
sa, quia si esset vera, & conclusio esset vera, sed
falsa erat. Sed per mediam figuram facta decep-
tione, vtraſq; quidem non contingit falsas ei-
se propositiones totas: cum enim sit B quidem
sub A, nihil contingit in hoc quidem omni; in
illo autem nullo esse: sicut dictum est, & prius.
Altera verò potest esse falsa, & quæcunque con
tingit, si enim C & in B, & in A est, si accipiatur
in A quidem esse, in B verò non esse, quæ qui-
dem A C vera erit, altera autem falsa. Item B si
B accipiatur C esse, in A autem nullo est, quæ
quidem est C B vera erit, altera autem falsa: si
quidem igitur priuatiuus sit deceptionis, syllo-
gismus, dictum est, quando, & per quæ erit de-
ceptio. Si verò sit affirmatiuus, tunc cum per
proprium medium, impossibile est vtrasque ei-
se falsas: necesse est enim quæ est C B manere,
si quidem erit syllogismus sicut dictum est, &
prius, quare C A semper erit falsa, hæc enim ei
conuersa. Similiter autem est & si ex alia ordi-
natione accipiatur medium, sicut dictum est,
in priuatiua deceptione: necesse enim est, quæ
quidem est D B manere, quę verò est A D con-
uerti: & hæc deceptio eadem est priori. Cum
verò sic non per proprium: si quidem sit D sub
A, hæc quidem erit vera, altera verò falsa: po-
test enim A in plurib⁹ esse, quæ non sunt sub
seinuicem. Si verò non sit D sub A, hæc quidem
semper manifestum est quoniam est falsa: alte-
matiua enim accipiatur, quæ verò est D B, con-
tingit & veram esse, & falsam: nihil enim pro-
hibet A quidem in nullo D esse, D autem in om
ni B: ut animal in scientia, scientia autem, ut in

musica neque utique A in nullo D, neque D in
nullo B esse; manifestum igitur est, quoniam
cum non sit medium proprium, & vtreque pos-
sunt simul esse falsæ, & quæcunque contingit.
Quot quidem igitur modis, & per quæ possunt
fieri secundum syllogismum deceptiones, & in
alijs quæ sunt sine medio, & in ijs quæ sunt per
demonstrationem, manifestum est.

Argumentum in Cap. 14.

Sed pro ignorantia puræ negationis describitur talis conclusio. Deficiente sensu alicuius sensibilis, defi cit illius scientia: quoniam omne quod scitur per de-monstrationem, aut aliàs mediatè, uel immediatè, sci tur per inductionem: nam, nisi per inductionem possu mus uniuersalia speculari. sed inductio deficiente sensu non potest haberi: quare nihil potest sciri, & quamquam principia mathematica abstrahunt à mo tu, & materia sensibili secundum rationem; non ta men secundum rem; cum de rebus sint sensibilibus.

Si sensus à natura deficit, & scientiam pro priorum sensibilium illius deficere.

Caput. 14.

MAnifestum est autem, & si aliquis sensus de
fecerit, necesse est aliquam scientiam defi
cere, quam impossibile est accipere: si quidem
discimus, aut per inductionem, aut per demon-
strationem. Est autem demonstratio ex vniuer-
salibus: inductio autem ex ijs, quæ sunt particu
laria. Impossibile autem est vniuersalia specu-
lari, nisi per inductionem, quoniam & quæ ex
abstractione dicuntur, est per inductionem no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tã facere, si quis vult nota facere: quia sunt in vnoquoque genere quædam, & si non separabilia sint secundum quod huiusmodi unumquodque est. Inducere autem non habentes sensum, impossibile est: singularium enim sensus est: nõ enim contingit accipere ipsorum scientiam neque enim est ex vniuersalibus sine inductione, neque per inductionem sine sensu.

Argumentum in cap. 15.

Antequam quæstiones super statum prædicatorũ mouentur, quatuor sunt nobis suppomenda. primum. omnis syllog. constituitur ex tribus terminis, & duabus prop. Secundum. affirmatiua non concluditur nisi ex affirmatiuis propos. negatiua uerò concluditur per vnam affir. & alteram negatiuam. Tertium, si aliqua prop. demonstrationis sit mediata, debet demonstrari donec veniamus ad immediatam, non secundum secundum opinionem, vt in dialecticis, sed secundum veritatem. Quartum ea, quæ prædicantur, alia per se, alia per accidens prædicantur. his suppositis tres mouentur quæstiones. Prima est. vtrum accepto infinito subiecto contingat ascendendo accipere infinita prædicata. Secunda, utrum accepto supremo predicato contingat descendere accipiendo infinita subiecta. Tertia, vtrum extremis determinatis contingat media esse infinita.

Syllogismum omnem ex tribus constare terminis, maiori, minori, ac medio: & hoc in infinitum tã in propositionibus affirmatiuis, quam negatiuis abire non posse. Cap. 15.

EST autem omnis syllogismus per tres terminos, & quidem monstrare possibilis est: quia

niam A est in C, propter id quod est in B, & hoc in C. Sed priustius est quidem alteram propositionem habens: quoniam est aliquid aliud in alio, alteram autem quoniam non est. manifestũ igitur est, quòd principia, & quæ suppositiones sunt dicta hæc sunt: accipientem enim hæc sic, necesse est monstrare: vt quòd A sit in C per B: iterum autem quòd A sit in B per aliud medium, & quod B sit in C similiter. Secundum igitur opinionem syllogizantibus, & solum dialecticè, manifestum est, quod hoc solum intendendum, si ex quibus contingit maximè probabilibus fiat syllogismus. Quare & si est aliquid in veritate eorum, quæ sunt A B medium: videtur autem non esse per hoc syllogizans, syllogizat dialecticè. Ad veritatem autem, ex ijs quæ sunt oportet intendere, habet autem se sic. Quoniam autem est quod ipsum quidem de alia prædicatur, non secundum accidens: dico autem secundum accidens: vt album aliquando dicimus illud esse hominem, non similiter dicentes & hominem album, cùm enim non sit alterum, aliquod album est: album autem est homo, quoniam accidit homini esse album: sunt igitur quædam huiusmodi, quæcunque secundum se prædicantur. Si igitur C huiusmodi quod ipsum quidem nõ in alio sit, in hoc autem B sit primo, & non per aliud medium: iterum E de D sit, & similiter & hoc in B, nunquid igitur hoc necesse est stare, an contingit in infinitum ire? Et iterum si de A quidem nihil prædicatur per se, A autem in F est primo, medium autem in nullo priori, & F in A, & hoc in B, nunquid & hoc stare necesse est? an & hic contingit in infinitum abire? Differt autem hoc à priori intantum,

quoniam hoc quidem est nunquid cõtingit incœpturum ab huiusmodi quod in nullo est alio, sed aliud in illo, in sursum in infinitum abire: altercum autem incœpturum ab huiusmodi quod ipsum quidem de alio, de illo autem nihil prædicatur, in deorsum intendentem si contingit in infinitum ire? Amplius, media nunquid contingit infinita esse determinatis terminis? dico autem vt si A in C sit, medium ipsorum sit B, ab ipso autem B, & ab A alterã, sed horum alia, nunquid & hæc in infinitum contingit abire? an impossibile est? est autem hoc quidem intendere idem & si demõstrationes in infinitum veniunt: & si est demonstratio omnis rei, an adinuicem concludantur. Similiter autem dico & in priuatiuis syllogismis, & propositionibus: vt si A non ineſt B nulli, aut primo, aut est aliquod medium, cui priori non ineſt A, aut si sit C quod omni B ineſt, & iterum hoc non etiam alij priori, vt si A est quod sit in omni B: nanque in his aut infinita sunt, in quibus non est in prioribus aut statur. Sed in conuertibilibus non similiter se habet: non enim est in æquè prædicabilibus de quo primo prædicatur, aut vltimò: omnia enim ad omnia sic similiter se habent, siue sunt infinita de ipso prædicata, siue utraque sunt dubitata infinita: nisi similiter conuerti contingat: sed hoc quidem sicut accidens, illud vero sicut prædicatum.

Argumentum, in cap. 16.

Hæ quæstiones non habent locum in terminis conuertibilibus; si quidem hi non habent superiorem, neque infer-

iorem, & si sit status in affirmatiuis; erit & in negatiuis: quia accepta negatiua mediata, vel immediata est status, vel potest demonstrari per vnam affirmat. & vnam negat. vnde negatiua est med. vel immed.

De terminatis extremis, summo, imoque, media non esse infinita. Cap. 16.

QVoniam igitur media non contingit infinita esse: si in sursum, & deorsum stent prædicata, manifestum est. Dico autem sursum quidem, quod vniuersale magis est: deorsum autem, quod particulare est. Si enim A prædicante de C, infinita sunt media, in quibus B: manifestum est quod continget utrique: vt ab A in deorsum alterũ de altero contingit prædicari in infinitum; antequam enim in C ueniat, infinita sunt media: & ab C in sursum infinita, antequam in A veniat: quare si hæc impossibilia sunt, & ipsius A & C impossibile est infinita esse media. Neque enim si aliquis dicat quòd hæc quidem, quæ A B C contingentia sunt adinuicem, vt & non sint media, illa uero non esse accipere: nihil differt: quodcunque enim accipio eorum quæ sunt B, erunt ab A aut C infinita media. An non a quo iam prima sint infinita siue statim, siue non statim; nihil differt? quæ enim sunt post hæc, infinita sunt.

Argumentum in Cap. 17.

Et cum non sit processus in infinitum in affirmatiuis; erit etiam status in negatiuis, vt in prima figu-

nam si fiat talis syl. nullum corpus est quantitas: tod omnis homo est corpus: nullus igitur homo est quantitas, maior est mediata, & demonstratur hoc pacto: nulla substantia est quantitas: sed omne corpus est substantia, quare nullum corpus est quantitas. & eadem ratione homo est corpus: nulla quantitas est corpus: nullus igitur quantitas est homo, minor est mediata, & hoc modo demonstratur. Omne corpus est substantia, nulla autem quantitas est substantia, ergo nulla quantitas est corpus. & sic status est in minore. in tertia sic, nullum animal est quantitas: sed omne animal est corpus: igitur quoddam corpus non est quantitas, maior est mediata, itaque sic poterit demonstrari. nullus homo est quantitas: sed omnis homo est animal: igitur aliquod animal non est quantitas. status est in maiore, cum sub homine nihil sumi possit, ad terminum quo stinem, quæ est utrumque extremis determinatis, contingat media esse infinita, non contingit: quoniam non quam potest ab infimo subiecto ad supremum prædicatum perueniri, nec contra: cum impossibile sit infinita pertransire.

Propositionis negatiuæ mediatæ media, quibus reuocetur ad immediatam, non esse infinita. Cap. 17.

MAnifestum autem & in priuatiua demonstratione quoniam statur, si quidem in predicatiua statur in utrisque. Sit enim non contingens neque in sursum ab ultimo in infinitum ire (dico autem in quo statur, quod ipsum quidem in alio nullo est: sed in illo aliud ut C) neque a primo in vltimum. Dico autem primum quod ipsum quidem de alio, sed de illo nullum aliud

aliud dicitur: si igitur hæc erunt, manifestum quod & in negatione stabitur. Tripliciter autem monstratur non esse: aut enim in quo quidem est C, B, inest omni, sed in quo est B nulli, inest A. ipsum igitur B C, & semper alterum spatium necesse est ire ad immediata: prædicatum enim est hoc spacium. Sed alterum manifestum est, quod si in alio non est priori, vt in D. hoc indigebit in omni B esse: & si iterum A in alio priore quàm D non fuerit: illud indigebit in omni D esse: quare quoniam in deorsum stat via, & quæ in sursum stabit, & erit aliquid in quo primo non erit A. Item si B quidem in omni A, in C autem nullo, A in C nullo erit. Iterum hoc si oportet monstrare, manifestum est, quod aut per superiorē modū sursum monstrabitur, aut per hunc, aut tertium. Primus quidem igitur dictus est. secundus autem demō strabitur. Sic autem vtique monstrabitur: ut quod D in B omni est, in C autem nullo: si nec esse est aliquid esse in B, & iterum si hoc in C, non erit, aliud verò in D est quod in C non est: igitur quoniam esse semper superiori stat, stabit & non esse. Tertius autem modus est: si A omni insit, C verò in nullo B sit, non in omni C in quo est A. Iterum autem hoc superius di ctum stat, aut similiter demonstrabitur. Illis igitur mo dis statur. Si vero sic est, iterum accipietur B in C esse, in quo C non in omni E, & hoc iterum similiter. Quoniam autem suppositum est stare, & in deorsum, manifestum est quod stabit & quod in C non est. Manifestum autem est quo niam & si non vna via monstretur, sed omnibus aliquando quidem ex prima figura aliquando verò ex secunda, aut ex tertia, quoniam & sic

sic stabitur: finitè enim sunt viæ. Finita autem finitè sumpta pluries, necesse est finiri omnia. Quod quidem igitur in priuatione si quidem inesse statim, manifestum est.

Argumentum in cap. 18.

Verum in prædicatis essentialibus non est procedere in infinitum: nihil enim cognosci per definitionem posset, cum in definitione necesse sit ponere omnia prædicata, vel saltem resoluere, donec veniamus ad irresolubile. Quæ verò ad ea, quæ prædicantur de accidentibus: alia prædicantur ut subiectum de accidente, ut homo de albo, vel accidens de accidente, vt album de ambulat. Sed quædam per se prædicantur, vt accidens de subiecto. At quæ per se prædicantur, alia modum quantitatis, alia qualitatis, & alia aliorum accidentium, alia tandem per modum substantiæ, & in quid, quæ indicant quidditatem rei. Hinc patet opinionem Platonis Ideas ponentis separatas à singularibus esse satis. & si genera, & species sunt, nostra sunt, idest nihil. vnde nihil ad demonstrationes conferunt. ad qualitates in prædicatis assignandum quid est status, quia omnia prædicata sunt substantia, vel accidentia in quibus est status, tam essentialiter quam accidentaliter ad decem prædicamenta. sed & in talibus est status, quia prædicata per se non prædicantur circulariter de eorum subiectis. sic in mathematicis demonstrationis est status, quia nullus sit conclusionem per demonstrationem, nisi cognoscat propositiones. sic in prædicatis per se est status, nam cum secundo modo subiectum sit de definitione prædicati, si essent infinita prædicata, idem esset de definitione infinitorum. item prædicata secundi modi conuertuntur cum eorum prædicatis, sed in terminis conuertibilibus

non est processus in infinitum, nec in primo modo; quia alia prædicata sunt de definitione subiecti, vnde, si essent infinita, essent de definitione eiusdem, & nihil contingeret sciri.

Propositionis affirmatiuæ mediatæ media non esse infinita. Cap. 18.

SEd quod in illis qui quidem logicè speculantur: sic manifestum sit. In ijs quidem igitur quæ quidem in eo quod quid est prædicantur, manifestum est: si est enim definire, aut si notũ est quod quid erat esse, infinita autem non est pertransire: necesse est finiri in eo quod quid est prædicatiua. Vniuersaliter autem sic dicimus: est enim verè dicere album ambulare, & magnũ illud lignum esse & iterum lignum magnum est, & hominem ambulare, sed alterum est sic dicere: aut illo modo: cùm enim album quidem esse dico quod cui accidit album esse, lignum esse, non quod subiectum ligno, album sit, & nunquam neque quod album est, neque quod cui album aliquod est, factum signum est: quia non est aliter quàm secundum accidẽs: cum autem lignum album esse dico, non quòd aliquod alterum sit album: illi autem accidit ligneum esse, vt cùm sic musicum album esse dicimus. eorum enim quoniam homo est albus, cui accidit esse musicum, dico: sed lignum est subiectum, quod quidem & factum est, non cùm aliquid sit quàm quod quidem lignum est, aut lignum aliquod. Si igitur oportet nomina esse, sit sic dicere prædicari, sed illo modo, aut nullo modo prædicari, aut prædicari quidẽ non simpliciter, sed secundum accidens prædicatũ,

catur: est autem tanquam album quidem quod prædicatur, sed sicut lignum est de quo prædicatur. Supponatur ergo prædicatum prædicari semper de quo prædicatur simpliciter, sed non secundum accidens. sic enim demonstrationes demonstrant. quare in eo quod quid est, aut quoniam quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut faciens, aut patiens, aut vbi, aut quando, cum vnum de vno prædicabitur. Amplius, substantiam quidem significantia: quod quidem illud est, aut aliquod illud quidem significans: quo prædicantur. Quæcunque vero non substantiam significant, sed de aliquo subiecto dicuntur, quod non est, neque quod illud est, neq; quod quidem illud aliquid est, accidentia sunt: vt homine album. Neque enim est homo, neque quod quidem album est, neque quod quid album est aliquid, sed animal fortasse: quod idem enim animal est: homo est. Quæcunque vero non substantia significant, oportet de aliquo subiecto prædicari, & non esse quid albi: quoniam cum alterum aliquod sit, album est. Species enim valeant, & genera, monstra enim & si sunt, nihil ad rationem sunt: demonstrationes enim de huiusmodi sunt. Amplius, si non est hoc huius qualitas, & illud huius, neque quantitatis qualitas, impossibile est æquè prædicari inuicem sic: sed verum quidem contingit dicere sic: æquè autem verè prædicari non contingit. An enim sicut substantia prædicabitur, aut vnus, aut vt differentia prædicati? hæc autem nulla sunt, quoniam non erunt infinita, neque sursum, neque in deorsum: vt homo biped, animal, hoc autem alterum est: neque animal de homine, hoc autem de Callia, hoc autem alio

alio in eo quod quid est: substantiam enim omnem est definire huiusmodi: infinita autem non est transire intelligentem: quare neq; in sursum neque in deorsum infinita sunt: illam enim nō est definire, de qua infinita prædicantur. Sic igitur genera adinuicem non æqualiter prædicantur: erit enim ipsum, quod quidem ipsum aliquid est, neque tamen de qualitate, aut alio nullo, nisi secundum accidens prædicabitur: omnia enim hæc accidunt, & de substantiis prædicantur, sed quoniam neque in sursum, infinita sunt: de vnoquoque enim prædicatur quod significat aut quantum aliquid, aut quale aliquid aut huiusmodi quæ sunt in substantia: hæc autem finita sunt, & genera prædicamentorum finita: aut enim quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut facere, aut pati, aut vbi, aut quando. Oppositum autem est vnum de vno prædicari, ipsa autem de ipsis quæcūq; nō ad aliquid sunt, prædicari non dicimus: accidentia enim sunt omnia: sed hæc quidem secundum seipsa, alia vero secundum alterum modum. Hæc autē omnia de subiecto quodam prædicari dicimus, accidentia autem non esse subiectum aliquod, nihil enim aliud ponimus esse, nō quod alterum aliquod esse dicitur, sed ipsum de aliis, & alia qui de alio, neq; in sursum: ergo vnum de vno, neq; in deorsum esse dicetur, de quibus enim dicuntur accidētia: quæcunq; in substantia vniuscuiusq; sunt: hæc autem non sunt infinita: sed sursum ipsa quoque & accidentia utraque non infinita sunt. Necesse est ergo esse aliquid, de quo primum prædicetur, & de hoc aliud: & hoc iterum, & esse aliquid quod non amplius, neque de alio priori, neque de illo aliud prius prædicetur.

tur. Vnus quidem igitur modus demonstrationis, dicitur hic. Adhuc autem alius, si de quibus priora quædam prædicantur, est horum demonstratio: quorum autem est demonstratio, neque potius habere possibile est ad ipsa, quàm scire: neque scire est sine demonstratione: si autem hoc per hæc sit notum. Hæc autem nescimus neque melius habemus ad ipsa, quàm scire: neque per hæc notũ sciemus. Si igitur est aliquis scire per demonstrationem simpliciter, & non ex aliquibus, neque ex suppositione, necessium est stare prædicationes mediorum: si enim non steterint, sed est semper acceptio in superius, omnium erit demonstratio: quare si infinita, impossibile est pertransire, quorum est demonstratio, hęc non sciemus per demonstrationem. Si igitur neque melius habemus ad ipsa quàm scire, non erit scire per demonstrationem simpliciter, sed ex suppositione. Logicè quidem igitur ex his utique aliquis credat: de eo quod dictum est. Analyticè autem manifestum est. Quòd hæc velocius, neque in sursum, neque in deorsum infinita prædicata contingit esse in demonstratiuis scientijs de quibus intentio est: demonstratio enim est ex his quæcunque ipsa quidem insunt secundum seipsa rebus: secundum ipsa verò dupliciter: quæcunque enim in illis sunt in eo, quod quid est, & in quibus ipsa sunt in eo, quod quid est insunt ipsis: vt in numerabili par, quod inest quidem numero, est autem in numerus in ratione ipsius: & iterum multitudo aut diuisibile, in ratione numeri: horum autem neutra contingit infinita esse, neque ut insint numeri. Iterum enim si impari aliud insit, aut ineat existenti: hoc si est primum numerus, est

si quæ insunt ipsi. Si igitur non contingit infinita huiusmodi esse in uno, neque in sursum neque infinita: at verò necesse est omnia inesse primo, ut numero, & in illis numerum: quare conuertibilia erunt, sed non excedentia. Neque tamen quæcunque sunt in eo quod quid est, neque hæc infinita sunt neque esset definire: quare si prædicata per se quidem omnia dicuntur, hæc autem non infinita sunt, stabunt utique in sursum, quare & in deorsum: si autem sic est, & quæ sunt in medio duorum terminorum sẽper sunt finita. Si verò hoc est: manifestum iam est, & demonstratio non quòd necesse est principia esse, & non omnium esse demonstrationẽ, quod quidem diximus quosdam dicere inxta principium: si enim principia sunt, non omnia sunt demonstrabilia, neque in infinitum possibile ire: esse enim horum quodlibet, nihil est aliud quam esse nullum spacium sine medio, & indiuisibile, sed omnia diuisibilia. Intus enim mittendo terminum, sed non assumendo, demonstratur, quod demonstratur: quare si hoc in infinitum contingit ire, contingit vtique duorũ terminorum infinita esse interius media: sed hoc impossibile est, si prædicationes steterint in superius, & in inferius: quòd autem stent, monstratum est logicè prius, analyticè verò nunc.

Argumentum in cap. 19.

Exijt, quæ dicta sunt, tria inferuntur. Primum est. nomen illud, quòd inest pluribus, & non uni per aliquod commune; quia esset pro infinitis, genus autem inest primis, & immediatis speciebus, & non uni per alterum, & tamen non

ineſt

ineſt per aliquod commune, vnde uerum eſt ſolum in paſſionibus. Secundum, cuiuslibet concluſionis demonſtrabilis tot ſunt elementa ſiue propoſitiones enuntiabiles immediatæ, quot ſunt media. Tertium, in nulla demonſtratione medium eſt extra extrema; nam in demonſtrationibus medium conuertitur cum extremis, uerũ ut reducamus propoſitiones mediatas ad immediatas, ſi ſint affir. neceſſe eſt capere aliquid, quod prius prædicetur de ſubiecto, quàm prædicetur illius propoſitionis: ſi negatiua, medium eſt capiendum, à quo prius remoueatur altera extremitatum.

Quo pacto mediatæ propoſitiones ad immediatas deduci poſſint. Cap. 19.

MOnſtratis autem his, manifeſtum eſt ſi aliquid idem inſit duobus, ut A & in C, & in D, non de prædicante altero de altero, aut nullo modo, aut non de omni: quod non ſemper ſecundum commune aliquid ineritut iſoſchele, & ſcaleno, æquales duobus rectis habere: ſecundum commune aliquid ineſt: ſecundum enim quod figura quædam ſunt, & non ſecũdum alterum. Hoc autem non ſemper ſic ſe habet. Sit enim B ſecundum quod A. in C & D, erit manifeſtum igitur, quòd B in C D ſecundum aliud commune eſt, & illud ſecundum alterum: quare dabũtur terminorum medij infiniti vtique incidentes termini, ſed hoc eſt impoſſibile. ſecundum igitur aliquid commune ineſſe, nõ neceſſe eſt ſemper idem pluribus, quoniam quidem erunt immediata ſpatia: In eodem tamen genere, & in eiſdem atomis neceſſe eſt terminos eſſe: ſi quidem iijs quæ per ſe ſunt, erit commune: non enim erat ex alio genere in aliud genus deſcendere, quæ

quæ demonſtrantur. Manifeſtum eſt autem quòd cum A in B ſit, ſi quidem eſt aliquid medium, eſt demonſtrare quod A in B ſit, & elementa huius ſunt hæc & tot, quot media ſunt: immediatæ enim propoſitiones ſunt elementa, aut omnes, aut ſimiles tales: ſi uero non eſt medium, nõ amplius erit demonſtratio, ſed in principia uia eſt hæc. Similiter autem erit & ſi A in B non ſit, ſi quidem enim aut medium eſt, aut prius cui non ineſt, erit demonſtratio. Si vero non ſit medium, non eſt demonſtratiõ, ſed principia, & elementa ſunt tot, quot ſunt termini: horũ enim propoſitiones, principia demonſtrationis ſunt: ſicut quædam principia ſunt indemonſtrabilia, quod ſit hoc illud, & quod ſit hoc in illo: ſic quòd non erit hoc illud, neque quod ſit hoc in illo. Quare hæc quidem eſſe aliquid, alia non eſſe aliquid, erunt principia. Cum ergo indigeat monſtrate aliquid, accipiendum quod de B prius prædicetur. Sic C, & de hoc ſimiliter A, & ſic ſemper enuntiũ nunquam extra, erit propoſitio, neque ſi eſſe ipſius A accipiatur ut demonſtretur, ſed ſemper medium deſinetur, quouſque indiuiſibilia fiant, & vnum: eſt autem unũ, cuius immediatum fiat: & vna propoſitio ſimplex eſt immediata: & quemadmodum in alijs vbique eſt, ſed in graui quidem vncia, in melodia autem diæſis, aliud autem in alio: ſic eſt in ſyllogiſmo vnum, propoſitio immediata: in demonſtratione autem, & ſcientia, intellectus. In cuiuslibet igitur ſyllogiſmis eius quod eſt, nihil cadit extra. Sed in priuatiuis, vbi quidem quod oportet eſſe, nihil cadit extra hoc: vt ſi A in B per C non ineſt: ſi enim in B quidem omni C,

est autem A in nullo C. Iterum si indigeat quod in C, A nullo sit: medium accipiendum est inter A & C: & sic semper procedet. Si vero indigeat monstrare quod D in E non sit, eo quod est C in D quidem omni, in E autem nullo, aut non in omni E: nunquam extra cadit: hoc autem est cui non oportet inesse. In tertio autem modo neque a quo oportet, neque quod oportet primi, nequaquam extra ibit.

Argumentum in cap. 20.

Cum demonstratio alia sit vniversalis, alia particularis, alia affir. alia neg. alia ostensiua, alia ad impossibile; primò dubitatur, vtrum demonstratio vniversalis sit potior particulari: secundò, an affir. potior negatiua. tertiò, an ostensiua, quàm ad impossibile. quò ad primum, demonstratio particularis videtur potior ob tres rationes. prima est, quia magis facit scire, quàm vniversalis; nam perfectius est scire in particulari: qui enim scit Coriscum esse musicum, scientiam habet maiorem de Coriseo, quàm qui scit hominem esse musicum, omisso quod particulare facit scire secundum quod ipsum. magis igitur facit scire. Secunda ratio est, particularia verius sunt, quàm vniversalia: nam vniversalia aut nihil sunt, aut posteriora. tertia, demonstratio vniversalis dat causam errandi, vt cum demonstratur hæc passio proportionaliter commutari de quantitate, datur occasio credendi, quod subiecto illi quantitas correspondeat aliquid, quod non sit linea, nec numerus, nec singularis quantitas. Sed particularis autem non dat occasionem errandi. Caeterum dicendum est demonstrationem vniversalem esse potiorem, quàm particularem: etenim quò ad primam sient demonstratio particularis demonstrat passionem

subiecti particularis secundum quod ipsum, vniversalis passionem subiecti vniversalis, de subiecto secundum quod ipsum, at, cum scire secundum quod ipsum sit verius, quàm non secundum quòd ipsum; demonstratio vniversalis magis facit scire. quò ad secundum, vniversale est magis ens, quàm particulare: nam quàm particularia supponunt, tam supponit vniversale. ad tertiam dicitur, quod propter demonstrationem vniversalem non oportet opinari vniversaliter, alia esse extra animam, sed terminos vniversales. vnde quòd vniversalis sit potior particulari, septem rationibus probatur, & prima est, demonstratio vniversalis facit scire propriâ passione de suo subiecto per se tantum propriâ, cui inest; sed particularis non: igitur vniversalis est potior particulari. secunda, vniversalis extendit vsque ad vltima, non particularis; vniversalis autem contingit quærere, quia passio inest subiecto quia perfectius est scire per vltima, vt patet in causa finali. velut si quæratur, cur venit ille ad forum? respondetur, vt argentum recipiat. cur? vt debitori reddat. cur vt iustè agat, hæc est vltima causa finalis, & formalis. Tertia ratio vniversalis, quæ facit scire est, quia prima subiecto minus accedit ad infinita, quàm particularia. vniversalis igitur potior est particulari, quia finita sunt magis scibilia, quàm infinita. Quarta, vniversalis facit scire vniversale, & particulare, sed particularis particulare. Quinta, vniversalis processit ex immediatis, & propinquioribus primis principijs, quàm particularis. Sexta vniversalis processit ex propositionibus, quàm particularis: prouenit enim ex vniversalibus, quæ faciunt scire particulare, & vniversale. Septima vniversalis processit per medium, quod est intelligibilius, & remotius a sensu, quàm particularis.

Quod demonstratio uniuersalis præstantior sit particulari. Cap. 20.

CVm autem sit omnis demõstratio, alia quidem vniuersalis, alia vero particularis, & hæc quidem cathegorica, illa vero priuatiua, dubitabitur qualis potior sit: similiter autem & de ea, quæ demonstrare dicitur, & deducenti ad impossibile demonstratione. Primum quidem igitur intendamus de vniuersali, & particulari, ostendentes autem hoc, & de ea quæ demonstrare dicitur, & quæ est ad impossibile, dicemus. Videbitur igitur fortassis vtique quibusdam sic intendentibus, quod particularis est potior: si enim secundum quam magis scimus demonstrationem, potior demonstratio est: hæc autem virtus demonstrationis, magis autem scimus vnumquodque cum ipsum cognoscimus secundum ipsum, quam secundum aliud: vt musicum Coriscum, quando cognoscemus, quod Coriscus musicus est, quia tunc quod homo musicus sit. Similiter autem & in aliis. Sed vniuersalis quoniam aliud, non quoniam ipsum fortasse demonstrat, vt quoniam isosceles habet tres angulos æquales duobus rectis, non quoniam isosceles, sed quoniam triangulus: sed particularis quoniam ipsum est: si igitur potior est quæ est secundum ipsum: huiusmodi autem est particularis, & vniuersali magis, & potior vtique secundum partem demonstratio erit. Amplius, si vniuersale quidem non est aliquid præter singularia, demonstratio autem opinionem conficit esse de qui: hoc de quo demonstrat, & quandam naturam esse hanc in ijs quæ sunt (vt triangulum quæ-

rę quosdam, & figuræ præter quasdam, & numeros præter quosdam numeros) potior autem est quę est de esse, quam de non esse, & propter quam etrabitur: est autem vniuersalis huiusmodi (procedentes enim demonstrant vniuersale quemadmodum de eo quod est proportionale vt quod sit tale: erit proportionale quod neque linea, neque numerus, neque solidum, neque planum est, sed præter hæc aliquid) si igitur vniuersalis magis hæc est, & de eo quidem quod est minus, vniuersalis quam particularis, & facit opinionem falsam: indignior vtique erit vniuersalis particulari. Et primum quidem nihil magis in vniuersali quàm in particulari altera ratio est: fit enim quod duobus rectis inest, non est secundum quod est isosceles, sed secundum quod triangulus est: cognoscens quoniam isosceles habet tres inquantum ipsum est, minus cognouit, quam cognoscens quoniam triangulus est triangulus, & postea monstrat, nunc erit vtique demonstratio: si vero sit cognoscens vnumquodque secundum quod vnumquodque est, magis cognouit. Si igitur triangulus in plus est, & ea ratio & non secundum æquiuocationem triangulus est, & ineſt omni triangulo quod est duobus rectis æquales habens: non vtique est triangulus inquantum isosceles sed isosceles secundum quod triangulus huiusmodi habens tres angulos. Quare vniuersaliter sciens magis cognouit secundum quod est, quam particulariter: potior est ergo vniuersalis, quam particularis. Amplius, si quidem sit quædam ratio vna, & non æquiuocatio: vniuersale erit vtique nil minus secundum partem quibusdam,

sed magis est, quantò incorruptibiliora sunt il-
lis: quæ vero secundum partem sunt corruptibi-
lia magis. Amplius, nec vna necessitas est opi-
nari aliquid esse hoc prater hæc, quoniam obti-
nent vnum nihil magis, quàm in alijs quæcun-
que non aliquid significant, sed aut quale, aut
ad aliquid, aut agere: si ergo, non demonstratio
causa est, sed audiens. Amplius, si demonstratio
est syllogismus demonstrativus qui sit causa &
propter quid, vniuersale magis causa: cui enim
per se inest aliquid, hoc idem ipsi causa est: vni-
uersale autem primum: causa ergo vniuersale
est, quare & demonstratio dignior est: magis
enim causæ est vniuersale, & eius quod pro-
pter quid est. Amplius, vsque ad hoc quæri-
mus propter quid: etenim tunc opinamur scire,
cum nō sit aliquid aliud quàm hoc aut quod
fiat, aut quod sit: finis enim & terminus vlti-
mus: iam sic est, vt cuius causa venit? vt accipiat
argentum. Hoc autem est quatenus recta
cui debuit. Hoc autem vt non infinitè agat, & sic
procedentes cum non sit amplius propter quid
nec alterius causa, propter hoc sicut propter fi-
nem dicimus venire & esse, & fieri, & tunc eā
scire maximè propter quid venit: si igitur se ha-
bet similiter & in omnibus causis, & quæ sunt
propter quid: in ijs autem quæcunque sic sunt
causæ, sicut quæ est eius causa sic scimus maxi-
mè: & in alijs igitur tunc maximè scimus, cum
non amplius sit hoc quoniam aliud est: cum
igitur cognoscimus quidem, quòd quatuor qui
extra sunt, æquales sunt, quoniam isosceles: si
adhuc deest propter quid isosceles? quia trian-
gulus: & hoc, quia est figura rectis lineis contē-
ta. Si autem hoc non amplius propter quid a-

liud, tunc maximè scimus: vniuersale est autem
hoc, vniuersalis igitur potior. Amplius, quan-
tocunque vtique magis secundùm partes est, in
infinita cadit: vniuersale autem in simplex, &
in finem: sunt autem secundùm quòd infinita
non scibilia, sed secundùm quod finita scibilia
sunt, secundum utique quod vniuersalia magis
scibilia sunt, quàm quæ sunt secundùm partem.
Demonstrabilia: ergo magis vniuersalia. De na-
tis demonstrabilibus autem, magis est demon-
stratio, simpl enim magis ad aliquid sunt: di-
gnior igitur vniuersalis est, quoniam quidem
& magis demonstratio est. Amplius, si magis
eligenda est secundum quam hoc & aliud, quā
hoc secundum quam hoc solum cognouit: vni-
uersale autem habens, cognouit particulare,
hoc autem, vniuersale non sciuit: quare & sic
magis eligenda erit vniuersalis. Am-
plius autem & sic. Vniuersale enim magis scire
est eo quod est per medium demonstrare, cùm
propius sit principio: proxime autem immedia-
tum est: hoc autem est principium. Si igitur
quæ ex principio est ea, quæ non ex principio,
quæ magis ex principio ea, quæ minus est, cer-
tior est demonstratio: est autem huiusmodi uni
uersalis magis, dignior utique erit vniuersalis:
oportet monstrare A de D, media autem
sunt in quibus est B C, magis autem sursum sit B
quam C, quare si per B magis est vniuersalis:
Sed eorum quæ dicta sunt, quædam Logica sūt.
Maximè autem manifestum est quòd vniuersa-
lis magis præcipua sit, quoniam propositionum
quidem hanc priorem habentes, scimus quo-
dammodo, & posteriorem & habemus potēsia:
si aliquis cognouerit quòd omnis triangulus

habeat tres duobus rectis æquales, sicuti quodammodo & quod isosceles duobus rectis potentia sit, & si non cognouit isoschelem quod triangulus sit: hanc autem habens propositionem, nullo modo uniuersale cognouit, neque potentia, neque actu. Et uniuersalis quidem intelligibilis est, sed particularis in sensu perficitur. Quod igitur uniuersalis dignior sit particulari, tot nobis dicta sint.

Argumentum in cap. 21.

Ad secundum dubium dicitur, quid demonstratiua affir. potior est negatiua, vt patet quinque rationibus. Prima affir. paucioribus indiget, quàm negat. quia affir. solum indiget affirmatiuis. neg. uero indiget affir. & neg. Secunda, affir. procedit ex affir. Sed affirmatiuæ potiores sunt negatiuis, nam affir. habet uim concludendi affir. & neg. neg. autem negatiuam solùm. Tertia neg. indiget affir. & non contrà. Quarta, principia demonstrationis affirm. sunt priora, & notiora principijs negatiuæ: nam esse potius est, quàm non esse. Quinta, illud est prius, a quo non conuertitur subsistendi consequentia, sed licet sequatur in demonstratione, est prop. neg. igitur est ab qua affirmatiua tamen sequitur contrà, ergo affir. prius est neg. ac præterea potior.

Quòd demonstratiua affirmatiua præstantior eadat negatiua, atque ad scientiam magis idonea sit. Cap. 21.

QVòd autẽ demonstratiua sit dignior priuatiua, hinc manifestum est: sit enim hæc demonstratio dignior (alijs eiidem existentibus)

sentibus) aut ex minoribus quæstionibus, aut suppositionibus, aut propositionibus. Si enim hæc sunt similiter velocius cognoscere p hæc erit: hoc autem appetibilius est. Ratio autem propositionis quòd melior sit ex minoribus, vniuersaliter est sic: si enim contingit similiter cognita esse media, priora autem notiora sunt. Sit autem per media demonstratio eorum, quæ sũt B C D quod A in E sit: altera autem demonstratio quod A in D sit per B C, similiter igitur se habet hoc quod A in D sit, & quod A in E sit: sed quod A in D sit prius est, & cognoscibilius, quã quod A in E: per hoc enim illud demonstratur: credibilius autem est per quod. Et quæ per pauciora demonstratio, potior, alijs eisdem existentibus: neque quidem per terminos tres, & propositiones duas monstrant: sed hæc quidem est aliquid accipit, illa uero & esse, & non esse aliquid: per plura itaque, quare indignior est. Amplius, quoniam ostensum est impossibile per vtramque priuatiuarum propositionum fieri syllogismum: sed oportere quidem huiusmodi esse vnam, aliam uero quoniam est. Amplius, præterea hoc oportet & hoc accipere, prædicatiuas enim augmentata demonstratione necesse est fieri plures, priuatiuas autem impossibile plures una in omni syllogismo esse. Sit enim in nullo esse A in quibus est B, in C autem omni sit. Si igitur opus est rursus augere vtrasque propositiones, medium injiciendum est: hujus quidem A B sit D, sed B C sit E: E igitur manifestum est prædicatiuum esse, sed D de B quidem prædicatiuum, A autem de D tanquam priuati, sumpsimus: D enim de omni B: sed A oportet in nullo D esse: sit ergo vna priuatiua propositio,

tio. Idem autem modus est, & in alijs syllogismis. semper enim medium prædicatiuorū terminorum, prædicatiuum in vtraque est, sed minorum, prædicatiuum in vtraque est, sed priuatiui in altera priuatiuum necesse est esse: quare hæc vna huiusmodi sit propositio, aliæ vero prædicatiuæ. Si igitur notius est per quod demonstratur, & credibilius, demonstratur autem priuatiua quidem per prædicatiuam, hæc autem per illam non demonstratur: prior ergo, & notior, & credibilior cum sit, melior itaque erit. Amplius, si principium syllogismi propositio uniuersalis sit immediata, est autem vt in monstratiua prædicatiua: in priuatiua autem, negatiua propositio uniuersalis, affirmatiua autem negatiua prior, & notior (per affirmatiuam enim negatiua nota) & prior affirmatiua est, sicut esse prius est non esse. Quare potius est principium monstratiuæ, quam priuatiuæ: dignioribus autem principijs utitur dignior. Adhuc principalior est: sine enim monstratiua non est priuatiua. Quòd quidem prædicatiua, priuatiua dignior sit, manifestum est.

Argumentum in cap. 22.

Ad vltimum dubium dicitur, quòd demonstratio ostensiua potior est demonstratione ad impossibile: siquidem ostensiua procedit ex duabus propositionibus veris, & necessarijs, ex quarum est ad impossibile proueniat ex opposito alterius propositionis: inferens cum vna vera ad falsam inferendam, ex cuius falsitate fit vera esse ad falsitatem illius propositionis, ex cuius falsitate infertur veritas conclusionis. Indebitè patet probatur, demonstratio ostensiua procedit ex prop. quæ se habent ad conclusionem, vt totum ad partem:

tem: ex vero, quæ est ad impossibile proueniat ex posterioribus secundum naturam, quia ostensiua est potior ea, quæ est ad impossibile.

Demonstrationem ostensiuam potiorem esse ea, quæ ducit ad incommodum. Caput. 22.

FIt ad impossibile ducente: oportet autem scire quæ differentia sit ipsarum. Si igitur A in nullo B, in C autem omni, B: necesse est in nullo C esse A: sic igitur acceptis, ostensiua priuatiua erit demonstratio, quoniam A in C non est, quæ vero est ad impossibile sic se habet, si opus est demonstrare quod A in B non sit: accipiendum est A esse in B, & B in C: quare accidit A in C esse. Hoc autem sit notum, & concessum quod ipsum est impossibile esse: non igitur possibile est A in B esse. Si ergo B in C concessum est inesse, A in B impossibile est esse: termini igitur similiter ordinantur. Differt autem quo, qualis sit notior priuatiua propositio: vtrū igitur quia A B non inest, an quia A C: cum igitur est conclusio notior quoniam non est, quod est impossibile, sit demonstratio: cum autem in syllogismo sit, demonstratiua est. Natura autem prior est, quæ est quod A in B non sit, quam A in C non sit: priora enim conclusione sunt, ex quibus est conclusio: est autem quæ est A in C non esse, conclusio: A autem in B ex quibus est conclusio. Non enim si contingit remoueri aliquid, hoc conclusio est, illa autem ex quibus sunt: sed hoc quidem ex quo syllogismus est, vbique sic se habet, vt aut sicut totum ad partē, aut ut pars ad totum se habet: sed quæ sunt A

C, & A B propositiones, non sic se habent ad intellectum. Si igitur ex dignioribus, & credibilioribus dignior est: sunt autem utræque ex non esse aliquid, credibiles, sed hæc quidem ex posteriori, illa uerò ex posteriori: potior utique simpliciter erit ea, quæ est ad impossibile, propria demonstratio: quare & hæc dignior prædicatiua. Manifestum est ergo quod & ea quæ est ad impossibile, potior est.

Argumentum in cap. 22.

Et quemadmodum una demonstratio altera potior est, sic una scientia potest dici certior altera subalternata. Primò illa est certior, quæ facit scire, quia alia, & propter quid, de conclusione, quam illa, quæ facit solum scire, quia est. Secundò illa, quæ est de non subiecto, hoc est de subiecto non contracto certior est illa, quæ est de subiecto concreto, ut arithmetica est certior harmonica. Tertiò illa, quæ est de subiecto, in cuius ratione pauciora ineluduntur, est certior, quam alia, in qua plura, ut arithmetica, quæ est de unitate certior est geometria, quæ est de puncto, punctum enim addit ad unitatem, nam habet positionem in circumscribendo, sed una scientia est quæ est unius generis subiecti, quod habet species, passiones, & principia diuersa autem, quorum sunt diuersa principia: non oportet omnes propositiones mediatas ad immediatas reduci, sed ea reducuntur ad subiectum attributionis sub illo ponitur subiecto scientia dicitur una, quod autem plures demonstrationes ad eandem spectent scientiam, patet: eadem enim conclusio potest demonstrari per diuersa media subordinata, & eisdem non subordinatis ut hæc, lætans transmutatur, potest sic demonstrari omne mouens transmutatur: sed lætans est mouens

ergo lætans transmutatur: ergo sic. Omne quiescens transmutatur: sed lætans est quiescens: ergo lætans transmutatur. Ad eandem igitur scientiam possunt plures demonstrationes pertinere.

Quæ scientia certior, quæ una, quæ altera: & quod eiusdem plures esse possint demonstrationes. Caput. 23.

CErtior autem est scientia, scientia & prior quæ ipsius quia, & propter quid eadem est quam non, extra eam quæ est propter quid. Et quæ non est de subiecto, ea quę est de subiecto; vt arithmetica, harmonica. Et quæ est ex minoribus, ea quę ex appositione: ut arithmetica, geometria: dico autem ex additione, vt vnitas substantia est sine positione. punctum autem substantia posita: hoc autem ex appositione. Vna autem scientia est, quæ est vnius generis, quæcunque ex primis componitur, & partes sunt eius passiones horum, quæ sunt per se. Altera autem scientia est ab altera, quarumcunque principia neq; ex eisdem, neque ex alteris sunt. Signum autem est signum, cum indemonstrabilia cognoscuntur oportet enim in eodem genere esse cum iis quæ demonstrantur: signum autem est de huiusmodi, cum demonstrabilia per ipsa in eodem genere sunt, & proxima. Plures autem demonstrationes eiusdem possibile est esse, non solum ex eodem ordine accipiendi non continuum medium (vt eorum quæ sunt A B, C & D & E) sed ex altero: ut sit A trãsmutari, in quo autem B moueri, sed lætari sit in quo B, & iterum E quiescere: verum igitur est & D de F, & A de D prædicari: lætans enim mouetur, & quod mouetur

tur transmutatur: iterum A de E, & E de F, verum prædicari: omnis enim lætans quiescit & quiescens transmutatur: quare per alterum media, & non ex eodem ordine syllogismus est: non tamen est neutrum de neutro dici medium. Necesse est enim idem E alicui utique inesse: intendere autem est per alias figuras, quot modis contingit eiusdem fieri syllogismum.

Argumentum in cap. 24.

Verum eorum, quæ sunt à casu, & fortuna, non est scientia, quoniam omnis demonstratio est de necessario: & casualia, & fortuita sunt contingentia. Deinde per sensum non potest haberi scientia: est enim scientia de vniuersalibus, quæ sunt vbique, & semper: sensus de his, quæ sunt hic, & nunc. Secunda scientia est cognitio propter quid conclusionis, quæ non potest haberi a sensu: nam si quis esset supra Lunam, & videret terram interpositam inter Solem, et Lunam, sol hoc quæreret propter quid vniuersaliter Lunæ eclipsatur. Tertio vniuersale est honorabilius, quàm singulare. Vnde vniuersale est prima causa posteriorum in singularibus. non est tamen negandum, quod sensus non requiratur ad scientiam, sed quod sensitiua non est notitia sensitiua, itaque sensus aliquo modo ordinatur ad scientiam: quoniam de quibusdam quærimus propter quid, quæ si videremus, non quæreremus vt, si videremus poros, qui sunt in vitro, non quæreremus propter quid vitrum est transparens.

Non esse scientiam fortuitorum, neque in sensum functione. Cap. 24.

Sed eius quòd est à fortuna non est scientia per demonstrationem. Neque enim sicut necessarium, neque sicut frequenter quod est à fortuna, sed extra hoc fit: sed demonstratio alterius horum. Omnis enim syllogismus aut per necessarias, aut per eas quæ sunt tanquam frequenter propositiones: & siquidem propositiones necessariæ sunt, & conclusio erit necessaria: si uerò sint sicut frequenter: & conclusio huiusmodi. Quare si id quod est à fortuna, neque est sicut frequenter, neque necessarium: neque vtique erit ipsius demonstratio. Neque per sensum est scire: si enim est sensus talis huius: & non huius alicuius: sed sentire hoc aliquid est necesse, & ubi, & nunc. Vniuersale autem: quod est in omnibus, impossibile est sentire: neque enim hoc aliquid est, neque nunc, neque vbi, neque enim vtique esset uniuersale: quod enim semper est, & vbique vniuersale dicimus esse: quoniam igitur demonstrationes vniuersales sunt, hæc autem non est sentire, manifestum est quod neque scire per sensum. Sed manifestum quoniam si esset sentire triangulum, quod duobus rectis haberet æquales angulos: quæreremus utique demonstrationem, & non sicut quidam fatentur, sciremus. sentire enim necesse est singulariter: scientia autem est in cognoscendo uniuersale. Vnde & si super lunam essemus, & videremus obiectam terram, non vtique sciremus causam defectus: sentiremus enim quoniam deficeret, sed

non

non propter quid omnino: non enim uniuersalis sensus, sed ex considerare hoc multories accidere vniuersale venantes, demonstrationem habemus: ex singularibus enim pluribus vniuersale, manifestum est. Vniuersale autem honorabile, quoniam ostendit causam: quare de huiusmodi vniuersalis honorabilior est sensibus & cognitione quorumcunque altera causa est: sed de primis alia ratio est. Manifestum igitur est quod impossibile sit sentiendo scire aliquid demonstratorum: nisi aliquis dicat sentire scientiam habere per demonstrationem. Sunt tamen quædam reducta ad sensus defectum in propositis: quædam enim si videremus, non utique quæreremus. Sed non tanquam scientes in uidendo, sed tanquam habentes vniuersale ex eo quod videmus: vt si vitrum foraminatum videremus, & lumen pertranziens, manifestum vtique erit & propter quid illuminat, propter id quod videremus quidè seorsum in unoquoque: intelligere autem simul est, quoniã in omnibus sic est.

Argumentum, in cap. 25.

Sed impossibile est omnium syl. eadem esse principia: nã syl. alix sunt veri, alix falsi. 2° verorum principia sunt vera, at falsorum falsa. Secundò conclusiones falsæ possunt esse contrariæ inter se. Sed conclusionum contrariarum princ. sunt contraria. Tertiò diuersorum generum diuersa sunt principia. Sed multi sunt syl. de diuersis generibus. Quartò si omnium syl. verorum eadem essent princ. id verum esset de princ. communibus. Sed hæc sunt diuersa in eo, quòd cognoscuntur syl. falsi. 5 in diuersis scientijs: nam non ingrediuntur in

in demonstrationem, nisi sint propria ad certum genus. Quintò princ. non sunt multæ minoræ conclusionibus, sed conclusiones diuersæ: ergo & princ. Sextò princ. alia sunt necessaria, alia contingentia 5 non igitur omnium syl. eadem sunt princ. Septimò geometriæ, & medicinæ diuersa sunt princ. sed quoniam conclusionum eadem essent princ. ex singulis princ. demonstraretur quælibet conclusio.

Non omnium syllogismorum eadem principia esse posse. Cap. 25.

Eadem aũt esse principia omnium syllogismorum impossibile est: primum quidem his qui speculantibus: hic enim veri sunt syllogismi, alij autem falsi. Et si enim sit verum ex falsis syllogizare, sed semel hoc fit: vt si A de C verum sit, medium autem B falsum: neque enim A in B, neque B in C: sed si harum media accipiantur propositionum, falsæ erunt: ex eo quod omnis conclusio falsa ex falsis est, vera autem ex veris: altera autem sunt vera & falsa. Postea neque falsa ex eisdem sunt: est enim falsa admixtum, & contraria, & impossibilis simul esse: vt iustitiam esse iniustitiam, aut timorem audaciam, aut hominem equum, aut bouem, aut æquale, maius & minus. Ex oppositis autem sic est, neque enim verorum eadem principia omnium sunt: altera enim multorum generum principia sunt, & neque conueniunt: vt veritates punctis non conueniunt: hæc enim non habent positionem, illa autem habent. Necesse autem est, aut in media conuenire, aut in sursum, aut deorsum, aut hos interim habere, illos autem extrinsecus terminorum. Sed neq; com-

munium principiorum possunt esse aliqua, ex quibus omnia demonstrabuntur: dico autem communia, vt omne affirmare, aut negare: genera enim eorum quæ sunt, altera sunt, & alia quidem in quantitatibus, alia vero in qualitatibus sunt solum, cum quibus demonstrantur per communia. Amplius, principia non multo minora sunt conclusionibus: principia enim propositiones sunt, propositiones autem assumptæ termini, aut immissi termini sunt. Adhuc conclusiones sunt infinitæ, & termini autem finiti. Amplius, principia hæc quidem ex necessitate, illa contingentia. Sic igitur considerantibus impossibile est eadem principia esse, aut finita cum infinitæ sint conclusiones. Si vero aliter quodammodo dicat quis, quòd hæc quidem geometriæ, illa vero numerorum, illa autem medicinæ: quid vtique erit aliud quod dicitur, nisi quod sunt principia scientiarum diuersa? Idem eadem dicere derisio est, quoniam eadem eidem eadem eadem erunt: omnia namque sic fient eidem eadem. At vero neque, quod est ex omnibus demonstrare quodlibet, est quærere omnium eadem principia: multum enim insipiens est. Neque enim in manifestis doctrinis hoc fit, neque in resolutione hoc est possibile: immediatæ enim propositiones sunt principia: altera autem conclusio fit accepta propositione immediata. Si autem dicat aliquis primas immediatas propositiones eadem esse principia: vna in vnoquoque genere est. Si vero neque ex omnibus magis est demonstrari contingit quodlibet, neque sic ex altero tanquam, erunt vtriusque principia altera: relinquitur quod proxima sint principia omnium, & ex his quidem hæc, ex illis autem illa. Manifestum autem, & hoc est, quoniam non contingit: monstratum est enim quod altera principia genere sunt differentium genere. Principia enim duplicia sunt, ex quibus, & circa quod. ex quibus quidem igitur, communia sunt: quæ autem sunt circa quod, propria sunt, vt numerus, magnitudo.

Argumentum in Cap. 26.

Verum pro comparatione scientiæ ad alios habitus [illegible] *ponuntur duæ conclusiones. Prima est, scientia, & scibile differunt ab opinabili, & opinione: scientia enim est vniuersalium, & necessariorum, opinio autem contingentium aliter se habere. Secunda, intellectus differt à scientia, & opinione; quoniam intellectus est propo. indemonstrabilium, scientia, & opinio non item: & scientia sunt circa necessaria, & opinio est, possibilium aliter se habere. Sed de his dubitare primo, vtrum idem possit sciri, & opinari; quam aliquis scit per demonstrationem id, quod potest esse dubitare, & opinari. Secundo cur scientia non sit opinio? non est autem: quoniam, si haberemus medium conclusionis per medium necessarium haberemus scientiam; sed habemus per medium contingens: ergo de habemus opinionem. Sed ad primum dicimus quod eiusdem aliquo modo est scientia, & opinio, nempe tanquam scibilis, & opinabilis remotissimi. Sed eiusdem non potest esse scientia, & opinio tanquam scibilis propinqui. Quo circa comparatio scientiæ ad alios habitus attinet ad Philosophum moralem.*

Quòd scientia, & scibile, ab opinatione, & opinabili discrepent. Cap. 26.

SCibile autem, & scientia differunt ab opinabili, & opinione: quoniam scientia vniuersalis, & perneceſſaria eſt: neceſſarium autem non contingit aliter ſe habere. Sunt autem quædam vera, quæ cõtingit aliter ſe habere: manifeſtum eſt igitur, quod circa hæc, ſcientia non eſt, eſſent enim vtique impoſſibilia aliter ſe habere. At verò neque intellectus: dico enim intellectus principium eſſe ſcientiæ, neque ſcientia demonſtrabilis: hæc autem eſt acceptio immediatæ propoſitionis: verus enim eſt intellectus & ſcientia, & opinio: & quid per hæc dicitur. Quare relinquitur opinionem eſſe circa verum quidem, aut falſum: contingens autem eſt & aliter ſe habere. Hoc autem eſt acceptio immediatæ propoſitionis, & non neceſſariæ. Certum autem eſt ſic apparentibus: opinio ei incertum eſt: & natura huiuſmodi eſt. Adhuc autem nullus arbitratur opinari, cum opinetur impoſſibile aliter ſe habere, ſed ſcire: ſed quando eſſe quidem ſit, ſed tamen aliter, nihil prohibet, & tunc opinari, tanquam huiuſmodi quidem opinionem eſſe, neceſſariam autem ſcientiam.

Quomodo eſt igitur non idem opinari, & ſcire? & quare non erit opinio ſcientia, ſi quis poſuerit omne quod ſcit contingere opinarit? conſequitur enim hic quidem ſciens, ille nero opinans per media, quouſque ad immediata veniat: quare ſi ille quidem ſciuit, & opinans ſimiliter: ſicut enim & quia opinari, & propter quid hoc autem medium eſt. An ſi quis ſic arbitretur

tur non contingentia aliter ſe habere, ſicut ſe habent definitiones, per quas ſunt demonſtrationes: non opinabitur, ſed ſciet: ſi autem vera quidem eſſe, non tamen hæc ipſis ineſſe ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum ſpeciem, opinabitur, & non ſciet verè: & quia & propter quid, ſi quidem per immediata opinabitur: ſi verò non per immediata opinabitur, ſolum ipſum quia opinabitur. Eiuſdem autem opinio, & ſcientia non penitus eſt: ſed ſicut vera, & falſa eiuſdem quodammodo eſt, ſic & ſcientia & opinio dicunt quidam eiuſdem eſſe, inconuenientia accidit, appetere aliaque & non opinari quæ opinamur falsè. Quoniam autem idem multipliciter dicitur eſt aũt ſicut contingit, eſt aũt vt non cõmenſurabilem enim diametrum eſſe verè, opinari inconueniens eſt: ſed quod diameter (circa quam ſunt opiniones) idem: ſic eiuſdem eſt, ſed quod quid erat eſſe, vnicuique ſecundum rationem non eſt idem. Similiter autem & ſcientia, & opinio eiuſdem eſt: hæc enim ſic animalis eſt, quod non eſt contingere non eſſe animal, ſed illa quidem quæ eſt cõtingere: vt ſi hæc quidem quod hominis quidem eſt, illi verò hominiquidem, non autem quod quidem hominis eſt: idem enim eſt: quia homo: hoc autem ſicut non idem. Manifeſtum autem ex his eſt, quod neque opinari ſimul idem, & ſcire contingit: ſimul enim haberet vtique opinionem aliter haberet vtique opinionem aliter habendi, & non aliter idem quod quidem non contingit: in alio enim vnumquodque eſſe contingit eiuſdem, ſicut diſtã eſt: ſed in eodem nihil ſic poteſt eſſe, haberet enim opinionem ſimul, vt quod homo eſſet ſecundum quod eſt animal: hoc enim fuc-

sit non contingere esse non animal: & non secundum quod animal: hoc enim sicut contingere. Reliqua autem quomodo oportet distribuere in rationem, & intellectum, & scientiam, & artem, & prudentiam, & sapientiam: hæc quidem Physicę est, illa vero Ethicæ speculationis magis.

Argumentum in cap. 27.

Solertia autem est quædam subtilitas inuentionis medium in non perfecto tempore, & confert ad demonstrationem, qui procedit per ultimas causas: quam qui cognouit causas medias, facile cognoscit ultimas. Solertiam autem declarat Aristo tribus exemplis. Primum est: aliquis videns lunam semper esse lumine solis uersus solem, statim intelligit propter quid hoc est, quia illuminatur à sole. Secundo si aliquis uidet diuitem disputantem cum paupere, & statim intelligat id contigisse, quoniam diues mutuo dedit pecuniam pauperi, quam non recepit, talis dicitur solers. Tertio si quis uidens duos inimicos, qui facti sint amici, si statim intelligat, quod id euenit, quoniam facti sunt inimici alicuius tertij, is dicitur solers.

De solertia. Cap. 27.

SOlertia autem, est subtilitas quædam in non perfecto tempore medij. Vt si aliquis videns quod luna splendorem semper habet ad solem statim intellexit propter quid hoc sit, quia propter id quod illustratur à sole: aut disputantem cum diuite, cognouit quoniam commodatū ei dedit, aut propter id quod amici sunt, quia inimici erant eidem

dem sunt. Omnes enim causas medias vides cognouit & vltima splēdidum esse ad solem, sit in quo A lucere à sole A, luna C. in est igitur lunæ quidem ipsi C, B, quod quidem est lucere à sole ipsi autem B, A quod est ad hoc esse splendidum, à quo splendet: quare & ipsi C inest A per B.

ARISTOTELIS POSTERIORVM resolutoriorum

LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

De quatuor medij quæstis, si est, quid est, quia est, & propter quid. Quomodo quid est monstretur, ac ad demonstrationem se habeat. Definitionem esse per causam. De diuisione causarum, & quæ mutuo concurrant, & quæ non, & quomodo singularum possit esse demonstratio. De compositione definitionis ex suis partibus, & quando sunt ignotæ quo pacto veniantur. Pariter quomodo causæ inueniantur. Postremo de cognitione, ac differentia principiorum indemonstrabilium.

Argumentum in cap. 1.

Tractat Arist. de quæstionibus verè scibilibus. Has æquales sunt numero his, quæ verè scimus. Sed quatuor scimus, si est, quid est, quia est, & propter quid est. itaque quatuor sunt quæstiones. Sed quæstio si est, & quia est differt; quoniam si est, quærit de esse simpliciter, non autem quia est.

In disciplinis quatuor quæri solent, & hæc omnia medij quæsita sunt: Et quid sit huius libri propositum.

Cap. 1.

QVæstiones æquales sunt numero ijs quæcunque vere scimus. Quærimus autem quatuor: quia, propter quid, si est, & quid est. Cum enim vtrum hoc insit, aut hoc non insit, aut quærimus, in numerũ ponentes vt vtrum sol deficiat, aut non ipsum quia quærimus. Signum autem huius: inuenientes enim quia deficit, pausamus: & si in principio sciremus quia deficeret, non quæreremus vtrum. Cũ autem sciamus ipsum quia, ipsum propter quid quærimus, vt scientes quia deficit sol, & quia mouetur terra: & propter quid deficit, & propter quid terra mouetur: quærimus hæc qdem per se. Quædam autem alio modo quærimus: vt si est, aut non est Centaurus, aut Deus: hoc autẽ dico si est, aut non est, simpliciter dico: sed non si albus est, aut non. cognoscentes autem quoniam est, quid est quærimus, vt quid igitur est Deus, aut quid est homo. Quæ quidem igitur quærimus & quæ inuenientes scimus: hæc & tot sunt.

Argumentum, in cap. 2.

Vnde omnis quæstio quærit, si medium est? vnius omnis quæstio quærit se est medium, aut quid est medium. Nam primò quærimus quia est, aut si est simpliciter, aut in parte; vt, vtrum Luna sit, aut nox, vel Luna deficiat, vel augeatur, & tunc quæritur si est medium.

dium. Sed, cum quæritur quid est, aut propter quid est, quæritur quid est medium: ambæ enim quæstiones quid est medium: aut quid Eclypsis lunæ? est defectus luminis ob interpositionem terræ inter solem, & lunam, & propter quid est Eclypsis lunæ? propter interpositionem terræ inter solem, & lunam. itaque omnis quæstio est quæstio medij; si quidem omnis quæstio est eius, quo inuento cessat omnis dubitatio. est autem medium inuento; nam si quis tempore Eclypsis deret lunam eclypsari ob terram interpositam, quæreret utrum luna eclypsetur, aut propter quid eclypsatur: & quamquam per totum notitiam sensus non potest habere scientiam: nam ex partibus sapientiis colligitur totum uniuersale.

Omnem quæstionem medij esse.
Cap. 2.

QVærimus autem, cùm quærimus quia est, aut si est simpliciter, vtrum sit medium quid, aut non: cum autem cognouerimus aut quia est, aut si est, aut in parte, aut simpliciter, iterum propter quid quærimus, aut quid est: & cùm quærimus quid sit medium. Dico autem quia est, si est, aut in parte, aut simpliciter: in parte quidem vt vtrum deficit luna, aut augeatur: si enim est aliquid, aut non est aliquid in huiusmodi quarum: simpliciter autem, si est, aut non est luna, aut nox. Contingit itaque in omnibus quærere, aut si est medium, aut quid est medium causa enim, est medium: in omnibus autem hæc quæritur, vt vtrum deficit, luna vel non trum est aliqua causa aut non, post hæc cognoscentes quia est aliqua, quid igitur hæc sit, quærimus. Causa enim ipsius esse non hoc: aut hoc

sed simpliciter subsantiam, aut non simpliciter, sed aliquid eorum quæ sunt per se, aut secundum accidens medium est. Dico autem simpliciter quidem subiectum: vt lunam, aut terram, aut solem aut triangulum: quid autem esse defectum, æqualitatem, aut inæqualitatem: si in me dio sit aut non. in omnibus enim his manifestum est quod idem sit quod quid est, & propter quid est. Vt quid est defectus? priuatio luminis à luna a terra obiecta. Propter quid est defectus, aut propter quid deficit luna? propter defectum luminis obiecta terra. Quid est consonantia? ratio numerorum in acuto, & graui: & propter quid consonant acutum graui? propterea quod ratio habet numerorum & graue & acutū. Vtrū est consonare acutum & graue? Vtrum sit in numeris ratio eorum? Accipientes autem quia est, quid igitur est ratio quærimus. Quòd autem sit medij quæstio ostenditur quandoquidem sensibile: quæcumque enim non sentimus, vt de defectu si est. Si vero esemus super lunam, non vtique quæreremus, neque si esset, neque propter quid sit, sed simul manifestum esset vtrumque, ex eo enim quod sentimus, & vniuersale factum est nobis notum. Sentimus enim quod nunc obijcitur, & manifestum est quod nunc deficit: ex his autem vniuersale factum est. Sicut igitur diximus, quod quid est scire idem est, & propter quid est hoc autem aut est simpliciter, & non eorum quæ sunt aliqui l est, aut quæ insunt vt quoniam maius, aut minus recti sunt aut quoniam maius, aut minus. Quod igitur omnia quæ quæruntur medij sunt, manifestum est.

Argu-

Argumentum, in cap. 3.

Vt cognoscamus, quo pacto, quid quid est possit sciri de definito, scribit Aristo. Huius conclusionis, earum prima est Non cuiuslibet est definitio, cuius est demonstratio: eorum enim est demonstratio, quæque universaliter, neque affirmatiuè dicuntur. Solorum non est def. cum ea prædicentur de definitis universaliter, et affirmatiuè: deinde in omni hac materia prima figura prater primum, uel secundum modum tertiæ particulariter, & particularium non est definitio. Tertia quoniam aliquid scitur per demonstrationem, quod non potest sciri per def. & contra. tandem substantiæ, & incomplexorum est def. & multorum aliorum est demonstratio: non igitur omnis est demonstratio, cuius est defi. nam solius substantiæ est definitio, non demonstratio, & illud, quod natum est sciri per demonstrationem sciretur sine demonstratione. Quarta sequens est falsum. ac præterea def. sunt principia demonstrationum, quæ sunt in demonstrabili, aliàs ire in infinitum. Tertia conclusio. Eiusdem non est definitio, & demon. def. enim est terminorum de prædicamento substantiæ, & demonstratio conclusio & medius quid est. Deinde in demonstratione est eadem ratio de aliquo, non in def. ut non animal de bipede propria figura de plano. Præterea differt scire quid est, & quia est. Sed defi. facit scire quid est, & demonstratio quia est. Quarta conclu. defi. & demonstratio differunt.

Disceptatio quod demonstratio, & definitio non eiusdem sint.
Cap. 3.

QVomodo autè quod quid est demõstratur, & quis modus introductionis, & qd est definitio, & quorũ, dicemus primũ opportunè de ipsis. Principium autem sit futurorum quod quidem sit maxime proprium habitis ratiocinium. Dubitabit autem aliquis, vtrum sit idẽ & secundum idem definitione scire, & demonstratione scire, aut sit impossibile. Definitio.n. ipsius quod quid est esse videtur: quod autem quid est omne vniuersale, & prædicatorum est: syllogismi autem sunt, alij quidem priuatiui, alij vero non vniuersales: sicut in secunda figura priuatiui omnes sunt, in tertia vero non vniuersales. Posteà neque eorum quæ in prima figura prædicatiuorum omnium est definitio: vt quoniam omnis triangulus tres duobus rectis habet æquales. Huius autem ratio est, quoniam scire, demonstrabile est demonstrationem habere, quare si in talibus est demonstratio est, manifestum quod non vtique erit eorum definitio. Sciet enim vtique aliquis & secundum definitionem, non habens demonstrationem: nihil enim prohibet non simul habere, sufficit autem fides ex inductione. nihil enim definientes aliquando cognoscemus, neque eorum, quæ per se sunt, neque quæ secundum accidens. Amplius, si definitio substantiæ quædam cognitio est: huiusmodi manifestum est quod non sint substantiæ: quoniam quidem igitur nõ est definitio omnis cuius est demonstratio, manifestũ est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

est. Quid autem cuius est definitio: nunquid est demonstratio est aut non? vna quidem ita ratio, & de hoc eadem est: vnius enim inquantum vnum, est vna scientia: quare si vtique: sed demonstrabile est demonstrationem habere, sicut quoddã impossibile: definitionem autem habens sine demonstratione sciens. Amplius. Principia demonstrationum sunt definitiones, quorum non esse demonstrationes manifestum est prius: aut enim erunt principia demonstrabilia & principiorũ principia, & hoc in infinitum abibit: aut primæ definitiones erunt indemõstrabiles. Sed vtrum sit non omnis cuiuslibet, sed alicuius eiusdem sit definitio, & demonstratio an impossibile sit: non enim eiusdem demonstratio, cuius est definitio: definitio quidem ipsius quid est, & substantiæ est, sed demonstrationes omnes videntur supponere, & accipere quod quid est: vt mathematicæ quid vnitas, & quid impar, & similiter aliæ. Amplius. Omnis demonstratio aliquid de aliquo monstrat, vt vnum est, aut non est: in definitione autem nihil horum de altero prædicatur: vt neque quod animal de bipede neque hoc de animali, neque de plano figura, neque enim est planum figura neque figura planum. Amplius, alterũ quod est, & quia monstrare: definitio enim quid est ostendit: sed demonstratio quia est hoc de hoc aut non est. Alterius autem altera demonstratio est, nisi sit tanquam pars quædã totius. Dico autem dico quod ostensum est duobus rectis æquales habere deorsichele, si omnis ostensum est triangulus, pars enim hoc est: illud commune autem adinuicem non se se habent sicut quia est, & quid est: non enim alterum est alterius

ius pars. Manifestum itaque quoniam neque cuius definitio, omnis huius demonstratio: neque cuius omnis sit demonstratio, & huius omnis sit definitio, quare omnino eiusdem nullius contingit vtraque habere. Manifestum est itaque quod neque definitio, & demonstratio, ne quæ idem erunt, neqs alterum in altero: & nam quæ subiecta similiter se haberent. Hæc ergo quoniq; huc addubitata sunt.

Argumentum in Cap. 4.

Quinta, quid est non potest demonstrari de eo, cuius est ratio, quod quid est per syl. reduplicativum ad cuius probationem quatuor supponuntur. Primum, omnis demonstratio ostendit aliquid de aliquo per medium. Secundum, quod quid est est proprium illius cuius est. Tertium, quod quid est modos recipit de quibus est, in eo quod quid est. Quartum, quod quid est connititur cum eo, cuius est. Et rursum quod quid est non potest demonstrari per syl. reduplicativum, propterquoniam vel propositiones essent sine reduplicatione unde non sequeretur conclu. reduplicativa, vel essent reduplicationes, & fieret petitio prin. cum in maiore præsumitur de se de definito, cum hæc reduplicatio in eo quod quid est, vt omnis numerus se ipsum mouens est causa mouendi in eo quod quid est. Sed omnis numerus se ipsum mouens in eo quod quid est, habilis est causa mouendi, in eo quod quid est. Petitio principii: nã minores, quoniam cum sit una tantum quid dicat, quod assumitur, deberet probari.

Sylle-

Syllogismo duplicante similiter & per diuisionem confecto, non demonstrari quid est, de eo cuius est. Cap. 4.

IPsius autem quid est utrum syllogismus sit, & demonstratio aut non, sicut nunc ratio suppo-suit. Syllogismus enim aliquid de aliquo monstrat per medium: sed quid est, & proprium quid est, & in eo quod quid est prædicatur: hoc autem necesse est couerti. Si enim ipsi C, proprium est A: manifestum quod & ipsi B: & hoc ipsi C; quare omnia sunt adinuicem: at uero & B A in eo quod quid est omni B inest, & vniuersaliter de omni C, in eo quod quid est dicitur, necesse est A in eo quod quid est de C dici: si uero non sic accipit aliquis duplicans, non necesse erit A in eo quod quid est prædicari de C: sed si A de B in eo quod quid est, non autem B de quocunque in eo quod quid est: ipsum autem quid est utique habebit: de hoc erit utique & B de C in eo quod quid est. Si igitur, quod quid est & quod erat esse utraque habent, in medio termino erit prius quod quid erat esse & omnino si est monstrare quid est homo, sit C homo, A uero quid est, siue animal bipes, siue aliquid aliud: ergo syllogizatur A B C, necesse est A de omni B prædicari: huius autem erit alia media ratio quare & hoc erit quod quid est homo: accipiatur igitur quod oportet ostendere, etenim B est quid est hominis. Oportet autem in duabus propositionibus, & primis, & immediatis concludere: maxime enim manifestum quod dictum fit. Per conuertionem quidem igitur monstrantes quid est anima, aut quid est homo, aut aliud quodlibet eorum quæ sunt, quod est ex principio petunt: ut si quis putet animam esse eandem sibi causam viuendi, hoc autem numerum eundem seipsum mouentem, necesse est enim petere, animam hoc esse quod numerum esse se ipsum mouentem sic sicut idem. Non enim si consequitur A, B, & hoc, C: erit in ipso C, A quod erat esse: sed verum erit dicere C solum. Neque si est A quod quid est, & de B prædicatur omni: & nanque animalis esse, prædicatur de hominis esse: verum enim est de omni hominis esse, animalis esse, sicut & de omni homine, animal: sed non sic sicut vnum esse. Si quidem igitur non sic accipiat, non syllogizatur quod A sit in C, quod quid erat esse, & substantia: si uero sic accipiat, prius erit accipiens in C, quod iam est, quod quid erat esse B: quare non demonstratum est: quod enim erat in principio accepit.

Argumentum in cap. 5.

Sexta conclu. est, quod quid est non est demonstrabile de eo, cuius est in eo quod quid est per syl. diuisionem: ex enim non potest concludi quod quid est. unde nec diuisio sufficiens: vt, si quis probet, quid homo est animal quia est animatus, vel inanimatus. sed non quia animatus, igitur est animal. conclu. non sequitur, nisi diuisio concedatur bona. deinde licet per definitionem apte ostendi quod quid est; non tamen in eo quod quid est, cum in diuisione possit aliquid apponi, quod non est necessarium, aut auferri quod est necessarium.

Neque idem effici posse per diuisionem syllogismo. Cap. 5.

AT verò neque per diuisionem via est syllogizare, sicut in resolutione circa figuras dictum est. Nequaquam enim necesse sit rem illam esse, cum hæc sint, sed sicut neque inducens demonstrat: non enim oportet conclusionem intelligere, neque in concedendo esse, sed necesse esse cum sint illa: & si non dicat respondes, quia homo animal est, aut inanimatum? postea accepit animal, non syllogizat: iterum omne animal, aut gressibile aut aquaticum, accipit gressibile, & hominem esse totū animal gressibile, non necesse erit ex dictis, sed accipit & hoc: dicere autem nihil in multis, aut in paucis sic dicere idem enim est. Non syllogisticus quidem igitur & vsus sit sic procedentibus: & de contingentibus syllogizari. Quid enim prohibet & hoc verum quidem omne esse de homine, non tamen quid est neque quod quid erat esse ostendere. Amplius quid prohibet aut apponere aliquid aut auferre, aut excellere substantiasi hæc quidem igitur dimittuntur. Contingit autem solere in accipiendo in eo quod quid est omnia. & quod est consequenter diuisionem facere quæsitum prius, & nihil relinquere: hoc autē necessarium est, si omne in diuisionem cadit, & nihil relinquit: indiuiduum enim specie oportet esse. Sed syllogismus tamen non inest, sed si quis alio modo cognoscere facit, hoc quidem non fuit inconueniens: neque enim inducens syllogizat demonstrat, sed tamen ostendit aliquid. Syllogismum autem non dicit, ex diuisione eligens definitionem

diuisionem: sicut enim in conclusionibus quæ sine mediis sunt, si aliquis dicat quoniam his existentibus necesse est hoc esse, contingit interrogare propter quid sit: sic & in diuisis terminis: vt quid est homo? animal mortale, pedes habens, bipes, sine pennis. Propter quid scit vnamquamque appositionem? & dicet enim & monstrabit diuisione: sicut opinatur quod omne animal aut mortale, aut immortale sit, huiusmodi autem oratio omnis, non est definitio. quare quamuis diuisione monstrauit: sed tamen definitio, non syllogismus sit.

Argumentum in cap. 6.

Septima quod quid est non potest demōstrari de eo, cuius est per def. cum peteretur prin. assumendo id, quod deberet probari, & ad conclu. inferendam non oportet sumere def. syl. quare nec definitionem definiti. Octaua, quod quid est non potest demonstrari de eo, cuius est per def. contrarij. Nona, non potest demonstrare per inductionem; quia peteretur prin.

Non monstrari definitionem, sumendo definitionem definitionis, neque definitione contrarij neque alio quouis modo.

Caput. 6.

SEd vtrum sit demonstrare quod quid est, secūdum substantiam ex conditione accipientē quod quid erat esse: quod est ex ijs, quę sunt in eo quod quid est proprijs, hæc autē in eo quod quid est sola, & propriè est omne: hoc enim est de illi. An iterum accepit quod quid erat esse & in hoc? necesse est enim per medium monstrare.

strare. Amplius, sicut neque in syllogismo accipitur quod quid ex syllogizare, semper enim ex ta, aut pars est propositio, ex quibus est syllogismus, sic neque quodquid est esse, oportet esse syllogismo, sed seorsum hoc à positis esse. Si dubitantem an syllogizatum est, an nō est obuiandum, quoniam: hoc enim erat syllogizatum est, quoniam vtique: hoc enim positum nobis quod quid erat esse: quare necesse & hoc quod quid est, sit Syllogismus aut quod quid erat esse syllogizare aliquid. Et si ex conditione monstret, vt si malo inest diuisibile esse: in contrario est contrarium esse, in quibuscunque aliquid contrarium: bonum autem malo contrarium est, & indiuisibile diuisibili: est itaque bonum & indiuisibile esse. Etenim hic accipiens quod erat esse, monstrat. Accipit autem ad demonstrandum quod quid erat esse, alterum tamen sit. Non enim in demonstrationibus est hoc quidem hoc, sed nō ipsum, neque cuius est eadem ratio & conuertitur. Ad vtrosq; autem, & secundum diuisionem demonstrātem, & ad sic syllogizandum est eadem dubitatio propter quid est homo animal gressibile bipes, sed non animal & bipes. Non acceptis enim neque vna necessitas est vnum & si quod prædicatur, sed vtique sicut idem homo erit & musicus, & grammaticus.

Argumentum, in cap. 7.

Tandem quodquid est non scitur per def. & ea suppōuntur. primum, quia est scitur ante quid est rem quid rei, licet non quid nominis: oportet enim scire quid nominis Tragelaphi, sed nescit Tragelaphum.

sium esse. Secundum, non eodem modo scitur quod quid est, & quia est: quid est enim scitur definitiue, & quia est demonstratiue. Tertium, scientia ante demonstrationem quia est supponunt def. terminorum, has suppositis probatur conclusio quatuor rationibus, & prima est. si quid est sciretur definitiue, cum ante demonstrationes supponantur definitiones; sequeretur quodquid est sciretur ante quidest, quòd per demonstrationem scitur. Secunda, idem est quid est, & propter quid est. sed def. non facit scire propter quid est: neque igitur quid est terti nominis oratio explicans nomen faceret scire quodquid est. Sed hoc est falsum: quoniam accidentium esset quodquid est, & non existens, & tota historia Troiana esset quodquid est. sed hæc sunt inconuenientia. Quarta ratio est, per aliud scitur quodquid est, quod præsupponitur in scientia: sed definitiones terminorum in scientia præsupponuntur: igitur quodquidest non scitur definitiue.

Contendit quid est non posse monstrari.

Capvt. 7.

QVaLiter igitur definiens demonstrabit substantiam, aut quod quid est? neque enim fuit demonstrans ex certis, manifestum esse facit, quod necesse est cum sint illa, alterum alicui esse. Demonstratio enim hoc est, neq; fiunt inducēs per singularia, cum manifesta sint quoniam omne sic est, eo quòd nihil aliter est. Non enim quid est demonstrat, sed quoniam est, aut non est. Quis igitur est alius modus rei quam non enim demonstrabit sensu, aut digito. Amplius, quomodo monstrabit quod quid est? Imo? necesse est enim scientem quid est dicere, aut aliud quodcunque, scire quia est.

Quod enim non est, nullus scit quod quid est: sed quid significat: oratio quidem, aut nomen cum dico tragelaphus: quid autem est tragelaphus, impossibile est scire. At vero si demonstrabit quid est, & quia est, & qualiter eadem ratione demonstrabit: definitio enim vnum aliquid & demõstratio id autem qđ est quid est hominem, aliud est. Postea per demonstrationem dicimus necessarium esse demonstrare omne quia est, nisi substantia sit: esse autem non substantiis vlla est: non enim est genus quod est: demõstratio itaque erit quia est. quod quidem & nunc faciunt scientiæ: quid enim significat triangulus accipit geometra: quia autem est, demonstrat.

Quid igitur monstrabit definiens, quid est triangulus? scies itaq; aliquis definitione quia est, si est non sciet, sed impossibile. Manifestum est & secundum modos terminorum, quod non monstrat definientes, quia est. si enim & ex medio aliquod æquale: sed propter quid est quod definitur, & propter quid est circulus quæsitum esset enim vtique & montis cui dicere ipsum. neq; enim quia possibile sit esse quod dicitur, assignant termini, neq; id illud est, cuius dicunt esse definitionem: sed semper licèt dicere & propter quid. Si ergo definiens monstrabit quid est, aut quid significat nomen: sed nõ vllo modo eius quod quid est, erit vtique definitio ratio nominis, idem significans, sed non conueniens est. Primum quidem quia & non substantiarum esset definitio, & eorum quæ sunt: significare enim est, & quæ non sunt. Amplius, omnes orationes definitiones erunt: posset enim vtiq; nomen ponere cuilibet oratiõ

ni: quare terminis vtique disputabimus omnes, & Ilias definitio erit. Amplius, nequevna scientia demonstrat vtique, quia hoc nomen eius quod quid est esse ostendit, neque igitur definitiones hoc assignant. Ex his igitur neque definitio & syllogismus idem videtur esse, neque eiusdem syllogismus & definitio. adhuc autem quod neque definitio nihil demonstrat, neque monstrat, neque quod quid est, neq; definitione, neque demõstratione cognoscere est.

Argumentum in Cap. 1.

Quæritur videtur, quid neque def. nec demonstrationi scientiæ. quia terminus eius quodquid est habet duas conclu. prima, quid est potest demonstrari de eo cuius est per aliud quodquid est, sed non in eo quod quid est, quoniam aliquod definitum habere potest plures def. quæram una demonstratur de definito per aliam. & is modus arguendi est dialecticus.

Quid est, monstrari per aliud quid est. Cap. 2.

Vetum autem speculandum est quid eorum dicitur benè, & quid non benè, & quid est definitio: & eius quod quid est, nunquid quodammodo est demonstratio, aut nullo modo. Quoniam (sicut diximus) idem est scire quod quid est, & scire causam ipsius si est: ratio autem huius est, quoniam est aliqua causa, & hæc, aut eadem, aut alia est: & si vtique alia est, aut demonstrabilis est, aut indemonstrabilis. Si igitur est alia, & contingit demonstrari: necesse est mediam causam esse, & in figura prima mon-

strari: vniuersale enim, & prædicatiuum est demonstratur. Vnus quidem modus nunc exquisitus est per aliud quod quid est monstrare horum enim quod quid esse necesse est media esse quid est, & propriorum proprium. Quare hoc quidem monstrabit, illud vero non eorum quod quid erat esse eiusdem rei. Hic quidem igitur modus quod non sit demonstratio dictum est prius: sed est syllogismus logicus ipsum quid est.

Argumentum in cap. 9.

Secunda, sicut impossibile est cognoscere propter quid, nisi cognoscatur quia est; sic quid est non cognoscendo si est; quandam recte contra: velut si quæratur eclypsis Lunæ propter interpositionem terræ inter Solem, & Lunam; statim sciitur, quid Luna eclypsatur, sic arguetur: Omne carens lumine ob interpositionem terræ inter Solem, & Lunam eclypsatur. Luna est huiusmodi, igitur eclypsatur: vel si quæramus tonitruum esse sonum in nube ob inclusionem ignis, statim sciemus, quod tonitruus est.

De quid est, & quod est. Cap. 8.

QVo autem modo contingat dicemus, interim dicentes ex principio. Sicut enim propter quid quærimus, habentes quia est: aliquando autem & simul manifesta fiunt, sed neque prius propter quid possibile est cognoscere quam quia: manifestum est quod similiter & quod quid erat esse non sine quia est: impossibile est enim scire quid est, ignorantes si est. Hoc autem si est aliquando quidde

sed secundum accidens habemus, aliquando vero habentes quid ipsius rei: vt tonitruum, quoniam sonus quidam est nebularum: & defectum, quoniam priuatio quædam luminis: & hominem, quoniam animal quoddam est: & animam, idem seipsum mouens. Sed quæcunque quidem secundum accidens scimus quia sunt, necesse est illa nullo modo se habere ad quid est: neque enim quia sunt, scimus: quærere autem quid est, non habentes quia est, non nihil quærere est: secundum quæcunque autem habemus quid facile est: quære quemadmodum habemus: quia est, sic habemus & ad quid est. Quoniam igitur habemus aliquid, quod quid est: primum quidem sit defectus, in quo A: luna in quo C: oppositio terræ in quo B: vtrum quidem defectus an non? B quærere est, nunquid est, aut nō. Hoc autem nihil differt quærere, quam si est ratio ipsius: & si sit hoc, & illud dicimus esse: aut vtrius contradictionis est ratio: vtrum habendi duos rectos, aut non habendi? Cum autem intelligamus simul ipsum quia, & propter quid scimus, si per media sit: si vero non, quia scimus, propter quid autem non. Si ergo luna C, defectus A, luna plenam, vmbram non posse facere, nullo nostrum in medio existente manifestum, in quo B: si ergo in C est E, quod est non posse facere vmbram, cum nullus nostrum in medio sit, in hoc quidem A, quod est deficere, quia deficit manifestum est, sed propter quid, nondum: sed quia defectus quidem est scimus: quid autem est, nescimus. Cum autem manifestum est quia A in C sit, sed propter quid est? quærere B quidem est, vtrum obiectio, aut contrarietio lunæ, aut extinctio luminis: hoc autem

ratio

ratio alterius termini: vt in his, ipsius Arist. defectus, obiectio terræ. Quid autem est tonitruus signis extinctio in nube. Propter quid natt propter extingui ignem in nube. Sit nubes C, tonitruum A, extinctio ignis B: in C igitur nube est, B extinguitur enim in ipsa ignis: huic autem inest A, & est ratio B, ipsius A primitermini: isti autem iterum huius aliud medium &c. ex reliquis erit rationibus. Vt igitur accepimus quid est, & sit notum, dictum est. Quare syllogismus quidem ipsius quod quid est non erit neque demonstratio, manifestum tamen est per syllogismum & demonstrationem: quare neque sine demonstratione est cognoscere quod est, cuius est causa alia: neque est demonstratio ipsius, sicut & in dubitationibus diximus.

Argumentum in cap. 10.

Quare definitionum alia quid rei, alia quid nominis. quid vel quædam dicit quid tantum, quædam propter quid, quædam quid & propter quid. prima pars est conclusio demonstrationis, vt tonitruus est sonus in nube. secunda, prin. demonstrationis, vt nitru fit extinctione ignis in nube. tertia est ista demonstratio positione differens, vt tonitruus est sonus in nubi propter extinctionem ignis in ea.

De definitione quid est, & propter quid. Cap. 10.

EST autem quorundam quædam causa alia, quorundam autem non est quare manifestum quoniam eorum quę sunt quid est, nulla quidem sine medio, vt principia sunt quæ

sunt, & quę quid sunt, supponere oportet, aut alio modo facere manifesta: quod quide arithmeticas facit. Et nanque quid est vnitas suppo nit, & quia est: sed habentium medium, & quo tum est quædam altera causa substantiæ, & ipsius esse: est per demonstrationem (sicut diximus) ostendere, non demonstrare. Definitio autem quoniam quidem, ratio ipsius quod quid est, manifestum est quoniam aliqua erit ratio ipsius quod quidem significat nomen, aut ratio altera, nomina ponens: vt quid significat quod quid est, secundum quòd triangulus est, quod quidem habentes quia est, quærimus propter quid est: difficile autem sic est accipere quæ nesciimus quia sunt: causa autem dicta est prius difficultatis: quia neque si est, neque si nō est scimus: sed aut hoc secundum accidēs. Oratio autem una est duplicater, hæc quidem conclusione, vt ilias: alia vero vnum de vno ostēdens non secundum accidens: vna quidem igitur terminus est termini, quæ dicta est. Alius vero terminus est oratio demonstrans propter quid est: quare prior significat quidem, demonstrat autem non. Quæ vero posterior est, manifestum est quoniam erit vt demonstratio eius quod quid est, positione differt a demonstratione. Differt enim dicere propter quid tonat, & quid est tonitruus, dicet idem sic quidem, propter id quod extinguitur ignis in nubibus, quid est tonitruus? sonus extinctionis ignis in nube. Quare eadem oratio alio modo, & alio dicitur: & sic quidem demonstratio continua, sic autem definitio. Amplius est terminus tonitruus, sonus in nubibus: hæc autem est quæ est ipsius quid est, demonstrationis conclusio. quæ

autem

autem est immediatorum definitio, positio eſt ipsius quid est, & indemonstrabilis: est ergo definitio vna quidem oratio eius quod quid est: indemonstrabilis, vna vero syllogismus ipsius quid est: casu differens a demonstratione: tertia vero est quæ est ipsius quid est, demonstrationis conclusio. Manifestum igitur ex dictis est, & qualiter est ipsius quod quid est demonstratio, & quomodo non est: & quorum est, & quorum non est. Amplius autem determinatio quot modis dicitur, & qualiter quod quid est monstrat, & quomodo non, & quorum est, & quorum non: adhuc autem & ad demonstrationem quomodo se habet, & quomodo contingit eiusdem esse, & qualiter non contingit.

Argumentum in cap. 11.

Caterum idem contingit demonstrari per plures causas; etenim cum quatuor sint, qualibet potest esse medium demonstrationis: nam per tale medium demonstratur conclu. sed scire opinamur, cum causam rei cognoscimus cognoscere; ilaque medium demonstrationis causa. causa autem sunt quatuor. prima dicitur quid erat esse, hoc est formalis. Secunda quæ aliquid primo mouet, id est efficiens, tertia enim gratia, quam alia quandam per medium demonstrantur, finalis. quarta, quæ cum sit, necesse est aliud esse, hæc est materialis. differt finalis ab efficiente; quia efficiens est prima via generationis, & quia ad finalis verò est prima in intentione. quare eadem conclu. potest demonstrari per plures causas, velut lumen diffunditur per pellem lucernæ diaphanam. per causam materialem, sed per causam finalem monstratur, vel ad hoc nos pedem vertimus. præterea extinguitur ignis in nube tanquam per causam materialem, sed per causam finalem demonstratur, ne lædamus pedem nostrum, præterea extinguitur ignis in nube tanquam per causam materialem: per finalem; ut animalia horreſcant. Sed; ergò vt seruetur vinentia, in natura aliquæ eadem coueł. demonstratur per causam finalem, cum natura agat propter finem & per materiam; multa enim eueniunt ex neceſſitate materiæ sed duplex est neceſſitas, naturalis. ſ. velut cum lapis mouetur deorsum, & violenta, ut cum sursum proiicitur. ea verò quæ sunt ab intelligentia, non fiunt à casu, vel à fortuna: nam quæ fiunt à prudentia, vel ab arte, fiunt propter finem, non autem alia. sed vt appropinquemus medijs in causale ad causatum describuntur aliquæ causa. & prima est. per causam necessariam, & sufficientem potest demonstrari causatum tam secundum esse, quàm secundum fuisse, vel fore: nam sequitur terra interponitur inter Solem & Lunam. igitur eclypsis Lunæ est. idem dicendum est de tempore præterito, & de futuro. deinde si aqua indurata est; crystallus vtit.

De causarum distinctione, & quæ mutuo concurrant, & quæ non, & quomodo illarum possit esse demonstratio. Cap. 11.

QVoniam autem scire opinamur cum scimus causam: causæ autem quatuor sunt: una quidem quod quid erat esse, una verò cum hoc sit, necesse est hoc esse. altera autem quæ aliquid primo mouit, quarta vero cuius gratia, omnes hæ per medium monstrant. Et hoc enim quod cum sit hoc, necesse est esse, vna quidem accepta propositione non est,

duabus

duabus autem ad minus, hoc autem est, cum vnum medium habeant: hoc ergo vno accepto, conclusionem necesse est esse. Manifestum est autem & sic, propter quid est rectus in semicirculo? aut quo existente, rectus est? sit ergo rectus in quo A, media duorum rectorum in quo B, qui est in semicirculo in quo C: ipsius A igitor rectum esse in C, qui est in semicirculo causa est B, hoc enim ipsi A æquale est: qui verò est C, ipsi B. duorum enim rectorum dimidium est: existente igitur dimidio duorum rectorum, A in C: hoc autem erat in semicirculo rectum esse. Hoc autem idem est ei, quod quid erat esse: cum hoc significaret oratione: at verò & ipsius quod quid erat esse, causa monstrat est media. Hoc autem propter quid Medorum bellum factum est Athenienſibusque causa est præliari Athenienſes? quoniam in Sardes eum Etethrijs commiscerunt: propter hoc enim ingruam est. Primum sit bellum in quo A, priores committentes in alios B, Athenienſes C: est igitur B in C, prius enim est committere Athenienſibus: A autem in B, debellauerunt enim prius iniustos, est itaque in B A, debellari prius impientes. B autē in C, siue in Athenienſibus, priores enim inceperunt: medium itaque hic causa primum mouens. Quotuncunque verò causa est cuius gratia: vt propter quid ambulat? vt sanus fiat. propter quid domus est? vt salua mansa. Hoc quidem gratia huius quod est sanari, illud verò gratia huius quod est saluari: & propter quid oportet post cœnam ambulare: & cuius gratia oportet, nihil differt. Si ambulare post cœnam, in quo C: non eminere cibos, in quo B: sanari in quo A: sit igitur in eo quod est post

post cœnam ambulare, esse facere non supereminere cibos iuxta os ventris, & hoc esse sanari: videtur enim ineſſe ipsi ambulare quod est C, B non eminere cibos: in B autem A, hoc quod est sanatiuum? quæ igitur causa est, in C quod A sit, quod est gratia cuius? B non eminere: hoc autem est sicut illius ratio. A enim sic redditur, propter quid B ineſt C? quoniam hoc est sanari, hoc sic habere. Oportet autem communitate rationes, & sic singula magis apparebunt. Generationes autem econtrario hic & in causis secundum motum: ibi enim medium oportet primum fieri: hic autem ipsum C extremū, vltimum autem gratia cuius. Contingit autem idem & gratia cuius esse & ex necessitate: vt per lucernæ pellem lumen egredi, etenim ex necessitate disgreditur, quòd in parua est partibilitas: & per maiores poros, si quidem lumen sit disgrediendo: & gratia cuius, vt non offendamus. nonne igitur si esse contingit, & fieri, contingit? sicut si tonat extincto igne, necesse est lizire, & sonare: & (quemadmodum Pythagorici dicunt) minarum causa ijs qui sunt in tartaro, quatenus timeant. Plurima autem huiusmodi sunt, & maximè in ijs quæ natura subsistunt: & in constantibus hæc quidem propter hoc natura facit: illa verò ex necessitate. Necessitas autem est duplex: hæc quidem secundum naturam, & aptitudinem: hæc verò violenta, & contra aptitudinem: sicut lapis ex necessitate & sursum, & deorsum fertur, sed nō propter eandem necessitatem. Sed in ijs quæ sunt ab intelligentia, alia quidem nequaquam sunt ab eo quod per se frustra est, vt domus aut effigies: neque ex necessitate sunt: sed propter

pter hoc. Alia verò à fortuna sunt, vt sanitas & salus, maximè in quibuscunque contingit & sic & aliter: cum non à fortuna generatio sit. Quare finis bonus alicuius gratia fit, aut natura, aut arte: à fortuna autem nihil propter aliquid fit. Eadem autem causa est & in ijs quæ fiunt, & in factis, & futuris, quæ verè est ijs quæ sunt: medium enim causa est, veruntamen in ijs quæ sunt, & quæ est: in ijs autem quæ fiunt, quæ fit, factis autem facta, & futuris futura. Vt propter quid factus est defectus: propter id quod in medio facta est terra: fit enim propter id quod fit: erit autem & propter id quod erit in medio: & est autem propter id quod est. Vt quid est crystallus: accipiatur quoniam aqua congelata est. Aqua in quo C, congelata in quo A, causa medij in quo B: defectus caloris primus, est igitur in C quidem, B: in hoc autem congelatum esse, quod est in quo est A: ne igitur crystallus, cùm fiat B, factus est autem, factus erit autem futuro ii. Sic quidem igitur causa, & cuius causa est, simul fit cum fit, & est, cùm est: & in eo quod factum est, & in futuro eodem modo.

Argumentum in Cap. 12.

Secunda conclu. si causa sit necessaria, & non fuerit ens; ab effectu ad causam vt alter demonstratio, & non contrà; causa enim est necessaria, sed inter primum esse causæ, & primum esse vt ale causati datur tempus inter medium, quandiu continuè fuerit causa fit causatum: potest enim dici in tempore inter medio causa est, sed non causatum est, velut domus facta est ex lapidibus; igitur lapides sunt priores tamen

tamen contrà, quare quando causa est, & causatum. deueniendum est ad immediata, sed non quando causa est priori sunt enim infinita media.

Quæ facta ipsum propter quid differant ab his, quæ fiunt simul, aut non simul per circulum, aut non per circulum, semper, aut frequenter. Cap. 12.

IN ijs autem, quæ non simul sunt, nunquid fiunt in continuo tempore? sicut videtur nobis alia eorum causa esse: vt facti esse alterum facta, & futuri futura: & eius quod fit: si aliquid antea factum est. Est igitur à posterius fallo, syllogismus: principium autem, & horum quæ facta sunt, vnde & in ijs quæ fiunt similiter. à priori autem non est, vt quoniam hoc factum est: quod hoc posterius factum est: & in futuro similiter est: neque enim infinito aut finito erit tempore. quare quoniam hoc verum est dicere factum esse, hoc verum est dicere factum esse posterius. In medio autem falsum. est dicere, hoc iam altero facto: eadem autem ratio est & in futuro. Neque quoniam hoc fa- ctum est, hoc erit: medium enim simul geniti oportet esse, factorum factum, futurorum futurum, eum ijs quæ fiunt, fieri: cum ijs quæ sunt, esse: sed futurum esse, & esse, non contingit simul esse genitum. Amplius, neque infinitum contingit esse tempus medium, neque finitum: falsum enim erit dicere in medio. Speculandum ergo quid est continens, vt post id quod factum est, sit fieri in rebus, an manifestum est quod non continuum cum facto esse, quod sit: neque factum cum post facto esse? termini enim sunt

atomi: sicut igitur neque sunt puncta adinuicem copulata, neque quæ facta sunt: vtraque enim indiuisibilia sunt. Neque igitur quod fit eo quod factum est, propter idem: quod enim fit, diuisibile est: quod autem factum est, indiuisibile est. Sicut igitur linea ad punctū se habet, sic quod fit, ad quod factum est: sunt enim ambo facta in eo quod fit. manifestum autem magis est in uniuersalibus: de motu oportet dicere de his. De eo igitur quomodo cum eo quod consequenter fit generatione se habet media causa, intantum acceptum sit: necesse enim & in his medium, & primam immediatum esse: ut A factum, quoniam C factum est: posterius autem C factum, A autem prius: primum igitur est C, propter id quod proximum est ipsi nunc, quod est principium temporis: sed C factum est, si D factum est: cùm igitur D factum est, necesse est & A factum esse: causa autem est C, D enim facto necesse est C factum esse: C autem facto, necesse est A prius fuisse. Si autem accipiens aliquod medium, stabit ad hoc immediatum: an semper extra cadet proprium infinitum? non enim continuum factum est facto, quemadmodum dictum est: sed impossibile tamen est necesse à medio, & ab ipso primo. Similiter autem est & in eo quod fit: si enim verum est dicere quoniam erit D, necesse est prius verum dicere quoniam A erit: huius autem causa est C, siquidem enim D erit, prius C erit: si verò C erit, prius A erit. Similiter autem & infinita est decisio & in his: nam enim erunt quæ erunt continua adinuicem, principium autem & in his sine medio accipiendum est. Habent autem sic se in operibus, &

ea est domus, necesse est decisos esse lapides, & factum esse hoc propter quid est: quoniam necesse est fundamentum factum esse, si quidem & domus facta est: si verò fundamentum est, & lapides esse, factos necesse est: iterum si erit domus, similiter prius erunt parietes (demonstratur autem per medium similiter) erit enim fundamentum prius.

Argumentum in cap. 13.

Tertia conclu. in his, quæ sunt secundum generationem circularem, potest fieri demonstratio circularis, ut si planetæ terra erit madida: &, si erit madida, si ferunt nubes, &, si fiant nubes, pluet. non tamen est eadem pluuia numero, sed specie. quarta conclus. ad demonstranda ea, quæ fiunt vt frequenter, non est sumendum medium, vt semper, quia dicemus semper de extremitatibus, sed accipiatur, vt frequenter.

In his quæ circulo gignuntur, demonstrationem esse circularem. Cap. 13.

QVoniã aũt videmus in ijs quæ fiunt, circulo quidã generationẽ esse, & contingit hoc eẽ: si quidẽ cõsequãtur adinuicem medijs & terminis: in his.n. conuerti est: ostensum autẽm est hoc in primis quod conuertuntur cõclusiones: circulo aũt hoc est. In operibus aũt uidetur sic: depluta terra, necesse si uaporẽ fieri: hoc autem facto, nubem, hac autem facta aquam, hac uerò facta, necesse est terrã depluere esse. Hoc autem erat ex principio, quare circulo circuiuit: cum enim unum horũ quod-

hbet est, alterum est: & cũ illud, alterum: & est hoc, primum. Sunt aũt quædam quæ fiũt unum saliter: semper n. & in omni aut sic se habent aut fiunt. alia vero quidem semper nõ, sed frequẽter sunt: ut nõ oĩs homo masculus habet barbã, sed est sicut frequẽter. Taliũ igitur necessarium se est & mediũ sicut frequenter esse. Sit n. A de B prædicatur vniuersaliter, & hoc de C vniuersaliter necesse est, & A de C semp. & de oĩ prædicari. hoc n. est vniuersaliter, & de oĩ, & semper: sed suppositũ est sicut frequẽter esse: necesse est ergo mediũ sicut frequẽter esse qã est in quo B. Fuerunt ergo & eorum principia frequenter esse medio, quæcũque in plurimũ sic sunt, aut simpliciter.

Argumentum in cap. 14.

Ad inueniendum autem quodquid est per viam diuisionis fiat diuisio talis. eorum quæ sunt in aliquam definitum, alia sunt in genere definiti, alia extra genus, vnde ad definitionem speciei specialissimæ describuntur duæ exclusiones, quarum prima est: quod libet eorum, quæ ingrediuntur def. debet esse in aliquam definitum, non tamen esse extra genus eius. Secunda prædicari de eo essentialiter, secunda, talia prædicta tanta sint, vt aggregatum conuertatur cum definito. ad def. autem generis subalterni, primũ assignatur genus, vt diuidatur in species, & hæ definiantur, & id quod erit commune in illis def. erit definitum def. generis subalterni, & genus assignabitur primo loco: vt linea est quamitas habens longitudinem absque latitudine, & profunditate: genus est quamitas: longitudo est differentia. valet ad colligendum partes def. is est processus, de quo duo sunt obseruanda. Primum, non fiat inordinatus situs, aderit, quæ ponenda post ponantur: multum enim differt, si dicat homo est animal mansuetum biper, & homo est biper animal mansuetum. Secundum non diuidatur genus per differentias remotas: non enim accipere oportet omnes partes def. nam ad perfectam def. accipiantur differentiæ immediatæ, & non accidentales in def. igitur sumantur ea, quæ prædicantur essentialiter de definito, & ordinentur inter se, & nihil omittatur de his, quæ necessaria sunt ad definitionem: & hoc fiat, si totum aggregatum conuertatur cum definito. Sed ad inueniendam eam per viam resolutionis videndum est, in aliquibus singularibus ipsum definibilis, in quo sunt similia, & in aliis, in quo conueniant. & si definitum conueniat cum illis per eãdem proprietatem, habebit unam def. omnibus illis communem. si verò non conueniat: non habebit, vt Iuli. ne magnanimitatis vna sit def. inspicere oportet Hectorem, Aiacem, & Alcidem magnanimos: quia non possunt ferre iniurias, & Alex. & Socratem magnanimos dictos: aquo enim animo tulerunt prosperæ, & aduersa. & cum illis non conueniat magnanimitas per eandem proprietatem: sit, vt magnanimitatis non una erit def. sed duæ. & prima est, magnanimitas est non tolerantia iniuriarum: secunda, est constantia in prosperis, & aduersis.

De compositione definitionis ex suis partibus, & quando sunt ignotæ quo pacto veniunt. Cap. 14.

QVomodo quidem sit, quod quid est in terminis assignandum, & qualiter demonstratio, aut definitio sit ipsius: aut non, dictum est prius. Quomodo autem oportet venire in eo quod quid est prædicantia, nunc dicendum. Eorum igitur, quæ in sunt semper vnicui-

que, quædam se extendunt in plus, non tamen extra genus: dico autem in plus esse, quæcunq; insunt quidem vnicuique vniuersaliter, at vero & alij: vt est aliquid quod omni trinitati inest, sed & non trinitati: sicut quod est, inest trinitati, sed & non numero: sed impar inest omni trinitati, & in plus est, & nanque ipsi quinario inest, sed non extra genus: quinarius quidem numerus est: nullum autem extra numerum, impar est. Huiusmodi igitur accipiendi sunt vsque ad hoc, quousque tot accipiamus primum, quorum vnumquodque in plus sit: omnia autem non in plus: hanc enim necesse est substantiam rei esse. Vt trinitati inest omnis numerus impar, primus vtrobique: & sicut quod est non mensurari numero, & sicut non compositi ex numeris. Hoc itaque iam trinitas, est numerus impar primus: & sic primus. Horum enim vnumquodque, illa quidem impartibus omnibus insunt, vltimum autem & dualitatis ergo autem nulli. Quoniam autem ostensum a nobis in superioribus, quod necessaria quidem sunt in eo quod quid est prædicantia: vniuersalia autem necessaria sunt: trinitati autem, & cuilibet alij sic accipiantur in eo, quod quid est accepta, sic ex necessitate quidem erit trinitas hæc. Quod autem substantia sit, ex his manifestum est: necesse est enim nisi hoc sit, trinitatem esse, vt genus aliquod esse: hoc aut nominatum est, aut non nominatum: erit igitur in plus quàm trinitati inexistens. concessum enim huiusmodi sit esse genus, vt quod in sit quidem secundum potentiam in plus: si igitur nulli insit alij quàm atomis trinitatibus, hoc vtiq; erit trinitatis esse: supponatur enim hoc substantia vnius-

vniuscuiusque esse, quæ in atomis ultimum prædicatum: quare similiter & alij cuilibet, sic demonstratorum quidem, illi esse erit. Congruum autem est cum totū aliquod negocietur aliquis, de partiri genus in atoma specie prima, ut numerum in trinitatem, & dualitatem, postea sic illorum definitiones accipere tentare, ut rectæ lineæ, & circuli, & recti anguli. Post hæc autem accipientem quod genus sit, ut utrum quantitatum, aut qualitatum, proprias passiones specula ri per communia prima: cōpositionis enim ex atomis conuenientia, ex definitionibus erunt manifesta, propterea quōd principium est omnium definitio, & quod simplex est: & simplicibus per se inesse conuenientia solis, aliis autē secundum illa. Sed diuisiones quæ sunt secundum differentias, utiles sunt ad hoc sic adeundum: ut tamen monstrant, dictum est prius. Vtiles autem erunt sic vtique solum ad colligendū quod quid est: & nidebitur vtique nihil monstrare, sed mox decipere omnia, tanquam si ex principio acceperit aliqs sine diuisione. Differt autem aliquid primum & posterius prædicamē torum prædicari: ut est dicere animal mansuetum, bipes, uel bipes animal mansuetū, si enim omne ex duobus est, & unum quid sit animal mansuetum iterum ex hoc & differentia, homo aut quodliber unum sit, necesse est diuidēte pertere. Amplius, nihil relinquendum in eo quod quid est, sic solummodo contingit: cum enim primum accipiatur genus, si quidem alicuius inferiorum aliquam diuisionem accipiat, non includet omne in hoc: ut non omne animal, aut totum pennatum est, aut diuisum pennis: sed pennatū, animal omne. Huius enim differentia hęc

est. Prima autem differentia est animalis, in quā omne animal incidit. Similiter autem & vnoquoque aliorum, & in ijs quæ extra genera, & quæ sub ipsis sunt: ut in aue, in qua est omnis auis, & in pisce, in quo omnis est piscis. Sicigitur vadenti promptum est scire quoniam nihil relictum est: aliter autē, relinquere necesse est & non scire. Nihil autem oportet definientem & diuidentem omnia scire quæ sunt, & tamen impossibile dicunt esse quidam, differentias cognoscere quæ sunt ad vnumquodque non cognoscentem vnumquodque: sine autem dictis non esse vnumquodque scire: A quo enim nō differt, idem esse hoc. A quo autem differt alterum ab hoc. Primum quidem hoc falsum est: non enim secundum omnem differentiam alterum est: multæ enim sunt differentiæ in eodem specie, sed non secundum substantiam, neque per se. Postea cum accipiantur oppositæ & differentia, & quod omne incidit hinc aut inde, & accipiat in altero quod quæritur esse, & hoc cognoscat, nihil differt scire, aut non scire de quibuscunque prædicantur aliis differentiæ. Manifestum enim est, quod si sic vadens, accipiat in hæc, quorum non est amplius differentia, habebit rationem substantiæ: omne autem incidere in diuisionem, si sint oppositæ quibus nihil interest, non est petitio, necesse est enim omne in altero ipsorum esse, si quidem illius differentia est. Ad probandum autem terminum per diuisiones, tria oportet coniecturare, ut accipiamus prædicata in eo quod quid est, & hæc ordinare quid primum est, aut secundum: & quoniam hæc omnia sint. Est autem vnum horum & plurium per id quod possumus, sicut ad accidens

syllo-

llogizare, quoniam est & per genus probare. Ordinare autem sicut oportet, erit: si primum accipiat: hoc autem erit si accipiatur quod omnibus sequitur, illi autem non omnia: necesse est enim aliquod esse huiusmodi: accepto autē hoc, iam idem in inferioribus modus: secundū enim aliorum primum erit, & tertium cōtinuorum: remoto enim quod est sursum, continuū aliorum primum erit: similiter autē & in aliis. Quod autem omnia hæc sint, manifestū ex hoc quod recipimus: primum quidem secundum definitionem, quoniam omne aut hoc aut illud est: est autem hoc, & iterum huius totius differētia: exempli autem non amplius esse differentiam, vel etiam statim cum vltima differentia a toto non differre specie. Hoc manifestum enim est, quoniam neq; plus hoc opponitur. Omnia enim in eo quod quid est accipiuntur horum, neque deficit nihil, aut enim genus, aut differentia vtique erit: genus quidem igitur est primum, & enim differentijs hoc acceptum est: differentiæ autem omnes habentur, non enim amplius est posterior: specie enim vtique differet, & vltimum: hoc autem dictum est non differre. Quæ autem oportet intendentem in similia, & indifferētia, primum quid omnia idem habeāt: postea iterum in altera, quæ in eodem quidem genere sunt cum illis: sunt autem ipsis quidem idem specie, ab illis autem altera: cum in his accipiatur quid omnino idē, & in aliis similiter: in acceptis iterum intendendum est si idem sit, quousque in unam conueniant rationem: hæc enim erit definitio. Si uero non unadit in vnam, sed in duas, aut plures: manifestum est, quod vtique non est unum aliquod quod prædicatur,

sed

sed plura. Vt dico, si quid est magnanimitas est
rimus: intendendum est in quosdam magnan-
mos, quos scimus quid habeant vnum omnes
inquitum sunt huiusmodi. Vt si Alcibiades ma-
gnanimus, aut Achilles, & Aiax: quid unum om-
nes habent? non toletare iniuriari. Hic enim
dimicauit, ille insaniuit, hic aut interfectis fu-
sum. Iterum idem est in alteris, ut Lysandro &
Socrate, si iam indifferentes esse, & fortunatis
infortunati; hæc duo accipiens intendas quo
idem habet, aut impassibilitas quę est circa fo-
tunas, aut non tolerantia cum iniuriantur: ut
ro nullum sit commune; duæ species erunt ve
que magnanimitatis. Semper enim est com-
definitio uniuersalis: non enim in quodam
lo dicit sanabile medicus, sed aut in omni, aut
in specie determinans.

Argumentum in cap. 15.

*Nec credamus singularium esse defi. sed vniuer-
lium; facilius enim est definire manas communi-
quam magis; cum in magis communi plures
æquiuocationes, quas oportet definientem vit
ret etiam metaphoras; cum per eam def. non
beat dari.*

Species facilius, quàm genera finiri. Cap. 15.

FAcilè autem est magis singulare definire,
vniuersale, vnde oportet a singularibus
uniuersalia ascendere. Et nanque æquiuoca
nes magis latent in uniuersalibus quàm in
centibus. Sicut autem in demonstrationibus os-

oportet syllogizari inesse, sic & in terminis cla-
rum: hoc autem erit, si per ea quæ secundum
vnumquodque dicuntur, sit in unoquoque gene
re definiri separatim: vt simile non omne, sed
in coloribus & figuris: & acutum, quod est in
voce: & sic in commune erit ire, timentem ne
æquiuocatio cõtingat. Si autem non oportet di-
figurare in metaphoris, manifestum est, neque
definire metaphoris, neque quæcunque dicun-
tur in metaphoris: disputare enim erit necesse
in metaphoris.

Argumentum in cap. 16.

*Verum d inueniendum medium propter quid, le
quitur quatuor conclu. prima, ad tale medium inue-
niendum in genere uniuoco nominato oportet illud in
plures diuidere species, & inspicere quid sit eis com-
mune; illud enim poterit demonstrari de specibus
per genus, veluti diuiso animali in brutum, & homi
nem, si velimus ostendere hanc passionem, dormiens,
non videt, esse de bruto; sumendum est illud medium
animal. secunda. si tale genus uniuocum non sit no-
tum ad demonstrandam passionem communem
de eius speribus, sumendum est aliquod accidens con
uertibile cum illo genere: ut, ad demonstrandam hãc
passionem, quæ est habere duos ventres, vel non habe
re dentes in superiori mandibula, sumendum est pro
medio hoc habere cornua. tertia concl. ad passionem
analogam demonstrandam de aliquibus, sumendum
est medium analogicè conueniens illis, ut ad demon-
strandam hanc, non continere multas partes, quæ a-
nalogicè conueniũt sepiæ, ostri, & spinæ, sumendum est
hoc medium duritiei, quod conuenit illic analogicè.
quarta, malarum conclusionum potest esse idem me-

dium

dimum genere contractum per diuersas differentias speciales, ac praterea eiusdem concl. possunt esse plura media ordinem non habentia: veluti, si quaratur propter quid in fine nilus, uel humor aquæ fit, respondetur; quoniam finis mensis est magis pluuialis. & eur est pluuialis? quia luna deficit.

Quo pacto problemata reuertantur cum diuisione, tum etiam proportione. Cap. 16.

VT habeamus posita, eligere oportet diuisiones, & diuisiones: sic autem eligere secundum subiectum genus commune omnium. Vt animalia sint quæ considerantur, qualia omnia animali insunt: acceptis autem his, reliquum primo qualia omni sequuntur: ut si hoc est animali qualia omni sequantur animi, & sic semper ita proxima. manifestum enim est quoniam habemus iam dicere propter quid insunt sequentia ijs quæ sunt sub communi: ut propter quid homini, aut equo insunt. Sit autem animal, in quo A, B autem sequentia omni animali: his autem sunt C, D, E, sicut quædam animalia: manifestum igitur est propter quid C, D, propter A enim: similiter autem & in alijs. & semper in alijs eadem est ratio. Nūc quidem secundum ea quæ assignantur communia nomina, dicimus. Oportet autem non solum in hoc considerare, sed & si aliud aliquid uidetur commune existens accipientem: postea quibus hoc inhæret, & qualia huic sequantur: ut cæteris habentibus habere ventres, & non utrobique dentes esse: item habere cornua quibus sequitur manifestum enim propter quid in illis quod dicitur, propter id enim quod cornua habent,

ineſt. Amplius, alius modus est secundum analogum eligere: unum enim accipere nō est idem, quod oportet uocare sepiam, & spinam, & us: sunt autem quæ sequuntur & his: tanquam natura una huiusmodi existente. Eadem autem posita sunt, quæ quidem idem medium habent, vt quoniam omnia contrarij status: horum autem quædam genere eadem sunt, quæcunque habent differentias, ex quo aliorum aut aliter sunt: vt propter quid resonat, aut propter quid apparet, & propter quid iris: omnia enim hæc quidem vnum propositum sunt genere: omnia enim repercussio sunt, sed specie altera. Alia autem ex eo quod medium quidem subalternum medium est, differunt propositum: vt propter quid Nilus finiente mense magis fluit? propter id quod hyberniot est finiens mensis, propter quid autem hybernior est finiens mensis? propter id quod luna deficit, hæc enim sic se habent adinuicem.

Argumentum in cap. 17.

Circa autem prædicta oriuntur duæ quæstiones, quarum prima est, vtrum ex causato sequatur causa, siue contrà. respondetur, si unius causati sit una causa sufficiens; ex causato sequitur causa, & contrà: veluti, eclypsis Lunæ est; terra igitur interponitur inter Solem, & Lunam. deinde si unius effectus sint plures causæ, quarum quælibet per se sit sufficiens ad esse causati; ex causato non sequitur causa, sed eò. secunda quæstio, vtrum unius conclu. demonstrationis unum sit medium, per quod possit demonstrari, an plura? respondetur per duas conclus. quarum pri-

ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma est. si demonstratio sit secundum quid ipsum quid potissima; utilis conclus. erit unum medium propter quid, & potissimum, per quod talis conclu. potest demonstrari; quoniam demonstratur per def. subiecti quæ solum est una. sed si demonstratio sit ex prop. quæ non sunt secundum quod ipsum; una & eadem non potest demonstrari per diuersa media.

Quo modo causæ & effectus se habeant inter se; & quo pacto causæ venentur: & an unius effectus plures sint causæ. Cap. 17.

DE causa autem, & cuius causa est dubitabit aliquis: nunquid cùm causatum est, & causa est, ut si solia fluunt, aut deficit luna: & causa deficiendi, uel folia cadendi erit: ut si huius talata habere folia: deficiendi autem, terram in medio esse. Si enim non, aliqua alia erit causa ipsorum: si uerò causa sit, & causatum simul: si in medio est terra, deficit, aut si latum est folium, folia fluunt: si autem sic est, simul uigent erunt, & demonstrabuntur per inuicē. Sit enim folium fluere in quo A, latum autem folium in quo B, uitis uero in quo C, si igitur in B est A: omne enim latum folium habens folio fluit: B autem ineſt B, omnis enim vitis habet lata folia: & A in C est, omnis vitis folio fluit: causa est B medium. Sed & quoniam latis foliis uitis fluit, est propter id quod folio fluit demonstratum. enim D latum quidem folium E autē folio fluere, uitis uero in quo F, in F igitur est E, erunt folio fluit omnis uitis: in E autem D est: omne enim fluens folio, latum est folium habens: omnis itaque uitis latum est folium habens: causa autem est folio fluere. Si autem non contingit

causas esse adinuicem, causa enim prius est eo cuius est causa, & deficiendi quidem est causa, terram esse in medio: eius autem quod est in medio terram esse, non est causa deficere. Si igitur per causam demonstratio est, propter quid erit: si uerò non per causam ipsius, quia quoniam quidem terra in medio est cognouit, propter quid autem non. Quòd autem non deficere causa sit in medio esse, sed hoc, deficiendi manifestum est: in ratione enim deficiendi, ineſt quod est in medio: quare manifestum est quòd per hoc, illud cognoscetur: sed non hoc, per illud. An contingat unius plures esse causas? & nanque si est idem de pluribus primis prædicari primo: sit A in B primo existens, & in C alio primo & hoc sit in D, hoc uero sit in E, erit itaque A in D, & in E: causa autem quod A sit in D quidem, B, in E, aūt, C, quare cum causa sit, necesse est eorum omnem esse: sed res cū sit, nō necesse est esse omne quodcūq; sit causa: sed causam quidem necesse est esse: non tamen omnem. An si semper uniuersale propositum, & causa eorum quiddam est, & cuius est causa uniuersale? ut folio fluere in toto quodam determinatum est: & si species ipsis sint: uniuersaliter igitur aut plantis, aut huiusmodi plantis: quare & medium æquale oportet esse in his, & cuius est causa, & conuerti: ut propter quid arbores folio fluunt: si ergo propter densitatem humidi, quòd folio fluit arbor, oportet densitatem: siue densitas est non in qualibet, sed in arbore: est folio fluere. Verum autem contingat non eandem esse causam eiusdem in omnibus, sed alteram, an non? an si quidem per se demonstretur, aut non secundum signum aut accidens?

non

non potest esse: ratio enim extremi, medium non sic contingit: est autem & cuius causa & cui, cõsiderare secundũ accidens, non tamen uidentur proposita esse: Si autem non, similiter se habebit medium: si quidem sunt æquiuoca æquiuocum mediũ est: si verò sicut in genere similiter se habebit: vt propter quid communiter, analogum: alia enim est causa in numeris, & in lineis, & eadem quidem inquantum ordinata, alia: inquantum autem habens aliquem ordinem, alia: inquantum autem habens augmentum huiusmodi, eadem: sic in omnibus. Similiter autem esse colorem colori, & figurã figuræ, alia esse causam alij: æquiuocum enim est similia his: hic quidem est fortassis secundum analogiam habere latera & æquales angulos, in alteribus autem vnũ sensum esse, aut aliquid aliud huiusmodi: quæ autem secundum analogiam sunt eadem, & medium habent secundum analogiam.

Habet autem sic cõsequi causa adinuicem & cuius est causa, & cui est causa: vnumquodque quidem accipienti, & cuius est causa in plus: vt quatuor æquales qui sunt extra, in plus quam triangulus, aut quadrangulus, in æqualibus autem vt in æqualibus est: quæcunque quatuor æquales qui sunt extra: & medium similiter est. Est autem medium ratio primi extremi, ex quo omnes scientiæ per definitionem fiunt: vt folio fluere similiter sequitur ulla excellit: & ficui, & excellit, sed non omnia æqualia sunt: si verò accipias primum medium ratio fluendi folijs est: erit enim primum hoc idem in altera medium, quoniam huiusmodi sunt omnia: deinde huius medium quoniam succus densatur, aut quidam aliud huiusmodi.

Quid

Quid autem est folio fluere? densari in contrahi seminis succum. In figuris autem sic assignabit quærentibus consecutionem causæ, & cuius est causa: sit A quidè in B omni: B autem in uno quoque eorum, quæ sunt D, in plus autẽ: B igitur vniuersale vtique ipsis inerit D: hoc autẽ dico vniuersale, quod non conuertitur: primum autem vniuersale, cui vnumquodque quidem non conuertitur, omnia autem cõuertuntur, & non excedit: ipsis D igitur causa ipsius A, est B, oportet itaque A in plus quam B extendi: si verò non, quid magis causa erit hoc illius? Si igitur in omnibus B est A, erunt aliquid illa vnum omnia aliud quam B: si enim nõ, quomodo erit dicere quoniam in quo est B, sit A, omnis in quo autem A, non omni sit B? propter quid enim nõ erit causa aliqua vt A sit in omnibus D? sed nunquid & quæ sunt E, erunt aliquod vnum? considerare oportet hoc, & sic C: cõtingit igitur eiusdem plures causas esse, sed non eisdem specie: vt longæ vitæ quadrupedia, non habere cholera aliqua: si autem in atomum non statim venient, & nõ solum vnum medium, sed plura, & causæ plures sunt. Vtrum autem causa medio-rum, quod ad vniuersale primum est, aut quod ad singulare singularibus? Manifestum igitur est ea esse, quæ proxima vnicuiq; cui causa est primum enim sub vniuersali esse, hæc est cã: vt in D, sit quod est A, causa est C, in D, quidem igitur, quæ A, causa est C, in C autem B in hoc autẽ eadem est. De syllogismo igitur & de demõstratione quidque vnumquodque est & quomodo fiat manifestum est: simul autem & de scientia demonstratiua, idem enim est.

Argumentum in cap. 18.

Quomodo autem principia demonstrationum sint sumenda, tres quæstiones mouentur, & prima est quo pacto principia indemonstrabilia sint nobis cognita. secunda, quis habitus est, quo cognoscimus ea? nam demonstrationes cognoscuntur per demonstrationem, sicut conclusiones. tertia, utrum notitia principiorum sit nobis innata? has quæstiones soluit philosophus per quatuor conclusiones. prima est, notitia principiorum non inest nobis à natura; quoniam talis notitia est certissima: quibus quidem oporteat magis credere principijs, quàm conclusioni. sed actu non habemus notitiam certissimam de aliquo nec tamen latet. secunda, talis actualis notitia non acquiritur per doctrinam: fieret enim ex cognitione aliquorum principiorum magis notorum, sed principia non habent alia principia notiora. tertia est, à natura ineſt nobis potentia ad assentiendum talibus principijs, vnde omnibus animalibus innata est potentia, per quam possunt iudicare de sensibilibus præsentibus, & hanc appellamus sensum. quare animalium sensum habentium, quædam sunt sine memoria, & hæc nullam habent notitiam, nisi præsentia sensibilia: quædam cum memoria, & horum alia habent intellectum, vt homines, alia nō, vt quædam bestiæ. quocirca principium universale hoc pacto fit nobis notum. Primum habemus notitiam sensitiuam de aliquo sensibili: vt, iste ignis est calidus, & hanc memoria mandamus, deinde alium ignem, quem sentimus quoque. vnde, quando videmus alium ignem, calidum iudicamus, quanquàm per experientiam non sentimus. postea componimus prop. vniuersalem: omnis ignis est calidus, & hanc vocamus principium artis. quarta conclu: notitia principiorum non ex

nobis ex alijs euidentioribus principijs, sed mediante sensu, memoria, & experimento; nam ex sensu fit memoria, ex memoria experimentum, & ex experimento principium artis. sed quamuis potentia sensitiua sit vniuersalis; tamen actus sentiendi est singularis. habitus autem, quo cognoscuntur principia, non est scientia; quia scientia habetur per demōstrationem, non principia. quare habitus, quo cognoscuntur principia, non est scientia, sed intellectus.

Quomodo principia cognoscantur, & quis principiorum sit habitus. Cap. 18.

DE principijs autem qualiter fiunt cognita, & quis est cognoscēs habitus, hinc est manifestum, dubitantibus primùm. Quòd quidem igitur non contingit scire per demonstrationē, non cognoscentem prima principia immediata, dictum est prius: immediatorum autem cognitionem utrum eadem est, an non eadem, dubitabit vtique aliquis.

Et vtrum scientia in vtroque est, an non: an huius quidem scientia, illius autem alterum alij quod genus sit. Et utrum cùm non insint habitus, tunc cùm insint, lateant. Si quidem igitur habemus ipsos, inconueniens est. contingit enim certiores habere cognitiones demonstratione, & latere: si autem accipiamus non habēs eos, qualiter vtique cognoscamus, & addiscamus ex non præexistenti cognitione: impossibile enim est, sicut in demōstratione diximus. Manifestum igitur est qm̄ neque habere possibile est, neque ignorantibus, & neque non habentibus habitum fieri. Necesse est itaque habere quandam quidem potentiam: non huiusmodi

autem habere, quæ est his honorabilior scientiadum certitudinem. Videtur autem hæc omnibus in esse animalibus: habent enim connaturalem potentiam iudicatiuam, quam vocant sensum. Cum insit autem sensus in ilis quidem animalium fit mansio sensibilis, in aliis autem non fit.in quibuscunque igitur non fit, aut omnino, aut circa quę non fit nec est in his cognitio extra quod sentiunt:in quibus autem fit sentientibus, habere vnum quiddam in animamultis quidem factis huiusmodi, iam differentia quædam fit vt in his quandam fit fieri rationem ex talium memoria : in aliis verò non. Ex sensu igitur fit memoria sicut dicimus: ex memoria autem multoties eiusdem facta experimentum.multæ enim memoriæ numero, experimentum est vnum:ex experimẽto aut ex omni quiescente vniuersale in anima: vno præter multa (quid cum in omnibus vnum sit illud idem)artis principium, & scientiæ : si quidem igitur circa generationem , artis est.Si verò circa ens,scientiæ. Neque igitur insunt determinati habitus, neque ab alijs fiunt notionibus sed à sensu.

Vt in pugna euersione facta vno stante,alter stetit,postea alter, quousque in principium veniant? anima autem huiusmodi, cum sit talis vt possit pari hoc stante. Quod autem dictum est ante,sed non clare dictum est', iterum dicamus.Stante enim vno indifferentium , primum quidem in anima vniuersale est: & nanque sentire quidem singulare , sensus autem vniuersalis est,vt hominis, non Calliæ hominis.Iterum & in his statu,quousque vti impartibilia stent & vniuersalia:vt huiusmodi animal,quousque animal

mal:& in hoc similiter. Manifestum igitur est, quoniã nobis prima, inductione cognoscere necessarium est: & nanque & sensus sic vniuersale facit.

Quoniam autem circa intelligentiam habitum quibus verum dicimus,alij quidem semper veri sunt: alii recipiunt falsitatem: vt opinio,& ratio: vera autem sunt semper scientię, & intellectus,& nihil est scientia certius aliud genus quam intellectus: principia autem demonstrationibus notiora sunt : scientia autem omnis cum ratione est: principium scientia quidem non vtique erit. Quoniam autem nihil verius contingit esse scientia quam intellectus: intellectus vtique erit principiorum. Ex his cõsiderationibus & quoniam demonstrationis principium non demõstratio: quare neque scientia scientia : si igitur nullam aliud præter scientiam habemus genus verum intellectus vtique erit scientię principium:& principium quidem principii erit vtiq; omne autem simili liter se habet ad rẽ omnem.

FINIS.

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM Principis Topicorum

LIBER PRIMVS.

D. SEVERINO BOETHO INTERPRETE.

SVMMA LIBRI.

De ratiocinandi speciebus, eiusq; partibus, et eius instrumentis.

ARGVMENTVM in cap. 1.

Propositum est nobis inuenire compendiosam viam, a qua facilè poterimus de omni re proposita ratiocinari, siue syllogizare. & cum syllogismus alius sit demonstrationis, de quo alias egimus, alius dialecticus, qui ex probabilibus est, alius litigiosus, qui ex his, quæ videntur probabilia, & non sunt, constat: de postremo

sophographus, qui fit ex principijs alienis scientiæ materiæ intellectis, hoc tempore nobis tractandum est de dialectico, qui ex probabilibus consistit. Probabilia autem sunt, quæ videntur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus, & his maximè notis in hac scientia non datur exalia ratio rerum, sed crassa minerua.

Quid intendit, & quæ ratiocinandi species. Cap. 1.

PROPOSITVM quidem negotij est methodum inuenire, per quam poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus, & ipsi disputationem sustinentes, nihil dicemus repugnans. Primum igitur dicendum, quid est syllogismus, & quæ eius differentiæ, quomodo sumatur dialecticus syllogismus: hunc enim quærimus secundum propositum negotium. Est itaque syllogismus oratio in qua positis quibusdam, aliquid aliud à positis ex necessitate accidit, per ea quæ posita sunt. Demonstratio verò est, quando ex veris & primis syllogismus fit, aut ex talibus, quæ per aliqua prima & vera, eius quæ circa ipsa est, cognitionis principium sumpserunt. Dialecticus autem syllogismus est, qui ex probabilibus est collectus. Sunt autem vera & prima, quæ non per alia, sed per seipsa fidem habent. Non enim oportet in disciplinaribus principijs inquirere propter quid, sed secundum vnumquodque principiorum ipsum per se esse fidem. Probabilia autem sunt quæ videntur omnibus, aut plurimis, aut sapientibus: & his vel omnibus, vel plurimis, vel ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

xime familiaribus, & probatis. Litigiosus autem est syllogismus ex ijs, quæ uidentur probabilia, non sunt autem. Et qui ex probabilibus quidem, aut ex ijs quæ uidentur probabilia, est apparens. Non enim omne quod uidetur probabile, est probabile: nihil enim eorum, quæ dicuntur probabilia in superficie, habet omnino phasiam velut circa litigiosorum disputationum principia accidit se habere. Statim enim sæpe etiam eis qui parua uidere possunt manifesta est in his falsitatis natura. Ergo prior quidem eorum, qui dicti sunt litigiosi syllogismi, etiam syllogismus dicatur: reliquis uero litigiosus quidem syllogismus: syllogismus autem non: eò quòd uidetur quidem ratiocinari, ratiocinatur autem minimè. Amplius autem præter omnes, qui dicti sunt, syllogismos, ex ijs, quæ sunt circa aliquas disciplinas peculiaria fiunt paralogismi: quemadmodum in Geometria, & his cognatis accidit se habere. Videtur autem hic modus differre à dictis syllogismis: nam neque ex veris, & primis colligit falsigraphus, neque ex probabilibus: nam sub definitione non cadit: neque enim quæ omnibus uidetur sumit, neque quæ pluribus, neque sapientibus, & his neque omnibus, neque plurimis, neque probatissimis: sed ex peculiaribus quidem disciplinæ sumptis, non veris autem syllogismum facit: nam eo quòd aut semicirculos describit non ut oportet, aut lineas quas ducit, non ut ducendæ sunt, paralogismum facit falsò scribendo. Species igitur syllogismorum, vt figuraliter sit complecti: sint quæ dictæ sunt, summatim autem dicendo de omnibus prædictis, & de his quæ peculiaria sunt dicenda, intantum nobis determinatum sit:

eò quòd de nullo eorum exactam rationem assignare deligimus, sed aliquantulum figuraliter de his volumus pertransire, omnino sufficiens arbitrantes esse secundum propositã methodum, posse cognoscere quomodo vnumquodque illorum se habet.

Argumentum in cap. 2.

Hæc valet ad exercitationes, obuiationes, & disciplinas philosophicas. ad exercitationes, quoniam possumus facilè arguere de quolibet proposito: ad obuiationes, quoniam possumus respondere de propris principijs disciplinæ ad ea quæ nobis videntur non bene dicti. ad philosophicas disciplinas, si quidem per eam possumus arguere ad vtranque partem contradictionis. & dialectico sufficit, quod nihil omittat de medijs ad conclusionem probandam, vel improbandam necessarijs, vt orator non semper vincit suadendo, quamuis diserius est, neque medicus semper sanat, sed satis est, quòd nihil omittant ad persuadendum, vel sanandum.

Ad quot vtilis Dialectica, differendique disciplina. Caput 2.

CONsequens autem est ex ijs quę dicta sunt dicere ad quot, & quæ vtile sit hoc negotium. Est autem ad tria: ad exercitationes, ad colloquia, ad eas, quæ secundum Philosophiam sunt disciplinas. Quod igitur ad exercitationem sit vtile ex his perspicuum est: methodum enim habentes facile de proposito argumentari poterimus. Ad colloquia uero, eò quod multorum enumerantes opiniones, non ex extraneis, sed ex

ex propriis doctrinis sermocinabimur ad eos transmutantes, quicquid non bene videntur nobis dicere. Ad secundùm philosophiam autem disciplinas: quòd potentes ad vtraque dubitare facile in singulis intuebimur verum, & falsum. Præterea autem ad prima eorum, quæ in vnaquaq; disciplina sunt principia. Nam ex propriis secundum propositam disciplinam principiis, impossibile est dicere aliquid de ipsis, cum prima principia sunt omnium: per ea verò quæ sunt circa singula probabilia, necesse est de ipsis tràfigere. Id autem proprium, maximè peculiare Dialecticæ est. nam cùm sit inquisitiua ad omnẽ methodorum principia viam habet. habebimus autem perfectè methodum, quando perinde habebimus ac in Rhetorica, & Medicina, & huiusmodi facultatibus: hoc autem ex ijs, quæ contingunt facere, quia eligimus. Nam neq; Rhetor omni ex modo persuadebit, neque Medicus sanabit: sed si ex ijs, quæ cõtingunt nihil omiserit, sufficienter eum disciplinam habere dicemus.

Argumentum in cap. 3.

Sed dialectica conclusiones, vel propositiones, & problemata sunt numero æqualia; sunt enim ex æqualibus prædicatis, quæ sunt quatuor; nam vnum prop. aut problema est terminus, siue definitio proprium, genus, & accidens.

Ex quibus, & quot, disceptatio Dialectica conflans. Caput. 3.

PRimum igitur considerandum ex quibus est methodus: si quidem sumpserimus ad quot

quot, & quæ, & ex quibus orationes, & de quibus syllogismi, & quomodo his abundemus, habebimus sufficienter propositum. Sunt autem numero æqualia, & eadem ea, ex quibus orationes, & de quibus syllogismi: fiunt enim orationes ex propositionibus: de quibus autẽ syllogismi fiunt problemata sunt. Omnis autem propositio, & omne problema, aut proprium, aut genus, aut accidens indicat: etenim differentia, cum sit generalis, cum genere ordinanda est. Quoniam autem proprium hoc quidem quid est esse significat, illud autem nõ significat, diuiditur proprium in vtrasque prædictas partes, & vocetur illud quod quid erat esse significat, terminus: reliquum verò secundum communem de ipsis assignatam nominationem nuncupetur proprium. Manifestum igitur ex ijs, quæ dicta sunt, q̃ secundum præsentem diuisionem, quatuor omnia accidit fieri, aut proprium, aut terminum, aut genus, aut accidens. Nemo autem nos opinetur dicere, quod vnũquodq; horum secundum se dictum propositio, uel problema est. sed quod ex his & problemata, & propositiones fiunt. Differunt autem problema, & propositio modo: nam, cùm sic dicitur, putasne animal gressibile bipes, definitio est hominis, & putasne animal genus est hominis? propositio est. Si autem, vtrum animal gressibile bipes definitio est hominis, an non? problema fit. Similiter autem & in aliis. Quare merito æqualia numero problemata, & propositiones sunt: nam ab omni propositione problema efficies mutãs modum.

Argu-

Argumentum in cap. 4.

Proprium est duplex, aliud indicat, quid est esse rei, & uocatur terminus, sine definitio. aliud uero dicat, & uulgò dicitur proprium. differt propositio dialectica à problemate; nam problema est interrogatio utriusque partis contradictionis; uelut, utrum animal rationale sit definitio hominis, nec ne. propositio autem dialectica est interrogatio unius partis: ut, an animal rationale sit definitio hominis. definitio autem est oratio indicans quid est esse rei, & sumitur pro nomine, & pro oratione complexa. huic sententiæ definitionis annectuntur idē, & diuersum circa idem, & diuersum definitione est magnum labor ad problema definitionis. proprium uniuersale quid soli inest, & reciprocè prædicatur de re. proprium est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quid quid est sunt, quid est homo, respondetur animal. generi autem annexa sunt idem & diuersum genere; terminantur enim eum genere; nam si animal est genus hominis, & bonis; homo, & bos sunt eadem genere.

De Termino, Proprio, Genere, & Accidente. Cap. 4.

Dicendum autem, quid Terminus, quid Proprium, quid Genus, quid Accidens. Est autem terminus quidem oratio quid erat esse significans. Assignatur autem aut oratio pro nomine, aut oratio pro oratione: possibile est enim & eorum, quæ sub oratione significantur, quædam definiri. Quicunque autem quodlibet modo nomine assignationem faciunt, manifestum quo-

quoniam non assignant ij rei definitionem, eo q̄ omnis definitio oratio quædam est: accommodatarum tamen termino, & huiusmodi ponendū est: vt quod honestum est, decens. Similiter autem & vtrum idem sensus, & disciplina, an diuersum: etenim circa definitiones, vtrum idē, an diuersum, plurima fit immoratio. Simpliciter autem accommodata termino omnia dicantur, quæ sub eadem disciplina cum definitionibus continentur. Quod autem omnia quę nūc dicta sunt, huiusmodi sunt manifestum ex hisponētes enim quod idem, & quod diuersum disputare, eodem modo, & ad definitiones argumentari facile poterimus: nam ostendentes quod non idem est, interimentes etimus definitionem, non tamen conuertitur quod nunc dictum est: non enim sufficiens est ad astruendū definitionem ostendere idem esse: attamen ad destruendum, sufficiens est ostendere quod non idem est. Proprium autem est, quod non indicat quid est esse, soli autem ineſt, & conuersim prædicatur de re: vt proprium est hominis Grammatices esse susceptiuum. Nam si homo est, & Grammatices susceptibilis est: & si Grammatices susceptiuum est, & homo est. Nemo enim proprium dicit, quod contingit alij ineſse, ut homini dormire, neque si forsitan per aliquod tempus ineſt soli. Si autem forte dicatur aliquid tale proprium, non simpliciter: aliquando: vel ad aliquid dicetur: nam ex dextris quidem esse, aliquando proprium est. Bipes autem ad aliquid proprium est dictum: ut homini ad equum, & canem. Quod autem eorum quæ contingunt alij ineſse, nullum conuersim prædicatur, manifestum est: non enim necessarium est si quid dor-

dormi, hominem esse. Genus autem est, quod de pluribus, & differentibus specie in eo quod quid est prædicatur. In eo quod quid prædicata dicuntur, quæcunque conuenit eum, qui interrogatus est, reddere quid est, quod propositum est: quemadmodum de homine conuenit eum, qui interrogatus est, quid est, quod propositum est, dicere quod animal. Generi autem accommodatum est, vtrum in eodem genere aliud alij, an in altero sit. Nam & huiusmodi sub eandem methodum cadit cum genere: disputantes enim quod animal genus hominis, simpliciter & bouis disputantes erimus, quoniam hæc in eodem sunt genere: si autem alterius quidem ostendamus quod genus est, alterius autem quod non est, disputantes erimus: quoniam non in eodem genere hęc sunt. Accidens autem est, quod nihil horum est, neque definitio, neque proprium, neque genus, inest autem eis. Et quod contingit inesse cuiuis vni, & eidem & non inesse: vt sedere contingit inesse alicui eidem, & non inesse, similiter autem & album, nam & idem nihil prohibet quandoque album, quandoque non album esse. Est autem accidentis definitionum secunda melior: nam cum detur prima, necessarium est si debet quis intelligere, præscire quid est terminus, & genus, & proprium: secunda autem perfecta est ad cognoscendum, quid est quod dicitur per se. Annectantur autem accidenti, & quæ ad se inuicem sunt comparationes quolibet modo ab accidente dictæ: vt vtrum honestum, an quod conducit expetibilius: & vtrum quę est secundum virtutem, an quæ secundum uoluptatem suauior vita, & si quid aliud similiter his est dictum de omnibus

talibus enim talibus vtri magis prædicatum accidit, quæstio fit. Manifestum est autem ex his, quoniam accidens nihil prohibet, & quando, & ad aliquid proprium fieri, vt sedere cum sit accidens, quando quis solus sedet, tunc aliquando proprium erit: solo uero sedente, ad non sedentes proprium: quare & ad aliquid, & aliquã do nihil prohibet accidens proprium fieri, similiter autem proprium non erit.

Argumentum in cap. 5.

Porrò accidens est duplex, quòd non est neque definitio, neque proprium, neque genus, sed rei inest, & est id, quod contingit inesse, & non inesse. huius annexa est comparatio secundum magis, & minus ut, hoc non est eligendum; quoniam non est magis eligendũ. at uerò genus, proprium, & accidens ad definitionem reducuntur, veluti si hoc non est proprium illius; quia non inest illi soli; nec genus: quia non inest aequaliter, nec accidens: quoniam non inest ei, ita nõ est definitio illius.

Quòd cætera prædicata aliquid claudant eorum, particulari. Cap. 5.

NOn lateat autem nos, quoniam quæ ad proprium, & genus, & accidens omnia dicuntur, & ad definitiones conueniet dici. Ostendentes enim quoniam non ei soli inest, quod est sub definitione (quemadmodum & in proprio) aut quoniam non genus quod assignatum est in definitione, aut quoniam non inest aliquid eorum, quæ in definitione dicta sunt, quod quidẽ & in accidente dici potest, interimentes etimus

mus definitionem. Quare secundum prius assignatam rationem omnia erunt quodammodo definitioni accommodanda, quæ numerata sunt. Sed non propter hoc vnam in omnibus vniuersalem methodum quærendum, neque enim facile inuenire hanc est: & si inueniatur, omnino obscura, & insuauis plane fuerit ad propositum negotium. Propria vero in vnoquoque ternorum generum assignata methodo, facile ea ijs quę circa vnumquodque propria sunt deprehendere. Sed & vniuersaliter figura quidem, quemadmodum dictum est prius, diuidendum est: reliquorum autem ea, quæ maxime sunt singulis peculiaria, annectendum, & finitioni & generi accommodata ea nuncupantes: pene autem adiuncta sunt, quæ dicta sunt ad singula.

Argumentum in cap. 6.

Verum eadem dicuntur tripli. numero. s. quæ eodem nomine appellantur, specie, quæ sunt sub eadem specie, & genere, quæ sub eodem genere. & quæ aquæ eiusdem sortis magis conueniant accidentaliter, quàm diuersorum fontium; non tamen eiusdem. liter. ita quæ non sunt plures modi, qui ad idem pertineant, quàm idem genere, specie, & numero. Sed numero est maximè idem. & triplex existit numero, scilicet, nomine, vel definitione ut, vestis, & indumentum. homo & animal gressibile bipes. idem proprio. & disciplinæ capax. & idem accidenti, ut Socrates, & sedens. sed idem accidenti, & idem nomine idem sunt quandoque; ignorato enim nomine alterius solemus ipsum circumscribere per accidentia.

Liber Primus. 593

Quot modis idem dicatur. Cap. 6.

PRimum autem omnium de eodem determinandum, quoties dicitur. Videbitur autem idem, vt figuraliter sit sumere, tripliciter diuidi. Numero enim, aut specie, aut genere idem solemus appellare. Numero quidem, quorum nomina plura, res autem una: vt indumentum, & vestis. Specie autem quæ cum sint plura, indifferentia sunt secundum speciem: vt homo homini, equus equo: nam huiusmodi specie dicuntur eadem, quæcunque sub eadem specie sunt. Similiter autem & genere eadem, quęcunq; sub eodē genere sunt: vt equus & homo. Videbitur autem ab eodem fonte aqua, quæ eadem dicitur, habere aliquam differentiam præter dictos modos: non tamen, sed & huiusmodi in eodē ordinentur ijs quę secundum vnam speciem quo modo dicta sunt omnia talia cognata, & affinia sibi inuicem videntur esse. Nam omnis aqua omni aquæ eadem specie dicitur, eo quòd habeat quandam similitudinem: ab eodem autem fonte aqua quæ eadem dicitur, nullo alio dicetur, quam eo quòd vehementior sit similitudo. Quare non separamus idem ab iis quæ secundum vnam speciem quoquomodo dicuntur. Maximè autem indubitanter quod vnum est numero, idem ab omnibus videtur dici. Soler autem & hoc assignari multipliciter: propriissimè autem, & primo, quando nomine, vel termino idem assignatum fuerit: vt vestis indumento, & animal gressibile bipes, homini. Secundum accidens, quando proprio: vt disciplinæ susceptibile homini, & quod natura sursum fertur, igni.

Tertium verò, quando ab accidente: vt sedentem vel musicum Socrati: omnia enim hæc vnum numero volunt significare. Quod autem verum sit quod nunc dictum est, ex transumentibus nuncupationes maximè quis discat: sæpe enim præcipientes nomine vocare aliquem sedentem, transumimus, quando fortè is non intelligit cui præceptum facimus, tanquam ab accidente ipso magis intelligente: & iubemus sedentem, vel disputantem vocare ad nos, manifestum est vt eundem opinantes, & secundum nomen, & secundum accidens significare. Ergo ideo quemadmodum dictum est, tripliciter datur.

Argumentum, in cap. 7.

Et prædicta quatuor prædicata reducuntur ad id quod decem prædicamentorum: singula enim prædicantur in quid, quantum, & quale, & alia. & prædicari in quid est cuiuslibet prædicamenti; sicut animal prædicatur in quid de homine, sic magnitudo de linea, & color de albedine.

Omnem disputationem dialecticam esse ex termino proprio, genere, aut accidente, & vbi illa reperiantur. Cap. 7.

QVoniam autem ex prius dictis sunt orationes, & per hæc, & ad hæc vna quæque fides est per inductionem. Si enim quis consideret vnamquanque propositionum, & problematum, apparebit aut à termino, aut à proprio, aut à genere, aut ab accidente fides. Alia autem fides per syllogismum: necesse enim

enim omne quod de aliquo prædicatur, aut conuersim de re prædicari, aut non: & si conuersim prædicatur, terminus erit, uel proprium. Nam si significat quid est esse, est terminus: si autem non significet, proprium: hoc enim erat proprium, quod conuersim prædicatur, non significans quid est esse. Si autem non conuersim prædicatur de re, aut ex ijs quæ in definitione subiecti dicuntur est, aut non: & si est ex ijs quæ in definitione dicuntur, genus, aut differentia erit, eo quòd definitio ex genere, & differentijs est: si uerò ex ijs non est, quæ in definitione dicuntur, palam est quoniam accidens erit: nam accidens dicebatur, quod neque terminus, neque genus, neque proprium, ineſt autem rei. Post hæc autem oportet determinare genera prædicamentorum, in quibus sunt dictæ quatuor differentiæ: sunt hæc autem numero decem: quid est, quantum, quale, ad aliquid, ubi, quando, situm esse, habere, facere, pati. Semper enim accidens, & genus, & proprium, & definitio in vno prædicamentorum horum erit: nam omnes ab his propositiones, aut quid est, aut quale est, aut quantù, aut aliquod aliorum prædicamentorum significant. Manifestum est autem ex eisdem, quoniam quod quid est significans, quandoque quidem substantiam significat, quandoque autem quale, quandoque vero aliquod aliorum prædicamentorũ: nam quando posito homine dixerit quòd positum est hominem esse, vel animal: & quid est dicit, & significat substantiam: quando colore posito dixerit, & positum est album esse, vel colorem, quid est dicit, & quale significat. similiter autem & cubitali magnitudine posi-

ta dixerit quòd positum est cubitalem esse magnitudinem, & quid est dicit, & quantum significat: similiter autem & in alijs. Vnumquodque enim talium, siue idem de eodem dicatur, siue genus de hoc, quid est significat: quando autem de alio, nõ quid est significat, sed quantum, aut quale, aut aliquod aliorum prædicamentorum. Quare de quibus sunt disputationes, & ex quibus, hæc & tot sunt. Quomodo autẽ sumemus, & per quæ copiosi erimus, post hæc dicendum.

Argumentum in Cap. 2.

Prop. igitur dialectica est ratio probabilis contra hos, vel pluribus, vel sapientibus, & his omnibus, aut pluribus, aut maximè notis, non extranea. Propo. enim quæ sapientibus videntur, ponenda sunt, quæ contrariæ sint opinionibus plurium. at verò multiplices sunt prop. dialecticæ: aliæ enim sunt per se probabiles, ut, omnis mater filium diligit: aliæ similes probabilibus, nempe, si probabile sit, quòd omnium contrariorum est eadem disciplina, & omnium eorum est idem sensus: &, si grammatica est una, & harum ea est una. aliæ contrariæ sunt probabilibus, & harum quædam protenduntur secundum contradictionem, ut, amicis oportet benefacere, & non malefacere: aliæ non, ut amicis oportet benefacere, & malefacere. & harum si una est probabilis, & altera probabilis: aliæ sunt probabiles, quæ ponuntur ab experto in qua qua scientia.

De propositione Dialectica. Cap. 2.

PRimum igitur determinetur quid est propositio dialectica: & quid problema dialecticum. Non

Non enim omnem propositionem, nec omne problema dialecticum ponendum: nullus enim offenses, qui meatem habeat, quod nulli videtur. nec proponet quod omnibus est manifestum vel plurimis: nam hæc quidem non habent dubitationem: illa autem nemo ponet. Est autem propositio dialectica, interrogatio probabilis aut omnibus aut plurimis, aut sapientibus, & his vel omnibus, vel plurimis, vel maximè familiaribus nõ inopinabilis. Ponet enim aliquis quod videtur sapientibus, nisi id contrarium sit multorum opinionibus. Sunt autem propositiones dialecticæ, & ea quæ probabilibus sunt similia, & contraria ijs quæ videntur esse probabilia secundum contradictionem protensa, & quæcunq; opiniones sunt secundum artes inuentas. si enim probabile est eandem esse contrariorũ disciplinam, & sensum eundem esse contrariorum probabile apparebit: & si vnam numero Grammaticem esse, & Tibicinariam vnam: si autem plures Grammaticas, & plures Tibicinarias: omnia enim similia & cognata hæc videntur esse. Similiter autem & ea quæ probabilibus sunt contraria secundum contradictionem protensa, probabilia videntur: si enim probabile est quod oportet amicis benefacere, & quod non oportet amicis malefacere, probabile est: est autem contrarium quidem, quod oportet malefacere amicis, secundum contradictionem, an non oportet: quod non oportet amicis malefacere. Similiter autem & si oportet amicis benefacere, inimicis non oportet: est autem & hoc secundum contradictionem contrarium: nam contrarium est quod oportet inimicis benefacere. Similiter autem & in alijs. Probabile autem & in

similitudine apparet etiam contrarium de eo
trario: vt si oportet amicis benefacere, & inimi
cis oportet malè: apparebit & contrarium hoc
quod è amicis benefacere, ei quod inimicis ma
le. Vtrum autem secùdum veritatem se habeat
an non, in ijs quæ de contrario dicentur, obten
dere. Palàm autem quoniam & quæcunque opi
niones secundum artes sunt dialecticæ propo
tiones sunt. Ponet enim aliquis ea, quæ videã
tur ijs, qui in eis probati sunt: vt de his quidem
quæ in Geometria, vt Geometer, de illis autem
quæ in Medicina, vt Medicus.

Argumentum, in cap. 9.

*Problema verò dialecticum est speculatio tendens
ad electionem, & fugam, vel ad veritatem, & scien
tiam, & quædam sunt, de quibus nullo modo opina
mur; alia de quibus sapientes aduersantur inuicem;
hæc est alia, de quibus vulgares inter se dissentiunt: po
sitio autem est opinio alicuius celeberrimi existimã
tis, quòd omnia moueantur, vel quòd omnia sint im
mota, sed omnis positio est problema, non contrà. nec omne
problema est dialecticum; quòd enim mouentur per sen
sum rationis non est dialecticum: nec per sensum
qui enim dubitat, vtrum deos venerari, & parentes obseruare deceat, necne, non sunt rationibus ad
uincendi, sed verberibus plectendi: item vtrum niue
sit alba, nec ne.*

De problemate dialectico, & positione dialectica. Cap. 9.

PRoblema autem dialecticum est speculatio
intendens vel ad electionem, & fugam, vel ad

ad veritatem, & scientiam, aut per se, aut vt ad
miniculans ad aliquid aliud talium, de quo aut
neutro modo opinantur, aut contrarie plerique
sapientibus, aut sapientes plerisque, aut vtri
que ijdem eisdem. Quædam enim problema
tum vtile est scire tantum ad eligendum, vel fu
giendum, vt vtrum voluptas sit eligenda, an nõ?
Quædam autem ad sciendum tantum, vt vtrum
mundus æternus sit, an non? Quædam vero ipsa
per se quidem ad neutrum horum, adminicula
tia autem sunt ad aliqua talium. Pleraque enim
ipsa quidem per se non volumus cognoscere,
sed aliorum gratia, vt per illa aliud quippiam eo
gnoscamus? Sunt autem problemata, & de qui
bus contrarij sunt syllogismi: dubitationem. n.
habent; vtrum sic se habent, an non sic, eo qđ
de vtrisq; sunt rõnes suasibiles. Et de quibus ra
tionem non habemus, cum sint magna, diffi
cile arbitrantes esse propter quid assignare: vt
vtrum mundus sit æternus, an non: nam huius
modi quæret aliquis. Problemata ergo, & propo
sitiones (vt dictum est) determinata sunt. Posi
tio est opinio admirabilis alicuius familiarium
secundum philosophiam: vt quod non est con
tradicere, quemadmodum dixit Antisthenes: &
quod omnia mouentur secundum Heraclitum:
aut quod vnum est ens, quemadmodum Meliss
sus dixit (nam de quouis contraria opinionibus
proferente, curam habere stultum est) aut de
quibus orationem habemus contrariam opi
nionibus: vt quoniam nõ omne quod est, vel fa
ctum est, vel æternum, quemadmodum sophi
sticè dicunt. Nam musicum, grammaticum esse,
neque factum, neque esse æternum. Hoc enim
& si alicui non videatur, videbitur vtique, eo

quòd rationem habeat suasibilem. Est igitur & positio quidem problema, non autem omne problema positio, eo quod quædam problemata talia sunt, de quibus neutro modo opinamur. Quòd autem est & positio problema, manifestum est: necesse est enim ex iis quæ dicta sunt, aut plures sapientibus circa positionem dubitare, aut utroslibet sibimet, eo quod opinio quædam admiranda positio est. Pensatem nunc omnia dialectica problemata, positiones vocantur. Differat autem nihil quomodolibet dictum: non enim nomen effingere volentes diuisimus sic ea, sed vt non lateant non, quædam eorum sunt differentiæ. Non oportet autem omne problema, nec omnem positionem considerare, sed quam dubitabit aliquis eorum, qui ratione egent, & non pœna, vel insu. Nam qui dubitant, vtrum oporteat deos honorare, & parentes diligere, an non, pœna indigent: qui verò vtrum nix alba, an nō, sentiu. Neque verò quorum propinqua est demonstratio, neque quorum valde longè: nam illa quidem non habent dubitationem, hæc autem magis quam secundum facultatem exercitationum.

Argumentum, in cap. 10.

Species autem argumentationis dialecticæ sunt duæ, syl. s. & inductio, quid sit syl. diximus in primo libro priorum. inductio autem est à singularibus ad vniuersale progressus: veluti, gubernator noster qui optimus est eligendus, sic auriga; ergo omnis in arte sua eruditus est eligendus. differt inductio à syllogismo, inductio cuius est planior ad sensum, & plurib⁹ notior, syl. autem est violentior, & ad contradicendum efficacior.

De speciebus Differendi, dialecticæq; Disputationis. Cap. 10.

DEterminatis autem his oportet diuidere, quot dialecticarū disputationū sunt species. Est autē inductio quidē hæc, illa autem syllogismus. Syllogismus quidē quid est, dictū est prius. Inductio verò est à singularibus ad vniuersalis accessio: vt si est gubernator eruditus, optimus, & auriga: & omnis, qui est eruditus in vnoquoque, optimus. Est autem inductio verisimili notior, & clarior, & secundum sensum notior, & pluribus communis: syllogismus autem valentior, & contradicentes efficacior. Ergo genera, de quibus disputationes, & ex quibus, quemadmodum ante dictum est, determinata sint.

Argumentum in cap. 11.

Instrumenta, quæ nos reddant copiosos ad syllogizandum, sunt quatuor, propositionum scilicet sumptio, multiplicis distinctio, differentiarum inuentio, & similitudinis consideratio, quæ omnia tria reducuntur ad sumptionem prop. qui enim scit distinguere bonū honestum, utile, & delectabile, potest hæc tres prop. sumere, hoc est, honestum est bonum, utile est bonum, & delectabile est bonum. sic qui cognoscit differentiam inter sensum, & disciplinam; quoniam amittit sensum, non potest naturaliter eum recuperare, sed qui amittit disciplinam, potest. ac præterea qui considerat similitudinem, quam habet sanationem ad sanitatem, & exercitium ad exercitium potest

mere has duas prop. sinatinum potest habere sanitatem, & euchimum euchimiam. tria igitur instrumenta reducuntur ad prop. sumptionem.

De instrumentis, quibus syllogismorum copiam nobis ad disserendum suppeditamus.
Caput. 11.

INstrumenta autem, per quæ abūdemus syllogismus, sunt quatuor. Vnum quidem, propositiones sumere. Secundum autem, quotuplex vnumquodque dicitur, posse distinguere. Tertium, differentias inuenire. Quarum autem similitudinis consideratio. Sunt autem & modo quodam tria horum propositiones. Est enim vnumquodque eorum propositionem facere, vt quod dignum est honestum, vel delectabile, vel utile: & q̄ differt sensus à disciplina, eo q̄ amitteri ea possibile est rursum sumere, illum autē impossibile. Et quoniam similiter se habet salubre ad sanitatem, & habile ad bonam habitudinem. Est autem prima propositio, ab ijs, quæ multoties dicuntur, secunda à differentijs, tertia verò à similibus.

Argumentum in cap. 12.

Pro quæ primò ponuntur decem considerationes, quarum prima est, quòd sumendæ sunt prop. apparentes omnibus, aut pluribus, aut sapientibus. Secunda, contrariæ probabilibus, & id sapiendo contrariarum ex parte subiecti, vel prædicati, vel modi enunciandi. Tertia, prop. probabiles secundum artem. Quarta, contrariæ similes probabilibus, vt sicut contrariorum est eadem disciplina, sic contrariorum

idem sensus. & sicut visus intus sit suscipiendo: sic auditus, & alij sensus. Quinta, respicere oportet descriptiones, de quibus disputamus, vt propositiones probabiles faciamus. Sexta, respiciamus prop. à dolijs prolatas, in scientia, in qua disputamus. Septima, consideratio fiat hæc. conclusionum, vel problematum alia sunt ethica; ut, utrum oporteat legibus magistratibus obedire, quàm parentibus: alia Logica; ut, utrum contrariorum sit eadem disciplina: alia Physica: ut, vtrum mundus sit æternus. Octaua, & nona respiciat prop. sine cond. Physicas, & Logicas. Decima, sint communes, vt, omnium propositorum est eadem disciplina.

De Sumptione propositionum.
Caput. 12.

ERgo propositiones quidē eligendum quotquot modis determinatum est in propositionē: aut omnium opiniones proponenti, aut pluribus, aut sapientum, & horum, vel omnium vel plurimorum, vel notissimorum, aut etiam contrarias apparentibus, & quæcunque opiniones secundum artem sunt: at oportet protendere contrarias apparentibus probabilibus secundum contradictionem, quemadmodum dictum est prius. Vtile autem est facere eas in eligendo non solum quæ sunt probabiles, sed & similes. Quoniam verò quòd contrariorum idem est sensus: nam & scientia contrariorum est eadem. Et quòd vinam & in alijs sensibus sic est, nam & audimus suscipientes aliquid, non emittentes: & olfaciminus eodem modo; similiter autem & in alijs. Amplius, quæcunque in omnibus, vel plurimis, videntur,

uidentur, sumendum ut principium, & apparentem positionem: nam ponunt qui non conspiciunt, in aliquo non sic. Eligere autem oportet & ex scriptis disceptationibus. Descriptiones autem facere in vnoquoque genere supponentes seorsum, vt de bono, aut de animali, & de bono omni, incipientem a quid est. Annotare autem & singulorum opiniones, ut quod Empedocles quatuor dixit elementa corporum esse: ponet enim aliquis, quod ab aliquo probatum est. Sunt autem (ut figuraliter sit complecti) propositionum, & problematum partes tres: nam aliæ sunt morales propositiones, aliæ naturales, aliæ rationales. Morales quidem huiusmodi, ut utrum oporteat parentibus magis, an legibus obedire, si dissentiant. Rationales vero, vt vtrum contrariorum eadem disciplina sit, an non. Naturales autem, ut utrum mundus sit æternus, nec ne. Similiter autem & problemata. At vero quales sint singula earum quæ dictæ sunt, definitione quidem non facile assignare est de ipsis. Est autem ea, quæ per inductionem est, assuetudine tentandum cognoscere vnamquamque earum, secundum præfacta exempla considerauti. Ad philosophiam igitur, secundum ueritatem de his negotiandum. Ad dialecticę autem quam maxime uniuersales propositiones omnes, & una facienda multæ, ut quod oppositorum eadem disciplina, deinde quòd ad aliquid. Eodem modo & ipse rursum duudecim, quousque cõtingere potest diuisio: ut quod boni, & mali, & albi, & nigri, & frigidi, & calidi similiter autem & in alijs. De propositionibus igitur sufficiant prædicta.

Argu-

Argumentum in cap. 13.

Sed pro multiplicis distinctione quindecim deseruntur considerationes, & prima est, si propositum, & assumptio disputanda diuersa habeat contraria, diuersis nominibus, vel eodem nomine nuncupata; est multiplex. secunda, si conclusio uno modo habeat contrarium, & altero non; est multiplex. tertia, si inter propositum, & eius contrarium uno modo sit medium, & alio non; est multiplex. quarta, si uno modo sit nomen contrarium, & altero aliud; est multiplex. quinta, si uno modo sit unicum medium, & alia plura; est multiplex. sexta si contradictorium conclusionis sit multiplex; & conclu. quoque. septima, si priuatiuum oppositum conclu. sit multiplex, & conclusio quoque. octaua, si principale sit multiplex; & casus ab eo descendens est multiplex; ut sicut sanationum est multiplex, ita & sanitas. nona, si una uox significet res diuersorum prædicamentorum; ut bonum in cibis, & in medicina, est æquinocum. decima, si quid ponatur in diuersis generibus non subalternis; esset æquiuocum, & multiplex; uelut, acutum in uoce, & in sapore. undecima, si contrarium conclusionis est in diuersis generibus, & conclu. quoque; quoniam si unum contrariorum multiplicitur dicitur; & contrarium etiam. duodecima, si quid conueniat alicui secundum rationem differentiæ definitiuæ; est multiplex; ut, acutum in risu, & in uoce. decimatertia, si quid conuenit aliquibus, quæ non sint comparabilia; id est multiplex. quartadecima, si differentia significat diuersorum generum; est multiplex. quintadecima, si conclusio uno modo sit genus, & alio differentia; est multiplex.

De

De Multiplici distinctione. Cap. 15.

IPsum autem quotupliciter negotiandum est, non solum quæcunque dicuntur secundum alium modum, sed & rationes eorum tentandã assignare, vt non solum quod bonum alio quidem modo dicitur iustitia, & fortitudo, habile autem, & salubre, sed quod & illa quidem eo quod ipsa qualia quædam sunt, hæc autem eo quod effectiua alicuius, & non eo quòd qualia quædam sunt. similiter autem & in alijs. Vtrum autem multipliciter, aut uno modo specie dicitur, per hæc considerandum. Primum quidem in contrario perspiciendum, si multipliciter dicitur, siue specie, siue nomine dissolueter. Quædam enim statim & nominibus alia sunt vt acuto in uoce contrarium est graue in magnitudine autem obtusum: patet igitur, quod contrarium acuto multipliciter dicitur: si autem hoc, & acutum. Nam secundum vtrumque horum aliud erat contrarium: non enim idem acutum erit obtuso, & graui contrarium, vtrique autem acutum contrarium. Rursum graui voce quidem contrarium acutum, magnitudine autem leue: quare multipliciter grauc dicitur, eo quod & contrarium. Similiter autem & pulchro, & quidem quod in animali turpe: ei vero, quod est in domo, pernicioſum quare æquiuocum pulchrum. In quibusdam autem nominibus quidem nullo modo distinat, specie autem manifesta in eis statim differentia est: ut in claro, & obscuro: vox enim clara, & obscura dicitur. Similiter autem & color. Ergo nominibus quidem nihil differt, ipse

re autem manifesta in eis statim differẽtia est: non enim similiter & color clarus dicitur, & vox clara: manifestum autem id est, & per sensum nam eorum, quæ eadem sunt specie, idem sensus: vt clarum, quod est in uoce, & colore, non eodem sensu iudicamus, sed hoc quidem visu illud autem auditu. Similiter autem & acutum, & obtusum in humoribus, & in magnitudinibus, sed hoc quidem tactu, illud autem gustu. Nam neque hæc dissonant nominibus, neque in seipsis, neque in contrarijs: obtusum enim est contrarium vtrique. Amplius, si huic quidem est aliquid contrarium, illi autem simpliciter nihil: vt ei, quæ est à potu delectationi, ea, quæ est à siti tristitia, contrarium: ei autem, quę est ab eo quod est considerare quod mensurabile est, costæ incommensurabilis, nihil est quare multipliciter delectatio dicitur. Et ei quidem quæ est secundum mentem amare, odisse contrarium est: ei autem quæ est secundum corporalem actum, nihil: manifestum ergo quoniam amare æquiuocum. Præterea in medijs. Si huic quidem est aliquid medium, illi autem nihil. Aut si vtrisque quidem est, non idem autem: vt clari, & obscuri in coloribus quidem aliquid est medium, fuscum in voce autem nihil. At si forte raucum, quemadmodum quidam dicunt raucam vocem, medium esse: quare æquiuocum clarum: similiter & obscurũ. Insuper si horum quidem plura media, illorum autem vnum, vt in claro, & obscuro. Nam in coloribus plura media, in uoce autem vnũ, rauum. Rursum in eo quod secundum contradictionem opponitur considerandum: si multipliciter dicitur. Nam si hoc multipliciter dicitur,

tur, & quod huic opponitur multipliciter dicetur. Vt non videre multipliciter dicitur, vnum quidem non habere visum, alterum autem nō operari visu. Si autem hoc multipliciter dicitur, necessarium est & videre multipliciter dici, vtique enim non videre opponitur: vt ei quidem quod est non habere visum, habere: illi autem quod non est operari visu operari. Amplius in his quæ secundum priuationem, & habitum dicuntur, perspiciendum. Si enim alterum multipliciter dicitur, & reliquum: si sensibile multipliciter dicitur, & secundum animam & corpus, & insensibile multipliciter dicetur, & secundum animam & corpus. Quod autem secundum priuationem & habitum opponuntur, quæ dicta sunt manifestum: eo quod nata sint vtrunque sensum habere animalia, & secundum animum, & secundum corpus: Amplius autem in talibus considerandum: Nam si iuste multipliciter dicitur, & iustum multipliciter dicetur: secundum vtrunque enim iustorum est iustum: vt si iuste dicitur, & secundum sui cognitionem iudicare, & vt oportet: similiter, & iustum. Eodem autem modo & si salubre multipliciter dicitur, & salubriter multipliciter dicetur. vt si salubre dicitur hoc quidem sanitatiue effectiuum, illud autem conseruatiuum, quidam vero significatiuum: & salubriter vel effectiue, vel conseruatiue, vel significatiue dicetur. Similiter autem & in alijs, quando ipsum multipliciter dicetur: & si cuius, ipsum. Considerandum autem & genera secundum nomen præmissionum, si eadem sint nominibus. Nam si non eadem, manifestum est, quoniam æquiuocum est quod dicitur: vt bonum in cibis quidem est

bonum est voluptatis, in medicina autem effectiuum sanitatis, in anima vero qualem esse: vt castam vel fortem, vel iustam: similiter autem & in homine, aliquoties autem & quando, vt in tempore bonum (bonum enim dicitur in tempore) plerunque autem quantum in mediocri (dicitur enim & mediocre bonum) quæ æquiuocum bonum. Similiter autem & candidum: in corpore equidem color, in voce autē audibile. Similiter autem & acutum: non enim similiter idem in omnibus dicitur: nam vox acuta quidem velox (sicut dicunt, qui secundum numeros armonici sunt) angulus autem acutus, qui minor est recto: gladius vero, qui est anguli acuti. Considerandum etiam & genera eorum, quæ sunt sub eodem nomine, si diuersa, & non subalterna sunt: vt equus, hoc autem animal, & hoc vas: diuersa enim, quæ secundum nomen est horum ratio: nam hoc quidem animal, quid significat, illud vero vas, quale quid. Si autem subalterna sint genera, non necessarium diuersas esse rationes: vt cor animal, & auis genus est: quando autem corvum dicimus auem esse & animal, quid dicimus eundem esse: quare vtraque genera de eodem prædicantur. Similiter autem & quando animal volatile bipes corvum dicimus, auem dicimus eandem esse: & sic ergo vtraque genera de corvo prædicantur, & ratio eorum. In non subalternis generibus non accidit hoc: neque enim quādo vas dicimus, animal dicimus: neque quando animal, vas. Considerandum autem non solum si in proposito diuersa sunt genera, & non subalterna: sed & in contrario. Si autem contrarium multipliciter dicitur, manifestum

tum quoniam & propositum. Vtile autem ad definitionem inspicere, quæ de compositis dicta sunt: vt candidi corporis, & candidæ vocis: nam sublato proprio, eandem rationem oportet relinqui. Hoc autem non accidit in æquiuocis, ut in ijs quæ nunc dicta sunt: nam hoc quidem est corpus habens talem colorem, illud autem vox bene audibilis, sublato igitur corpore, & non, idem in vtraque relinquitur: at oportet, vniuocum esset candidum, quod in vtraque dicitur esse idem. Sæpe autem & in ipsis definitionibus latet assequens æquiuocum. quapropter & in definitione considerandum, vt si quæ significatiuum, vel effectiuum sanitatis, quod moderate se habet ad sanitatem, dicat esse, non refutandum: sed inspiciendum quid moderatum quidem secundum vtrumque dixit: vt si hoc quidem tale significant, vt facere sanitatem, illud autem tale, vt significare qualis quidem sit habitus. Adhuc si non comparabilia sunt secundum magis, & minus, vel similiter: vt clara vox, clara vestis: & acutus humor, & acuta vox: hæc enim neque similiter dicūtur clara, vel acuta, neque magis alterum: quare æquiuocum clarum, & acutum: nam vniuocum omne, comparabile, aut enim similiter dicetur, aut magis alterum. Quoniam autem diuersorum generum, & non subalternatim positorum diuersæ species sunt, & differentiæ, vt animalis, & scientiæ (diuersa enim horum differentiæ) cōsiderandum, si quæ sub eodem sunt nomine diuersorum generum, & non subalternorum diuersæ differentiæ sunt, vt acutum vocis, & magnitudinis: differt enim vox à voce, eo quod acuta sit: similiter & magnitudo à magnitudine: quare æquiuocum esse

tum: diuersorum enim generum, & non subalternorum diuersæ differentiæ sunt. Rursum & eorundem, quæ sunt sub eodem nomine, diuersæ differentiæ sunt: vt colaris qui est in corporibus, & in melodijs. Nam eius, qui est in corporibus, congregatiuum, & disgregatiuum visus: eius vero, qui in melodijs, non eædem differentiæ: quare æquiuocum color: nam eorundem eædem differentiæ. Amplius, quoniam speciei nullius est differentia, inspicere oportet, si eorum, quæ sub eodem sunt nomine, hoc quidem species est, illud autem differentia: ut clarum quod in corpore quidem, species colaris, quod autem in voce, differentia. Differt enim vox à voce, eo quod clara sit. De eo igitur, quod multipliciter dicitur, per hæc, & huiusmodi perficiendum.

Argumentum in cap. 14.

Sed ad inuentionem differentiarum sequuntur duæ considerationes: & prima est inspiciendum est ad ea, quæ sunt eiusdem generis, in quo differunt: ut iustitia à fortitudine: secunda ad ea, quæ sunt diuersorum generum præsertim si non multum differant: hæc enim difficile est inuenire differentiam, vt inquid differat sensus à scientia. pro similitudinis autem consideratione duo describuntur, primum, inspicienda sunt ea, quæ sunt diuersorum generum propinquorum, an vnum sic se habeat ad aliud, sicut alterum: vt sicut se habet disciplina ad disciplinatum, sic sensus ad sensatum. Secundò, inspicienda sunt ea, quæ sunt in eodem genere, & si quid idem inueniatur, sunt similia. Vsus autem horum instrumentorum est, quia multiplicis distinctio confert ad propositum esse

dendum, deinde ut fiat disputatio ad rem, & non ad nomen: tertio cum quis sciet multipliciter dici quodque, non poterit decipi. Inuentio autem differentiarum non est utilis ad syllogismos de eodem, & diuerso, sed etiam qui ostendit aliqua differre, si declarat ipsa esse eadem deinde valet ad definitionem, quoniam quæque enim definitur per differentiæ proprias, quæ ab alijs separatur. Similitudinis uero consideratio primo valet ad inductionem, quoniam in inductione ex singularibus infertur uniuersale per aliquod simile in ipsis reperium. secundo est utilis ad syllogismos theticos, quoniam in syl. à transumpto ex una similitudine alterum propter eorum similitudinem. tertio valet ad definitionem; quoniam in definitione semper ultimo loco ponitur aliqua à in qua multa communantur, ut idem est tranquillitas in mari, & serenitas in aere: nam utraque est quies. & punctum, & unitas sunt idem, quia utrunque est principium.

De differentiarum inuentione. Similium consideratione, & utilitatibus Instrumentum.

Caput 14.

DIfferentias autem in ipsis generibus ad se inuicem perspiciendum: vt quo differt iustitia a fortitudine, & prudentia a temperantia: hæc enim omnia ex eodem genere sunt, ex uirtute. Et ex alio ad aliud, vt in ijs quæ non nimium differunt: in quo differt sensus a scientia: nam in ijs quæ multum differunt, manifestæ sunt omnino differentiæ. Similitudinem autem considerandum in ijs quæ sunt in diuersis generibus: vt sicut alterum ad alterum quidem, sic aliud ad aliud: vt sicut scientia ad scibile, sic sensus ad sensibile: & vt alterum in alterò

altero aliquo sic aliud in alio: vt quemadmodum visus in oculo, mens in anima, & vt tranquillitas in mari, serenitas in aere: utrunque enim quies. Maximè autem in ijs, quæ multum differunt exerceri oportet. facile enim in reliquis poterimus similia inspicere. Considerandum autem & ea, quæ sub eodem sunt genere, si qd inest omnibus idem: vt homini, & equo, & cani: nam si inest aliquid eis idem, in eo sunt similia. Vtile autem ipsum quidem, quod quotupliciter dicitur, considerasse, ad diluciditatem: maximè autem quis sciet quid ponatur, manifesto facto quotupliciter dicitur. Et ad fieri secundum rem eandem, & non ad nomē syllogismos: si enim immanifestum sit quotupliciter dicitur, contingit non ad idem etiam qui respondet, & qui interrogat, ferre intellectum: manifesto autem quotupliciter dicitur, & ad quid ferens ponat, ridiculus videbitur interrogans esse, si non ad hoc sermonem faciat. Vitio etiam, & vt non falsa ratione decipiamur, sed decipiamus potius: nam scientes quotupliciter dicitur non allucinabimur, sed sciemus si dicat ad idem sermonem faciat is, qui interrogat, & ipsi interrogantes poterimus apparenti ratiocinatione fallere. nisi is qui respondet astutus sophistes quotupliciter dicitur. Hoc non omnino semper possibile, sed quando fuerint eorū, quæ multipliciter dicuntur, alia quidem vera, alia autem falsa. Est autem propriè non conueniens modus hic dialecticæ: quare omnino vitiosa dialecticis hujusmodi ad nomen disputationes, nisi quis aliter non possit de proposito dissere. Differentias autem inuenire vtile, & ad syllogismos de eodem, & diuerso, & ad cognoscendum

scendum quid est vnumquodque. Quod autem ad syllogismos de eodem, & diuerso vtile, manifestum: inuenientes enim differentiam propositorum quamlibet ostendentes erimus, quoniam non idem. Ad cognoscendum autem quid est vnumquodque, eo quod propriam substantiæ cuiusque rationem, ijs quæ circa vnumquodque sunt, accommodatis differentijs separare solemus. Similitudinis autem consideratio vtilis est ad inductiuas rationes, & ad syllogismos ex suppositione, & ad assignationem definitionum. Ad inductiuas quidem rationes eo quod circa singula in similibus inductionem vniuersale existimamus inducere: non enim facile est inducere ignorantes similia. Ad syllogismos ex suppositione, eo quod probabile est quemadmodum in vno similium se habet, sic & in reliquis. quare ad quodcunque eorum facultatem habebimus disputãdi, profitebimur quemadmodum in his se habet, sic & in proposito habere. id enim ostendentes, & propositum ex suppositione ostendentes erimus: supponentes enim quomodo in his se habet, sic & in proposito se habere demonstrationem faciemus. Ad definitionum autem assignationẽ, eo quod potentes conspicere quid in vnoquoque idem, non dubitabimus ad quid oporteat genus, cum definiemus propositum, collocare: nam communium quod maxime in eo quod quid præd. tum, genus erit. Similiter autem in multo distantibus vtilis ad definitiones similitudinis consideratio: vt quod quidem tranquillitas in mari, & serenitas in aere: vtrunque enim quies. & quoniam punctum in linea, & vnitas in numero: vtrunque enim principium: quare communiter in

omnibus genus assignantes, arbitrabimur non exiguæ definire. Pene autem & definientes sic solent assignare. nam & vnitatem principium numeri dicunt esse, punctum principium lineæ. manifestum igitur quoniam ad communiter vtrorumque genus collocant.

Instrumenta itaque, per quæ sunt syllogismi, hæc sunt: loci ad tem, ad quos utilia sunt prædicta, ij sunt, qui dicendi sunt.

Aristotelis libri primi Topicorum, finis.

ARISTOTELIS TOPICORVM

LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

De locis absolutis accidentis siue ad refellendum, destruendumq;, siue ad asserendum, confirmandumq;.

ARGVMENTVM. in cap. 1.

In hoc libro secundo tractat Arist. de proble. accidentis & de problematibus simplicis inhærentiæ sed in genere proble. alia sunt vniuersalia, alia particularia, alia affir. siue constructiua, alia negatiua destructiua. ac prius vniuersalia sunt tractanda eorum maiora enim sunt. & ex vniuersalib. negatiua prius quam affir. destructiua enim pertinent ad oppugnatem, qui vt plurimum conatur probare negatiua partem, sed inter prob. illa accidentis sunt difficillima nam in accidentibus licet quandoque consequentia valeat ab ineſſe ad esse; non tamen semper: nam sequitur albedo ineſt Aethiopi; igitur aethiops est. sequitur albedo ineſt Aethiopi; igitur aethiops est. hns. in alijs autem consequentia semper valet ab ſi

ad esse; etenim sequitur animal rationale ineſt homini; homo igitur est animal rationale. in his problemata possunt errata committi, alterum est mentiri, alterum transgredi propositam locutionem, veluti si appellamus hominem platanum.

De problematibus vniuersalibus, & in quibus prædicatis ineſſe, & esse conuertuntur. Cap. 1.

SVNT autem problematum hæc quidem vniuersalia, illa vero particularia: vniuersalia quidem, vt omnis voluptas bonum est, & nulla voluptas bonum: particularia vero, vt aliqua voluptas bonum, & aliqua uoluptas non bonum. Sunt autem ad vtraque genera problematum communia vniuersalia: & constructiua, & destructiua. Ostendentes enim quod omni ineſt, & quod alicui ineſt ostendentes eximus: similiter autem & si quod nulli ineſt ostenderimus, & non omni ineſt ostendentes eximus. Primum ergo de vniuersalibus destructiuis dicendum, eo quod communia sint huiusmodi ad vniuersalia, & particularia, & quia magis positiones afferant eo quod ineſt, quam non: disputantes autem destruant.

Est autem difficillimum conuerti ab accidente propriam nominationem: nam aliquo modo & non vniuersaliter in solis contingit accidentibus. A definitione enim, & proprio, & genere necessarium est conuerti: vt si ineſt alicui animal gressibile bipes esse, cõuertentem verum erit dicere, quoniam illud animal gressibile bipes est. Similiter autem à genere: nam si animal

ineſt

ineſt alicui, animal eſt. Eodem autem modo & in proprio eſt: ſi enim alicui ineſt grammatices ſuſceptiuum eſſe, grammatices ſuſceptiuum eſſe. Nam nihil eorum contingit ſecundū quid eſſe, vel non eſſe: ſed ſimpliciter vel ineſſe, vel non ineſſe. In accidentibus autem nihil prohibet ſecundum quid ineſſe, vel albedinem, vel iuſtitiam. Quare non ſufficit oſtendere, quoniam ineſt albedo, vel iuſtitia, ad oſtendendum quod albus, vel iuſtus eſt: nam habet dubitationem, quoniam ſecundum quid albus, vel iuſtus eſt, quapropter non neceſſarium eſt in accidentibus conuertī. Determinare autem oportet & peccata, quæ ſunt in problematibus: ne ſint duo, vel in eo quod falſum dicunt, nel in eo quod tranſgrediuntur poſitam locutionem. Falſum etenim dicentes, & qui quod non eſt, ineſſe alicui dicunt, peccant: & qui extraneis nominibus res appellant (vt platanum hominem) tranſgrediuntur poſitam nominationem.

Argumentum in cap. 2.

Quòd autem ad probl. accidentis, ſi quis aſſignet aliquid aliorum prædicalorum ineſſe, vt accidenti, probl. eſt deſtruendum: veluti, ſi quis aſſignet calidum accidere alho, vel ambulationem nonem; multa eſſe aſſignatio: à nullo enim genere denominatiue ſit prædicatio de ſpecie dicitur, ſed genus de ſpecie vniuoce prædicatur. Quantum attinet ad probl. ſimpliciter inhærentiæ, alia trahuntur per locos intrinſecos, alia per extrinſecos, per intrinſecos à ſubſtantia, ſeruatur aliquæ conſiderationes. ac prima eſt per locum à totius vniuerſali; nam diſputare videa, an proprium

calum inſit omni, vel nulli: & tunc inſpiciat, ſi ſit inſtantia in ſpeciebus, ac præterea in individuis. ſi ſit; deſtruendum eſt probl. ſi non; conſtruendum eſt, exē gratia ſit probl. ſiue concln. diſputanda, vtrum omnium oppoſitorum ſit eadem diſciplina, inſpiciamus ſpecies, oppoſitorum, & individua; facilius enim eſt inſpicere pauca, quàm plura. ſi non ſit inſtā tia, conſtruendum eſt: ſi ſit; deſtruendum. ſecunda conſideratio, ſine locus ſumitur à def. nam, ſi quod prædicatum aſſignetur ineſſe ſubiecto, conſideremus, an talis def. conueniat ſubiecto. ſi conueniat; conſtruendum eſt probl. ſi non; deſtruendum: vt, vtrum Deus iniuſtè agat. Oportet videre quid ſit agere iniuſtè, & eſt alieni ſponte nocere. ſed, quia Deus nulli nocet; idcirco non iniuſtè agit. pro hoc loco tria ſunt præcipienda. primum in def. nomen notius debet poni loco definitoris. ſecundum ſi qua concluſio uniuerſalis diſſuadenda habeat inſtantiam, & velimus per ipſam aliquid probare; accipienda eſt eam inſtantia: nam inſtantia quærit argumentum reſpondentis. tertium in def. vtendum eſt nominibus, vt plures; loquendo enim eſt vt plures, ſciendum verò vt pauci: veluti, ſanatiuum eſt perfectiuum ſanitatis, vt multi dicunt: ſed vtrum ſit dicendum, eſt vt medicus. tertius locus inſpiciat ad multiplex, & primò ſecundum æquiuocationem: vt, ſi quid verbum ſit æquiuocum, & lateat reſpondentem; poteſt ſecundum unum ſenſum conſtrui, & ſecundum alium deſtrui. ſi nō lateat; oppoſitum debet diſtinguere deinde conſtruere, vel deſtruere: vt, vtrum omne opportunum ſit expediens; verbum expediens eſt diſtinguendum, cùm ſit æquiuocum: dicitur enim expediens utile, & honeſtum deinde poſſunt conſtrui quæſtiones, vel deſtrui. ſi nō multiplex ſit amphibologicum, & lateat reſpondē tem; primum debemus diſtinguere, & ſi velimus eſtruere;

struere; inspiciamus significatum, secundum quem prædicatum inest subiecto: si destruere significatum, secundum quem non inest: velut, virum disciplina sit una plurium; distinguendum est, quoniam potest esse una plurium, unius ut finis, & alterius ut medij ad finem. itaque ad construendum sat est aliquem construere sensum, ad destruendum ostendamus, quod nullo horum modo disciplina est una. verum quod ad locum attinet à transumptione si quid inesse ferebatur alicui sub ignoto nomine, transferamus ad notum, vt inuestigare possimus. Quartus locus est à genere ad speciem: vt, si contraria assignentur inesse alicui speciei; videndum est, virum insint generi eiusdem speciei, & construendum est probl. si non; destruendum est: vt, si velimus videre, an iustum insit sentire; videndum an insit ipsi indicare: eo quod iudicare est genus ad sentire: nam qui sentit, iudicat. deinde si quid assignetur generi; videamus, an insit speciei. si sit; construendum est: si non; destruendum. vnde aduertamus, si genus prædicetur; oportet aliquam speciem eius de eodem prædicari. deinde quæ habent aliquod genus, necesse est habere aliquam speciem eius generis. præterea de quo prædicatur secundum denominatiuè, de eo prædicatur aliqua species denominatiuè: vt, si anima mouetur; necesse est aliqua specie motus moueri. Quintus locus est ab antecedente, & consequente, qui quasdam habet considerationes, & prima est, si velimus construere consequens debemus primò construere antecedens; antecedens enim constructo, & probato, consequens erit probatum. secunda si velimus destruere antecedens debemus primò destruere consequens: destructo enim consequente, antecedens destruitur. tertia assignato consequens, vel antecedens, inspiciamus tempus. nonnullis verum antecedens potuit esse verum in aliquo tempore

re sine consequente; & malè est assignatum pro antecedente: vt, si mutuiri pro antecedente scribatur ad augeri; mala est assignatio. nam animalia semper nutriuntur, sed non semper augentur. Aduertat autem opponens, vt ducat respondentem ad id, quod est sibi magis notum, & hoc faciat, quando respondens negat id, quod est necessarium, vel apparens saltem ad propositum ostendendum. Oportet secundo opponentem tenere, ne assignet antecedens difficilius ad probandum, quam sit consequens: mala enim esset assignatio. Ad problemata, siue conclusiones dissutandas per loca extrinsecus, legūtur hæc, ac primum. Verum quæ dam insunt ex necessitate, quædam ut in pluribus, & quædam ut ad vtrumlibet. ex his accipiamus tria præcepta. primum, si aliquid insit vt in pluribus, & assignetur inesse ex necessitate: conclu. est confutanda; nam quod necessario inest, semper inest. secundò, si quid insit ut in paucioribus, & assignetur inesse vt in pluribus; est confutanda: vt, an homines sint mali? quia ex parte boni; arguendum est, quòd non, sed mali magna ex parte, pauci vero boni. vnde si respondens non egerit modum, per quem prædicatum inest subiecto, opponens contra eum instet, perinde ac si modum ipsum tradat assert. tertio si quis assignet idem sibiipsi accidere; conclusio est cōfutanda: vt si quis assignet voluptatem illam, quæ diuiditur in gaudium, iocunditatem, & lætitiam accidere lætitiæ probl. est confutandum.

Loci problematum, quòd quicquam insit, vel non insit. Cap. 2.

VNus autem locus est inspicere, si quid secundum aliquem alium modum inest, accidens assignauit. Peccatur autem maximè id circa ge-

Lo-

nera. Vt si quis albo dicat accidere colorem esse: nō enim albo colorem esse accidit, sed genus eius color est. Contingit autem & secundum nominationem determinare eum qui ponit: vt quod accidit iustitiæ virtutem esse. Sæpe autem & cum non determinet, manifestum quod genus vt accidens assignauit: vt si quis albedinem colorari dixerit, vel ambulationem moueri: à nullo enim genere denominatiue prædicatio de specie dicitur, sed omnia vniuoce genera de speciebus prædicatur: nam & nomen, & rationem generum suscipiunt species: qui igitur coloratum dixit album, neque genus assignauit, quoniam denominatiue dixit, neq; vt propriū, vel vt definitionem: nam diffinitio, & proprium nulli alij inest, sunt autē colorata, & pleraque aliorum, vt lignum, lapis, homo, equus: manifestum igitur quoniam, vt accidens assignauit. Alius locus est inspicere ea, quibus inesse aut omnibus, aut nulli dictum est: & considerare secundum species, & non in infinitis. Nam tranſitu magis, & in paucioribus consideratio: oportet autem considerare, & incipere a primis, deinde consequenter vsque ad individua: vt si oppositorum eandem disciplinam quis dixerit esse, perspiciendum si eorum quæ sunt ad aliquid, & contrariorum, & quæ secundum priuationem & habitum, & quæ secundum contradictionem dicuntur, eadem sit disciplina: & si in his nondum manifestum est, rursum ea diuidendum vsque ad individua: vt si iusti vel iniusti, vel dupli, vel dimidij: vel cæcitatis, vel visus vel esse, vel non esse. Nam si in aliquo ostenditur quod non eadem, interimentes erimus problema: similiter autem & si nulli inest: ipse autem

rem locus conuertitur ad construendum, & destruendum. Si enim in omnibus videatur cum definitionem proferimus, vel in pluribus, postulandum est autem vniuersaliter ponere, aut substantiam ferre in aliquo non sic esse: nam si neutrum horum faciat, absurdus apparebit, qui non ponet. Alius est, definitiones facere accidentis, & eius cui accidit, aut vtriusque de vtroque, aut alterius: deinde considerare si quid non verum in definitionibus, perinde ac veræ sunt prius sit. Vt si est Deum iniustitiam facere, quid iniustitiam facere: si enim nocere sponte, manifestum, quoniam non est Deum iniustitiam facere, non enim contingit nocere Deum: & si inuidus sit studiosus, qui inuidus, & quæ inuidia. Nam si inuidia est tristitia in apparenti prosperitate alicuius proborum, manifestum est, quod studiosus non est inuidus, præquis enim esset: & si indignans inuidus, quis vterque eorum: sic enim manifestum erit vtrū verum, an falsum sit quod dictum est. vt si inuidus quidem sit qui tristatur in bonorum prosperitatibus. indignans autem, qui in malorū prosperitatibus tristatur, manifestum quod nō erit inuidus indignans. Sumere autem & pro iis (quæ in definitionibus sunt) nominibus definitiones, & non desistere donec ad notum deueniatur sit: nam sæpe cum tota quidem definitio assignata, non manifestum est quod quæsitum: pro aliquo autem eorum, quæ in definitione sunt, nominum, definitione dicta manifestum fit. Amplius, problema propositionem si faciemus instare? Nam instantia erit argumentum ad positionem. Est autem locus hic per idem ei, quo considerare quibus inesse, vel

omni-

omnibus vel nullis dictum est, differt autem modo. Amplius, determinare quæ oportet dicere, vt plures, & quæ non. Vtile enim & ad constituendum, & ad destruendum: vt quod nouem rationibus quidem res nuncupidum vt plures quæ autem sunt talia ne, an non talia, non amplius attendendum ad plures. Vt salubre quidem dicendum effectiuum sanitatis, ceu plures dicunt, vtrum autem propositum effectiuum sit sanitatis, an non, non amplius vt plures dicendum, sed vt Medicus. Amplius si multipliceture dicatur, positum autem sit quoniam inest, aut quoniam non inest: alterum monstrare eorum quæ multipliciter dicuntur, si non vtraque contingat. Vtendum autem in ipsis quæ latent: nam si non lateat multipliciter dictum, inst bit quoniam non monstratum est id quod ipse dubitabat, sed alterum. Hic autem locus conuertitur & ad constituendum, & ad destruendum: nam construere volentes ostendemus quoniam alterum inest, si nō ambo poterimus. destruentes autem quoniam non inest alterum ostendemus, si ambo non poterimus, veruntamen destruenti quidem nihil oportet ex concessione disputare neque si omni, neque si nulli alium sit inesse, nam si ostenderimus quoniam non inest quodcunque id sit, interimentes erimus omni inesse: similiter autem & si vni ostenderimus inesse, interimemus nulli inesse. Constituentibus autem præconfitendum, quod cuiusque, inest omni inest, si verisimile sit postulatum. Non sufficit enim ad ostendendum quod omni inest, in vno disputasse: vt si hominis anima immortalis est, propter hoc anima omnis immortalis: quare præconfitendum, quod si quæcunque

que anima immortalis, omnis immortalis: hoc autem non semper faciendum, sed quando nō facile possumus communem in omnibus vnā rationem dicere: quemadmodum Geometer, quod triangulus duobus rectis æquos habet tres angulos. Si autem non lateat quod multipliciter dicitur, diuisum quotupliciter dicitur, & interimendum, & construendum. Vt si decens est vtile, aut honestum tentandum ambo construere, vel interimere de proposito: vt quod honestum: & quod vtile, vel quod neque honestum, neque vtile. Si autem non contingat vtraque, alterum ostendendum: annotato quod hoc quidem est, illud autem non: eadem autem ratio: etiam si plura sint in quę dividitur. Rursum quæcunque non secundum æquinocationem dicuntur multipliciter, sed alio modo. Vt disciplina vna plurium, vt finis, aut vt eius quod ad finem: vt medicina eius quod sanitatem facit, vt quod cibat, aut vt amborum finium velut contrariorum eadem disciplina (nihil enim magis finis alterum altero:) aut ut eius quod per se est, & eius quod per accidens: Et per se quidem quod triangulus duobus rectis æquales habet tres angulos per accidens autem quod æquilaterus: quoniam enim accidit triangulo æquilaterum triangulum esse, per hoc cognoscimus quod duobus rectis æquales habet. Si ergo nullo modo contingit ea dem esse plurimū disciplinam, manifestum quo niam omnino non contingit esse, aut si aliquo modo contingit, manifestum quod contingit. Diuidere autem quotupliciter vtile: vt si volumus construere, talia præstatuenda sunt quæ neque contingunt, & diuidendum in ea tan-

rum, quæcunque vtilia sunt ad constituendum: si autem destruere quæcunque non contingit, reliqua vero omittenda. Id autem faciendum in ijs cum licuerit quoruplicitèr dicuntur, & esse hoc quidem huius, aut, non esse ex eisdem locis astruendum: vt disciplinam, huius quidem aut vt finis, aut vt eorum quæ sunt ad finem, aut vt eorum quæ sunt secundum accidens, vel rursum non esse aliquid secundum aliquem dicendi modorum, eadem autem ratio, & in assidere, & quæcunque alia dicuntur pluribus. Est enim desiderium huius aut vt finis, vt sanitatis: aut vt eorum quæ sunt ad finem, vt medicinæ conficiendæ, aut vt eorum quæ sunt secundum accidens, vt in vino amicum dulce non quia vinum, sed quia dulce est: nam per se dulce desiderat, vinum autem per accidens: si enim auferetur sit, non amplius desiderat: per accidens ergo desiderabat. Vtilis autem locus & in ijs quæ sunt ad aliquid: per se enim talia ea, quæ ad aliquid sunt. Amplius transferre ad euidentius nomen. Vt pro exactio in oratione clarum, & pro curiositate cupiditas superfluarum rerum: euidentiori enim facto quod dictum est, bene argumentabilis est positio. Est autem hic locus ad vtrunque communis: ad constituendum, & ad destruendum. Ad ostendendum autem contraria circa idem inesse considerandum in genere. Vt si volumus ostendere, quod est circa sensum rectitudo, & peccatum: sentire quidem iudicare est, iudicare autem est rectè: & non rectè, & circa sensum erit rectitudo, & peccatum; nunc ergo ex genere circa speciem fit demonstratio sit: nam iudicare est genus sentiendi. Quis nasque sentit, aliquo modo iudicat. Rursus ex

ex specie generi: quæcunque enim speciei insunt, & generi: Vt si disciplina praua est, & studiosa, & dispositio praua, & studiosa: nam dispositio, disciplinæ genus. Primus autem locus falsus est ad constituendum, secundus autem verus: non enim necessarium quæcunque generi insunt, & speciei inesse: nam animal est volatile, & quadrupes, homo autem non: quæcunque vero ipse speciei insunt necessario & generi: si enim homo studiosus, & animal studiosum est. Ad destruendum autem & primus quidem verus, secundus autem falsus: quæcunque enim generi nō insunt, neque speciei: quæcunque vero speciei non insunt, non necesse est generi non inesse. Quorundam autem necessariorum de quibus genus prædicetur, & specierum aliquam prædicari: & quæcunque habent genus, vel denominatiue ab eisdem a genere, & speciem aliquam habere necesse est, vel denominatiue ab aliqua specie dici. Vt si de aliquo disciplina prædicatur, & Grammatica, vel musica, vel aliqua disciplinarum aliqua prædicatur, & si aliquis habet disciplinā, vel denominatiue a disciplina dicitur, & Grammaticam habet, aut musicam, aut aliquā aliarum disciplinarum, vel denominatiue ab aliqua earum dicetur, vt Grammaticus, vel musicus: si igitur aliquid dictū a genere quoque modo, vt animal moueri considerandum est si secundum aliquam specierum motus contingit animam moueri, vt augeri, vel minui, vel corrupi, vel generari, aut quæcunque alia motus species sunt: nam si secundum nullam, manifestum est quod non mouetur. Hic autem locus communis ad vtrunque, & ad constituendum, & ad destruendum: si enim secundum aliquam speciem mo-

uetur, perspicuum est: quoniam mouetur, & si secundum nullam specierum mouetur, manifestum quod non mouetur. cum autem facultas non adsit argumentationis ad positionem, intendendum ex definitionibus aut quę sunt propositæ rei vel quæ videantur, & si non ab vna, etiam à pluribus. Facile enim definientibus argumentari erit: nam ad definitiones facilis argumentatio. Considerandum autem in proposito, quoniam existēte necesse est positum esse, aut quod est ex necessitate, si propositum est. Constructe quidem volenti, quo existente propositum erit ex necessitate: nam si illud ostendatur esse & propositum ostensum erit: destruere autem volenti, quid est si propositum est: nam si ostenderimus consequens propositum non esse, intermentes erimus propositum. Amplius, ad tempus inspiciendum si alicubi dissonat. Vt si quod nutritur, dixerit quis ex necessitate augeri: nutriuntur enim semper animalia, augentur autem non semper. Similiter autem & si scire dixerit quis reminisci: hoc enim præteriti temporis est, illud autem præsentis, & futuri: scire enim dicimur præsentia, & futura, vt quoniam est Solis defectus, reminisci autem non contingit aliud quam præteritum. Amplius sophisticus modus ducere ad id, ad quod plurimam habemus argumentorum facultatem. Hoc autem erit quandoque quidem necessarium, quandoque autem apparens necessarium: quandoque autē neq; apparens, neq; necessarium quidē, si negante eo qui rēdet aliquid vtiliū ad positionē ad illud rationes facit: contingit autem id talium esse ad quæ copiosam argumentorum facultatem habemus, similiter autem: & quando in-

ductionem, ad aliquid per positū faciens, interimere conatur: hoc enim interempto, & propositum interimitur. Apparens autem necessarium est, quando videtur quidem vtile, & accōmodum positioni, non est autem ad id quod fiūt disputationes, siue negante eo qui disputationem sustinet, siue ab inductione probabili, per positionem ad idem factam interimere conetur ipsum: reliquum vero quando nec necessarium est apparens ad id ad quod fiunt disputationes, & sine causa accidit redarguere respondentem. Oportet autem deuitare postremum dictorum modum: omnino enim remotus, & extraneus videtur esse à dialectica. Quare oportet & respondentem non grauiter ferre, sed ponendo quæ non vtilia sunt ad positionem significare quæcunque non videntur, ponit tamen: nam magis perplexos esse vt plurimum contingit eos, qui interrogant, quando omnia huiusmodi ab eis posita fuerint, si non concludant. Amplius, omnis qui dixit vnumquoduis, quodam modo multa dixit: eo quod plura vni cuique ex necessitate consequentia sunt (vt qui hominem dixit esse & quod animal est dixit, & quod animatum, & quod bipes, quodque mensui consequentium interempto, interimitur & quod in principio est: cauere autem oportet in huiusmodi: difficilioris assumptionem facere. Nam quandoque facile est consequens interimere, quādoque id ipsum propositum. Quibuscunque autem necesse est alterum tātum inesse, vel non inesse, vt homini ægritudinem, vel sanitatem: si ad alterum facile poterimus dispicere quod ineſt, vel non ineſt, & ad reliquum sa-

esse potuimus. Hoc autem cõuertitur ad ver-
que: ostendentes enim quod inest alterum, quod
non inest reliquum ostendentes erimus: si au-
tem quod non inest ostendamus, reliquum in-
esse ostendentes erimus: manifestum igitur
ad vtrunque vtilis hic locus est. Amplius argu-
mentari transferendo nomen in orationem:
cum longe magis consentaneum visum fuerit
transumere quam vt ponitur nomen. Vt ma-
gnanimus non fortem (vt ponitur) sed magna
animam habentem: quemadmodum ingen-
tem, bona sperantem. Similiter autem & in-
geniosum, cuius fuerit genius studiosus, quem-
admodum Xenocrates inquit ingeniosum esse,
esse, qui animam sortitus est studiosam: ipsum
enim vnicuique est genium. Quoni in autem
rerum aliæ quidem sunt ex necessitate, aliæ au-
tem vt in pluribus, aliæ vero vtrumlibet, si quod
ex necessitate est, vt in pluribus ponatur, aut
quod vt in pluribus, ex necessitate: aut ipsum,
aut contrarium ei quod est in pluribus semper
dat locum argumentationis. Nam, si quod ex
necessitate est, vt in pluribus ponatur, mani-
festum quoniam non omni dicit inesse, cum
insit omni: quare peccauit sine, quod vt in
pluribus dicitur, ex necessitate dixit, omni di-
xit inesse, cum non insit omni: similiter au-
tem & si contrarium ei quod in pluribus est, ex
necessitate dixit, semper enim in paucioribus
dicitur contrarium ei, quod est vt in pluribus:
vt si vt in pluribus praui homines, boni in pa-
ciores sunt, quare multo magis peccauit, si bonos
ex necessitate dixit esse: similiter autem & si
quod vtrumlibet est, ex necessitate dixit, vel
in pluribus: neque enim ex necessitate vtrum-

hoc,

libet, neque vt in pluribus: contingit autem &
si non determinans dixerit vtrum vt in pluribus
an ex necessitate dixit: sit autem res vt in pluri-
bus disputare. vt si ex necessitate is dixerit. Vt
si prauos exheredandos dixit esse, non deter-
minans, ei quum ex necessitate is dixerit, dis-
putare. Amplius, & si idem sibi accidens posuerit
vt alterum, eo quod alterum sit nomen. Quem-
admodum Prodicus diuidebat voluptates, in
gaudium, & iucunditatem, & lætitiam: hæc
enim omnia eiusdem (id est voluptatis) no-
mina sunt: si ergo aliquis gaudere, ei quod est
lætari ponat accidere, idem vtrique sibiipsi di-
cet accidere.

Argumentum in cap. 3.

*Deinde in hoc capite fiat alia diuisio, vtrum, contra
ria possunt inter se complecti sex modis. primo quan-
do ambo prædicantur de duobus contrariis, & hoc du
pliciter. Primo, vt, amicis oportet benefacere, & ini
micis malefacere. Secundo, amicis oportet malefacere
& inimicis malefacere. Deinde quando ambo con
traria de eodem prædicantur bifariam, & hoc duplici
ter. Primo, amicis oportet benefacere, & amicis ma-
lefacere. Secundo inimicis oportet benefacere, & ini-
micis malefacere. Tertio quando idem prædicatur
de vtrisque contrariis, & hoc dupliciter. primo ami-
cis oportet benefacere, & inimicis malefacere: secun
do amicis oportet malefacere, & inimicis malefacere
re, unde duodecim ex istis prop. & contingentes
fiunt inter quas prima non opponitur secundæ, hoc er
tia quarta: sicut enim in illis complexionibus vna
pars elicienda est, & alteranda, sic in alijs. ex
hac diuisione iter habemus ambiguitatem: prima,*

si quod prædicatum assignetur inesse alicui subiecto, cui insit contrarium prædicati; destruendum est problema; cum impossibile sit contraria simul esse: secunda, si quod prædicatum assignetur inesse alicui subiecto, ad quod sequuntur contraria, vel contradictoria; consultandum est probl. ut, si idæa sequatur in nobis, destruendum est: essent enim multæ cum non moneamur. Tertia, si quod prædicatum assignetur inesse alicui subiecto, & habeat contrarium; videndum est, an physice contrarium eius insit subiecto, & non; consultandum est probl. veluti amici in nos ponitur odio; si quidem illa sit in appetitu concupiscibili; hoc uero in irascibili. verum si ad tractanda probl. inspiciamus ea, quæ opposita sunt, quo ad sequentias; scribuntur quatuor animaduersiones. Prima, si quis prædicatum assignetur inesse alicui subiecto; videamus, an eo rad ßorium subiecti dicatur de contrario prædicati per consequentia à contrario: & si sic, destruendum est: si non, destruendum: vt, si bonum est suaue; non suaue erit non bonum. Secunda, si consequens sequatur ad antecedens; videamus, an ad contrarium antecedentis sequatur contrarium consequentis: ut, si iustitia est virtus; iniustitia est vitium, & valet consequentia in ipso in contrarijs, non autem in contrario, nisi contraria se habeant per modum habitus, & partium: bona dispositio est sanitas; igitur ægritudo est mala dispositio. Tertia, si quid opponitur ad aliud, videamus an ad priuatiuè oppositum antecedentis sequatur priuatiuè oppositum consequentis: etenim consequentia erit bona: si non; mala: ut si risus est sensus; cæcitas est insensibilitas sensus: sunt, & valet consequentia in ipso in priuatiuis oppositis, sed non contrà. Quarta in relatiuis oppositis valet consequentia in ipsis: vt, si duplum est multiplex; sub duplum erit sub multiplex: valet in relatiuis

eadem

eadem esse, & non secundum dici: vt, non sequitur, scibile est sensibile; igitur sensus est scientia. Sed ad terminanda probl. siue quæstiones simplicis inhærentiæ per alios locos sumuntur quindecim considerationes. Prima, & secunda à coniugatis. Prima est, si quod coniugatorum construatur, vel destruatur cum aliquo; videamus, an alia se habeant eodem pacto secundum coniugationem: ut, si iustum sit studiosum; iustitia erit virtus, & quòd iuste fit, studiosè fit. Secunda, si coniugatum prædicatum de coniugato contrarium prædicati prædicabitur: de contrario subiecti: vt si bonum est suaue, malum erit triste. Tertiæ per locum à generatione, & quorum generationes sunt bona, vel corruptiones, ipsa sunt bona, vel mala, & iisdem in efficientibus, & corrumpentibus.

De eisdem terminandis problematibus, loci alij. Caput. 3.

QVoniam autem contraria connectuntur quidè sibi inuicem sex modis, contrarietatè assit faciunt quadrupliciter complexa: oportet accipere contraria quocunque modo vtile fuerit & destruenti, & construenti. Quod autem sex modis complectuntur manifestum: nam vtrunq; contrariorum vtrique cõtrariorum connectitur, hoc autem dupliciter, uerbo, amicis benefacere, & inimicis male: vel ecõuerso, amicis male, & inimicis bene: aut quando vtraque de vno: dupliciter autem & hoc vt amicis benefacere, & amicis male, vel inimicis benefacere, & inimicis male, aut vnum de vtrisque, & hoc quoque dupliciter, vt amicis bene & inimicis bene: vel amicis male & inimicis male. Primæ autem duæ dictę complexiones

nes non faciunt contrarietatem: nam id quod est amicis bene facere, ei quod est inimicis male facere, non est contrarium, vtraque enim eorum genera sunt vel eiusdem moris: neque id quod est amicis male, ei quod est inimicis bene: nam & hæc vtraque fugiendi, & eiusdem moris. Non videtur autem fugiendum facere dolo contrarium est, nisi hoc qui idem faciendum superabundantiam, illud autem faciendum defectum dictum sit. nam superabundantia fugiendorum videtur esse: similiter autem & defectus. Reliqua vero quatuor omnia faciunt contrarietatem: namid, quod est amicis benefacere, ei quod est amicis male, contrarium: nam à contrario mutatio & illud quidem eligendum, hoc autem fugiendum: similiter autem & in alijs. Nam vnaquæque coniugatione vnam eligendam, & alterum fugiendum: illud quidem bonum, hoc autem malum. Manifestum igitur ex ijs quæ dicta sunt, quod eidem plura contraria accidunt fieri: nam ei, qui id est amicis benefacere, id quod est inimicis benefacere, & id quod est amicis male, contrarium est. Similiter autem & aliorum singulis quibusque eodem modo co sidcrantibus, diuersa contraria apparebunt: accipere igitur contrarium quodcunque, erit ad positionem vtile. Amplius si est aliquid contrarium accidenti considerandum est, si ineſt ei cui dictum est accidens ineſſe. Nam si hoc ineſt, illud non erit: impossibile enim simul contraria esse ineſſe. Aut si quid tale dictum est de aliquo quod cum sit, necesse est contraria ineſſe: ut ideas in nobis quis dixerit esse. Nã & manentia

quiescere eadem accidet, & etiã sensibiles, & insensibiles esse: nam videntur ideæ quiescere, & immobiles, & intelligibiles esse ijs, qui ponunt ideas esse: attamen, cum sint in nobis, impossibile est immobiles esse. nam motis nobis, necessarium est & quæ in nobis sunt omnia simul moueri. manifestum autem quoniam & sensibiles, si in nobis sunt: nam per sensum, qui circa visum est, eam quæ in vnoquoque est formam cognoscimus. Rursum, si positum est accidens, cui est aliquid contrarium, considerandum si & contrarij susceptiuum, quod accidentis est, nã idem contrariorũ susceptiuũ: vt si odiũ hærere iræ q i dixerit, erit odiũ in furore specie, illic enim ita. inspiciendum igitur si & contrarium in furoris specie, an in concupiscentia: nam si non, sed in concupiscibili est. si enim esset odium iræ. Similiter autem & si concupiscibile ignorare dixerit: nam erit & disciplinæ susceptiuum, si quidem & ignorãtiæ quod quidem non videtur concupiscibile susceptibile esse disciplinæ. Destruenti ergo, quemadmodum dictum est, vtendum: astruenti vero quod ineſt quidem accidens nõ vtilis locus, quod autem contingit ineſſe vtilis. Ostendentes enim quod non susceptiuum est contrarij, ostenderimus quod neqs ineſt accidens, neque contingit ineſſe: si autem ostenderimus quod ineſt contrarium, aut quod susceptiuum est contrarij, nondum ostẽdentes erimus quod & accidens ineſt, sed quod contingit ineſſe in tantum solum ostensum erit. Quoniam autem oppositiones sunt quatuor, considerandum ex contradictionibus, conuerso ex consequentibus, & interimenti, & constituenti: sumere autem

autem est inductione. vt si homo, animal, non animal, non homo similiter autem & in alijs. Hic enim econuerso consequentia: nam hominem animal sequitur, non hominem autem, non animal, nequaquam, sed econuerso, non animal, non homo. In omnibus igitur tale est existimandum. vt si bonum suaue: & non suaue, non bonum, si autem non hoc, nec illud: similiter autem & si non suaue, nõ bonum. Manifestum igitur quod vtrumque conuertitur, quæ secundum contradictionem est consequentia econuerso dicta. In contrarijs autem considerandum si contrarium contrarium sequatur, an contra seipsa consequentia, an econuerso, & interimenti, & construenti. Sumere autem & talia est ex inductione quantum vtile est, contra ipsum consequentia est, vt in fortitudine, & timiditate. nam illa quidem sequitur virtus, hanc autem vitium: & illam quidem sequitur eligendum, hanc autem fugiendum: igitur contra seipsa & horum consequentia: contrarium enim eligendum fugiendo: similiter autem & in alijs. Econuerso autem consequentia, vt bonam quidem habitudinem sanitas sequitur, malam autem habitudinem ægritudo nequaquã, sed fortitudinem mala habitudo: manifestũ igitur quoniam econuerso in his consequentia fit. Raro autem econuerso accidit in contrarijs, sed in pluribus in seipsa consequentia: si ergo neque contra seipsa contrarium sequitur cõtrarium, neque econuerso, manifestum quoniam neque eorum quæ dicta sunt alterum sequitur alterum: sed nõ in contrarijs, & in ijs quæ dicta sunt necesse alterum sequi alterum. Similiter autem eorum

ijs, & in priuationibus, & habitibus respiciendum. Veruntamẽ nõ est in priuationibus econuerso: sed contra seipsa consequentiam necessariam est semp fieri: veluti visum sequi sensum, excitatem autem insensibilitatem: opponitur enim sensus insensibilitati, vt habitus & priuatio: nam illud horum quidem habitus, hoc autem priuatio est. Similiter autem habitui & priuationi, & in ijs quæ sunt ad aliquid: vtendum, contra seipsa enim, & horum consequentia, vt triplum, multiplum, & subtriplum sub multiplum dicitur: dicitur enim triplum quidem ad subtriplum, multiplum autem ad submultiplum. Rursus, si scientia, opinio: & scibile opinabile: & si visus sensus, & visibile sensibile. Instantia, quod non necesse est in ijs, quæ sunt ad aliquid, consequentiam fieri, quemadmodũ dictum est: nam sensibile scibile est, sensus autem non est scientia. Non tamen vera instantia videtur esse multi enim non dicunt sensibilium esse scientiam. Insuper autem ad contrariam non minus vtile quod dictum est, vt quod sensibile non est scibile, neq; enim sensus scientia. Rursus in coniugatis, & in casibus: & intelligenti, & construenti. Dicuntur autem coniugata huiusmodi, vt iusta, & iustus iustitiæ, & fortia, & fortis fortitudini. Similiter autem & effectiua, & conseruatiua, coniugata illi cuius sunt effectiua, & conseruatiua, vt sanatiua sanitatis, habituatiua habitudinis: eodem autẽ modo & in alijs: coniugata igitur talia solent dici. Casus autem, vt iuste, & fortiter, & sanatiue, habituatiue, & quæcunque eodem modo dicuntur. Videntur autem & quæ sunt secundum casus, coniugata esse, vt iuste

fortiter fortitudini. Coniugata autem dicuntur secundum eandem coniugationem omnia, vt iustitia, iustus, iustum, iuste: manifestum igitur quoniam vno quouis ostenso eorum, quæ secundum eandem coniugationem dicuntur, vt bono, vel laudabili: & reliqua omnia ostensa sunt: vt si iustitia ad laudabilium, & iuste, iustus, iustum laudabilium: dicetur antè iuste & laudabiliter secundum eundem casum, nam a laudabili quemadmodum iuste à iustitia. Considerandum autem non solum in eo quod dictum est, sed & in contrario contrarium. Vt quod bonum non ex necessitate suane, neque enim malum triste: aut si hoc, & illud: & si iniustitia scientia, & iniustitia ignorantia: & si quod iuste est, scienter & experienter est, quod iniuste est, ignoranter & inexperienter est: si autem hæc non, nec illa, velut in hoc quod nunc dictum: nam magis vtique apparebit quod iniuste experienter, quam inexperienter. Hic autem locus dictus est prius in contrariorum consequentijs, nihil enim aliud nunc ostendimus, quam contrarium sequi contrarium. Amplius in generationibus, & corruptionibus, & effectiuis, & corruptiuis, & interimenti & affectiui. Quorum enim generationes bonæ sunt & ipsa bona sunt: & si ipsa bona sunt, & generationes bonæ: si autem generationes malæ, & ipsa mala. in corruptionibus autem e contrario nam, si corruptiones bonæ, ipsa mala: si autem corruptiones malæ, ipsa sunt bona. Eadem ratio & in effectiuis, & corruptiuis, quorum enim effectiua bona, & ipsa bona: quorum vero corruptiua bona, ipsa mala.

Arg.

Argumentum in cap. 4.

Quæra inspicit similia, an simili modo se habeãt; vt, si ipsum habere sit videre; audi um habere erit audire. Quinta est etiam à simili, in quo non solum inspiciendum est vnum, sed multa; plerumque enim aliquæ in vno conueniunt, & in altero differunt, vt contingat plura esse, intellexere verò non plura. Sexta à maiori. Si quod prædicatum, assignatur inesse alteri subiecto; videamus, an ad ipsum sumptum eum alterum magis sequatur prædicatum; vt, si voluptas sit bona; maior voluptas erit magis bona. Septima ab eodem sumpta est, si duo prædicata adeo se habeant ad eadem subiectum, vt vnum eorum videatur magis inesse, quàm alterum id, quod magis videtur inesse, non inest, nec id quod minus; & si id quod minus, & illud quod magis. Octaua similis est. Si vnum prædicatum se habeat ad duo subiecta, ita vt magis videatur vni inesse, quàm alteri, si primo non inest; nec secundo. Nona ab eodem loco sumitur. Si duo prædicata se habeant ad duo subiecta, alterum quid, vnum magis videatur inesse subiecto, quàm secundo, si primum primo non inest; nec secundum secundo. Decima verò locum à simili est. Si duo prædicata similiter se habeant ad vnum subiectum; si vnum inest, & alterum. Vndecima ab eodem loco sumitur. Si vnum prædicatum similiter se habeat ad duo subiecta, & alterum. Duodecima quoque est. Si duo prædicata similiter se habeant ad duo subiecta, si primum in est primo, & secundum secundo. Decimatertia inspiciat ea, quæ videntur inesse, & inesse non; si quid appositum alicui faciat ipsum tale, cui appositum sit, ipsum est tale. Decimaquarta, si quod magis faciat ipsum magis tale; est magis tale.

Deci-

Decimaquinta, si quid insit alicui cum aduerbio magis; inerit etiam absque magis. Valent hæ considerationes ad construendum, sed non ad destruendum. Legitur tandem consideratio tum dialectica, tum sophistica, quæ est. si quid ineſt secundum partem sufficientem denominare suum totum, ineſt & simpliciter, & si non simpliciter; ineſt secundum partem temporis, vel loci insufficientem: ut, non sequitur, aliqui sunt liberales, vel casti à natura; igitur sunt studiosi: aut, contingit aliquid non corrumpi; igitur non corrumpitur: aut, ægrit confert diæta; igitur confert: aut, in aliquo loco est tantum vnum; igitur est tantùm vnum: aut, expedit medicari, quando quis ægrotat; igitur expedit medicari: aut, bonum est mactare patrem in tribulis; igitur bonum est mactare patrem.

Ex Similibus, Appositione, Magis, Minus, Simpliciter, & secundum Quid, loci. Cap. 4.

RVrsum in similibus si similiter se habeat; Vt si disciplina vna pluriũ, & opinio: & si visum habere est videre: & auditum habere est audire: similiter autem & in alijs, & in his quæ sunt, & in ijs quæ videntur. Vtilis autem hic locus ad vtrunque: nam si in aliquo similiter se habet, & in alijs similibus: si autem in aliquo non, nec in alijs similibus. Considerandũ autem & in vno, & in pluribus si similiter se habet. Aliquoties enim dissonat: vt si scire est cogitare, & multa scire est multa cogitare. hoc autem non verum, contingit enim plura scire, cogitare autem non: si autem non hoc, nec illud quod in vno, quod scire est cogitare: Amplius, ex minus & magis. Sunt autẽ eius, quod

est magis, loci quatuor. Vnus quidem si magis sequitur magis: vt si voluptas bonum, & magis voluptas, magis bonum: & si iniuriam facere, malum, & magis iniuriam facere, magis malũ. Vtilis autẽ ad vtrunque hic locus: nã si sequatur ad subiecti incrementum, accidentis incrementum, quemadmodum dictum est, manifestum quod accidit: si autem non sequatur, non accidit: hoc autẽ inductione sumendum. Alius, vno de duobus dicto, si cui magis vi ineſſe no ineſt, nec cui minus: & si cui minus vi ineſſe ineſt, & cui magis. Rursum duob. de vno dictis si quod magis videtur alij ineſſe non ineſt, neque quod minus, aut si quod minus videtur ineſſe ineſt, & quod magis. Amplius, duobus de duobus dictis, si quod alteri magis videtur ineſſe ineſt, nec reliquum reliquo: aut si quod minus videtur alteri ineſſe ineſt, & reliquum reliquo. Amplius, ex eo quod similiter ineſt, vel videtur ineſſe, tripliciter: quemadmodum in eo quod magis: vt in posterioribus tribus dictis locis dicebatur. Siue enim vnum quoddam duobus similiter ineſt, aut videtur ineſſe, si alteri non ineſt, nec alteri: si autem alteri ineſt, & reliquo, nec reliquum: siue duo eidem similiter, si alterum non ineſt, nec reliquum: si autem alterum, & reliquum. Eodem autem modo & si duobus duo similiter insunt: nam si alterum alteri non inest, nec reliquum reliquo: si autem ineſt alteri, & reliquum reliquo: ex eo igitur est magis, & minus: & quod est similiter tot modis contingit argumentari. Amplius autem ex appositione, si alterum ad alterum apposita faciat bonum, vel album, cum non fuerit talis album, vel bonum, quod appositum est,

erit album, vel bonum, quale re vera & totum facit. Amplius aũt, si id, ad quod est appositũ aliquid, facit magis tale, quale erat: & ipsum erit eiusmodi: similiter aũt & in alijs. Vtilis aũt non in omnibus hic locus, sed in quibus ipsius magis crementum accidit fieri. Iste vero locus non conuertitur ad destruendum: nam si non facit quod appositum est, bonum, nondum manifestum, si ipsum non bonum. Nam bonum male appositum, non ex necessitate bonum totum facit, nec album nigro, nec dulce amaro. Rursum si quid magis, & minus dicitur, & simpliciter in est. Quod enim bonum vel album non est, neq; magis & minus bonum vel album dicetur: nam malum de nullo magis, vel minus bonũ, sed magis malum, vel minus dicetur. Non conuertitur aũt hic locus ad destruendum: multa enim eorum quæ non dicũtur magis, simpliciter insunt: nam homo non dicitur magis, & minus, sed nõ propter hoc non est homo.

Eodem autem modo cõsiderandum, & in his quæ secundum quid, & quando, & vbi. Nam in secundum quid contingit, & simpliciter contingit. similiter autem & quando, & vbi: nam quod simpliciter est impossibile, neque secundum quid, neque secundum vbi, neque secundum quando contingit. Instantia: quoniam secundum quid quidem sunt natura studiosi, vt liberales, vel casti, simpliciter autem non sunt natura studiosi: nam nullus natura prudens. Similiter autem & quando contingit corruptibilium aliquid non corrumpi, simpliciter autem non contingit corrumpi. Eodem autem modo & vbi expedit quidem tali obseruantia vti, vt in morbosis locis: simpliciter autem non expedit.

expedit. Adhuc autem, alicubi quidem vnum tantum possibile est esse, simpliciter autem nõ possibile vnum tantum esse. Eodem autem modo & alicubi bonum est quidem patrem sacrificare, vt in Tribalis, simpliciter autem non bonum. an in hoc quidem non vbi significat, sed quibusdam? nihil enim refert vbicunque sint vbique enim erit eis bonum in Tribalis. Rursus quidem expedit medicari, vt quando ægrodo significat, sed in eo quod afficitur aliquo modo? nihil enim refert quandocunque, dummodo sic affectus sit. Simpliciter autem est, quod nullo addito dicis quod bonum est, aut contrarium: vt patrem sacrificare non dicis bonum esse, sed quibusdam bonum esse: non ergo simpliciter bonum: sed Deos honorare bonum dicis nihil addens: simpliciter enim bonum est. Quare quod nullo addito videtur esse honestum, vel turpe vel aliquid talium, simpliciter dicetur.

ARISTOTELIS TOPICORVM

LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

De locis Comparationum, qui accidentibus adscribuntur: & de plerisque locis absolutis accidentis.

Argumentum in cap. 1.

Differuit Arist. de locis communibus ad quæstionet propositas confirmandas, vel dissolvendas; nunc se confert ad loca, sive dignitates explicandas, quæ possint confirmare, vel destruere problema: sive quæ sunt accidentales, sive quæ de accidentibus agunt. Loca autem sunt comparativa, cum quibus possumus argumentari de accidentibus. Sed quoniam comparabilium alia multum inter se distant, alia parum, de his sigillatim dicendum erit, quæ parum distant; difficile enim est cognoscere, quod eorum sit eligibilius. Primus locus igitur est, quod diuturnius est, aut firmius magis est eligibile. Secundus, id, quod magis eligit vir prudens, aut probus, aut recta lex, aut circa singula peritus, aut quod plures, vel omnes. Tertius, id, quod magis est simpliciter

vel bonum; ut, si melior sit disciplina Philosophica, quàm Arithmetica. Quartus, abstractum est eligibilius, quàm concretum; ut, Iustitia, quàm iustum. Quintus, eligendum est magis id, quod est per se, quàm id, quod per aliud. Sextus, & id, quod per se, quàm quod per accidens. Septimus, & id, quod causa boni, quàm quod per accidens. Octauus, id, quod per accidens, quàm id, quod est causa mali. Nonus id, quod simpliciter est bonum, quàm non simpliciter. Decimus, id, quod est natura eligibilius. Vndecimus, quod melius, & honorabilius. Duodecimus, quod melioris est proprium. Decimustertius, quod in melioribus, vel prioribus, vel honorabilioribus est melius. Decimusquartus finis potius, quàm quæ sunt ad finem. Decimusquintus, & duorum quod propinquius est fini. Decimussextus, quòd ad vitæ finem pertinet, quàm quod ad aliud. Decimusseptimus, & possibile impossibili est eligibilius. Decimusoctauus effectiuum melioris finis. Decimusnonus finis finem iuperans, ut felicitas sanitatem. Vigesimus, id quod magis se honorabilius, & laudabilius; ut amicitia diuitijs.

De Meliorum, Eligibiliorumq; problematum locis. Cap. 1.

VTRVM autem eligibilius, aut melius duorum, plurimum, ex his perspiciendum. Primum autem determinetur, quod considerationem facimus non de plurimum distantibus, & magnam adinuicem differentiam habentibus (nullus enim dubitat, vtrum felicitas diuitijs expetibiliores) sed de ijs, quæ propinqua sunt, & de quibus dubitamus, vtrum

oporteat apponere magis, eo quòd nullam alia
mus alterius ad alterum præeminentiam. Ma
nifestum igitur in his quod ostensa vna præe
minentia, vel pluribus, constituetur intelligen
tia, quod id eligibilius est, quod eorum est præ
minens. Primum igitur quod diuturnius habi
liusve, eligibilius eo quod minus huiusmodi.
Et quod magis eligit prudens, vel bonus vir, vel
lex recta, vel studiosi circa singula delecti quæ
mus tales sunt, vel in vnoquoque genere pecu
vel quæcunque plures, vel omnes, vt in medici
na vel ædificatoria, quæ plures medicorum vel
omnes vel quæcunque omnino plures, vel om
nes, vel omnia, vt bonum, omnia enim bonum
appetūt. Oportet autem ducere ad id quod fac
zit vtile, quod dicendum est. Est autem simpli
citer quidem melius, ac eligibilius, quod secun
dum meliorem disciplinam: alicui autem, quod
secundum propriam. Deinde quod idipsum
quod est (eo quod non) in genere est: vt iustum
iusto. Nam illa quidem in genere bono, hoc au
tem non, & illa idipsum quod est, bonum est,
hoc autem nō. nam mihi dicitur idipsum quod
genus est, quod non est in genere. Vt albus ho
mo non est id quod color. similiter autem & in
alijs. Et quod propter se eligendum, eo eligen
do quod propter aliud eligibilius. Vt sanum ei
quam exercitati: illud enim propter se eligen
dum, hoc autem propter aliud. Et quod per se,
eo quod per accidens. Vt amicos iustos esse, eo
quod inimicos: illud enim per se eligendum,
hoc autem per accidens eligimus. Nam inimi
cos iustos esse secundum accidens eligimus, vt
nihil nobis noceāt. Est autem hoc idem ei quod
ante hoc, differt autem modo: nam amicos quo

dem iustos esse, propter se eligimus, & si nihil
nobis debeat fore, quamuis apud Indos sint:
inimicos aut propter alterum, vt nihil nobis no
ceant. Et quod causa boni per se, eo quod per
accidens causa. Quemadmodum virtus, fortu
nam illa quidem per se, hæc autem per acci
dens est causa bonorum, & si quid aliud huius
modi. Similiter autem & in contrario. Nam
quod per se est causa mali, fugibilius est eo qđ
per accidēs, vt vitium quam fortuna: nam illud
quidem per se malum, fortuna autem per acci
dens. Et quod simpliciter bonum, eo quod ali
cui eligibilius, vt sanum fieri, quam incidi. nam
hoc quidem simpliciter bonum, illud autem ce
cui indigentium incisione. & quod natura est,
eo quod non natura. vt iusti ia, iusto: illud em
natura, hoc autem acquisitiuum. Et quod me
lioris, & honorabiliori inest, eligibilius: vt Deo,
quam homini: animæ, quam corpori. Et quod
melioris proprium, melius quam quod peioris.
Vt quod Dei, quam quod hominis: nam secun
dum communia vtriusque nihil differunt ab in
uicem, proprijs autem alterum alteri differen
tijs supereminet. Et quod in melioribus, vel
honorabilioribus, est melius. Vt
sanitas robore, & pulchritudine: nam illa qui
dem in humidis, & siccis, & (vt simpliciter dica
mus) ex quibus prius constitutum est animal,
hæc vero in posterioribus: nam robur in neruis,
& ossibus: pulchritudo autem membrorum
quædam commensuratio videtur esse. Et si
milijs quæ sunt ad finem eligibilior videtur es
se. Et duorum, quod propinquius est fini.
& omnino quod ad vitę finē, expetibilius quam
quod ad aliud aliquid: vt quod ad fœlicitatem

contendit, quam quod ad prudentiam: nam qd ad fœlicitatem contendit, eligibilius. Et possibile impossibili. Amplius, cum duo sint effectiua, cuius finis melior, & ipsum melius. Cum autem sit effectiuum, & finis: ex proportione, quando pluri superat finis finem quàm ille propriam effectiuum. Vt fœlicitas pluri superat sanitatem, quam sanitas salubre: quare effectiuum felicitatis melius sanitate: nam quantum felicitas superat sanitatem, tantum & effectiuum fœlicitatis, salubre superati: sanitas autem salubre minus superabat, quare plus superat effectiuum fœlicitatis salubre, quam sanitas salubre: quapropter effectiuum fœlicitatis melius sanitate. manifestum igitur, quòd eligibilius effectiuum fœlicitatis, quàm sanitas: nam idem plus superat. Amplius melius est quod propter se, & honorabilius, & laudabilius. Vt amicitia diuitijs, & iniustitia sanitate, & robore: nam illa quidem propter se honorabilium, hæc vero nõ propter se, sed propter aliud: nullus enim honorat diuitias propter se, sed propter aliud: amicitiam vero propter se, & si nihil nobis debeat aliud ab ea esse.

Argumentum in cap. 2.

21. Quæ consequuntur maius bonum 22. qd consequuntur minus malum 23. plura bona pauciorum. quæ sunt eligibiliora 24 quæ cum voluptate magis, quam quæ sine voluptate 25. cum lætitia magis, quam cum tristitia. 26. in illo tempore, in quo plus valet, eligibilius est. 27. quod in omni tempore, vel in plurimo utilius: ut iniustitia fortitudine 28. id, quod relinquit eligibilius. 30. quod propinquius est bono. 31. quod melioris est similius. 32. quod magis nobile est. 33. & quod difficilius acquiritur. 34. & quod magis proprium. 35. & quod magis est a malis remotum. 36. & quod melius, & simpliciter bonum est, vt homo quam equus. 37. & optimum optimo. 38. & id, de quo possunt amici participare. 39. & quæ ad amicum accedere malumus. 40. & quæ sunt circunstantia, quam necessaria, & melius est bene viuere, quam viuere. 41. & quod non est ab alio exquirere. 42. & quod sine alio non potest esse. 43. & quod nobis magis videtur. 44. & quod minus increpamus, vt amissio nummorum, quam filiorum 45. & id, pro cuius absentia non molestè ferentes magis increpandum.

Alij eiusdem problematis locis. Cap. 2.

AMplius, quando duo aliqua fuerint valde similia inuicem, & non poterimus præsentiam aliquam conspicere alterius ad alterum, videndum ex ijs quæ sequũtur. Nam cum consequens est maius bonum, hoc eligibilius. Si autem sint consequentia mala, cui consequens minus malum, hoc eligibilius. Nam cum vtraque sint eligenda, nihil prohibet molestum aliquid sequi: dupliciter autem ab eo quod sequitur consideratio, nam & prius, & posterius sequitur: vt addiscentem ignorare prius, scire autem posterius: melius autem vt plurimum, qd posterius sequitur. sumendum igitur eorum quæ sequuntur quodcunque fuerit vtile. Amplius, pluta bona pauciorum, vel simpliciter, vel quando altera alteris insunt, vt pauciora in pluribus. Insuntia, si alicubi, alterum alterius

gratia

gratia. nihil enim eligibiliora vtraque quam eorum: vt sanum fieri, & sanitas: quàm sanitas, eo quòd sanum fieri propter sanitatem eligimus. Et non bona, bonis nihil prohibet eligibiliora esse, vt fœlicitatem: & aliud aliquid quod non est bonum, iustitia & fortitudine. Et eadem voluptate magis, quàm sine voluptate: & eadem cum indolentia, quàm cum tristitia. Et vnumquodque in quo tempore magis valet in hoc est eligibilius. Vt carentia tristitiæ in senectute magis, quàm in iuuentute: magis enim in senectute valet. Secundum hæc autem, & prudentia in senectute eligibilior: nemo enim iuuenes eligit duces, eo quod non constat eos prudentes esse. Fortitudo autem è contrario: in iuuentute enim magis necessaria secundum fortitudinem operatio: similiter autem & in temperantia, magis enim iuuenes quàm senes concupiscentijs molestantur. Et quod in omni tempore, vel in pluribus vtilius. Vt iustitia, & temperantia, fortitudine: nam ille semper, hæc autem aliquando vtilis. Et quod, cum omnes habeamus, nihil altero indigeremus, quàm quod cùm haberemus, indigeremus reliquo. Vt in iustitia & fortitudine: nam non si omnes essent iusti, nihil vtilis fortitudo, si verò omnes essent fortes, vtilis iustitia. Amplius ex corruptionibus & abiectionibus, & generationibus, & sumptionibus, & contrarijs. Quorum enim corruptiones malæ, ipsa eligibiliora: similiter autem & in abiectionibus, & in contrarijs: nam si abiectio vel contrarium fugibilius est, ipsum eligibilius. in generationibus autem, & sumptionibus è contrario. Quorum enim sumptiones, & generationes eligibiliores, ipsa quoque eligibiliora.

Alius

Alius autem locus est. Quod propinquius bono, melius, atque eligibilius. Et quod similius est bono, vt iustitia iusto. Et quod meliori eorum est similius, quemadmodum Aiacem Vlyssi aiunt aliqui meliorem esse, eo quòd similior est Achilli. Instantia huius est, quod non vera sit: nihil enim prohibet non qua oratione optimus est Achilles, eadem similiorem esse Aiacem, cum erit alter quidem bonus, non similis autem. Considerandum autem si & in ridiculosioribus sit simile: vt simia homini quam equo, cum non sit similis: nō enim est simia melior, similior tamen est homini. Rursum in duobus: si hoc quidem meliori, illud autem peiori est similius erit melius quod meliori est similius. Habet autem & hoc instantiam: nihil.n. prohibet hoc quidem meliori parum simile esse, illud autem peiori valde: vt sit Aiax quidem Achillis parum, Vlysses autem Nestori valde: vt hoc quidem meliori in peioribus: illud autē peiori in melioribus: vt equus, asino, & simia homini. Et quod maximè insigne, eo quod minus vale. Et quod difficilius: magis enim amasi. Et quod magis proprium, eo quod communius. Et quod malis incommunius: nam magis eligendum quod nulla molestia sequitur, quam quod sequitur. Amplius, si hoc illo melius, & omnino optimum eorum, quæ in hoc, melius eo quod in altero optimum. Vt si melior est homo quàm equus, & optimus homo optimo equo melior. Et si optimum optimo melius, & simpliciter hoc illo melius: vt si optimus homo optimo equo melior, & simpliciter homo, simpliciter equo melior. Amplius, ea quæ volumus

amicos

amicos participare, eligibiliora, quam quæ nō. Et quæ ad amicum agere malumus, quam quæ ad quemlibet, illa eligibiliora. Vt iustè agere, & benefacere, magis quam videri, nam amicis benefacere volumus magis quam videri: quibuslibet autem è conuerso. Et quæ sunt ex circunstantia necessarijs meliora, aliquando autē & eligibiliora. Melius enim quam viuere bene viuere: bene autem viuere est ex circunstantia: ipsum autem viuere est necessarium. Aliquando autem meliora non etiam eligibiliora: non enim si meliora, necessario quod eligibiliora: philosophari si quidem melius quam lucrari, sed non magis eligendum. indigentia necessarijs. Ex circunstantia autem est, quæ ex existentibus necessarijs, alia quædam adijciuntur bonorum. Fere autem fortasse eligibilius quod necessarium est, melius autem quod ex circunstantia. Et quod non est ab alio exquirere, quam quod est, & ab alio. Quale sustinere ad fortitudinem. Et si hoc quidem fine illo eligendum, illud autem sine hoc non: potestas sine prudentia non eligenda, prudentia vero sine potestate eligenda. Et horum alterum negamus, vt reliquum videatur nobis inesse: illud eligibilius, quod volumus nobis deri inesse. Vt laborem diligere nos negamus, vt ingeniosi esse videamur. Amplius, pro absentia minus increpandi sunt molestè ferentes, hoc magis eligendum. Et pro cuius absentes non molestè ferentem magis increpandum intelligibilius.

Argumentum in cap. 4.

46. & quod habet propriam virtutem, est eligibilius. 47. & quod eam magis habet. 48. & id, quod facit bonum. 49. & id, quod magis facit, aut melius, aut principalius. 50. & ea, quorum casus, vsus, & operationes sunt magis eligenda, ipsa sunt magis eligenda, & si quod iuste fit, melius est, quam id quod fortiter. & si quod fortiter est melius, quam forte. 51. & id, quod maius bonum est, quam minus. 52. & id, quod eligibilius, vt virtus sanitate. 53. & id, enius causa sumus, vt sanitas est eligibilior pecunia. 54. & id, quod adiungitur reddit aliud magis eligendum. 55. & id, quod augmentum, ad minus bonum facit totum magis bonū. 56. & id, quod ablatum facit reliquum minus bonum. 57. & id, quod per se, quam quod per gloriam, vt sanitas est eligibilior pulchritudine. 58. & id, quod per se, & propter gloriam.

Alij Meliorum, Eligibiliorumque loci. Cap. 2.

A Melius eorum, quæ sunt sub eadem specie, quod habet propriam virtutem, eo quod eam habet. vtrisq; autem habentibus, quod magis habet eligibilius. Amplius, si hoc quidē facit bonum illud cui adest, illud autem non facit: quod facit, eligibilius. Quemadmodum calefactiuum quod calefacit, eo quod non. Si autem vtrumque facit, quod magis facit, aut quod melius, & principalius facit bonum: vt si hoc quidem animam, illud autem corpus. Amplius autem a casibus, & vsibus, & actionibus, & operibus, & hæc ac illis. Sequuntur enim sese inuicem:

cem: vt si quod iuste est eligibilius quàm quod fortiter, & iustitia fortitudine eligibilior: & si iustitia quam fortitudo eligibilior, & quod iuste, quàm quod fortiter: similiter autem & in alijs. Amplius si aliquo eodem hoc quidem maius bonum est, illud autem minus: magis eligendum maius, aut si maiore maius fuerit alterum. Sed & si duo quædam vno aliquo sint eligibiliora: quod longe eligibilius, eo quod minus est eligendum, eligibilius. Amplius, cuius est superabundantia eligibilior, & ipsum eligibilius. Vt amicitia pecunijs: nam eligibilior per abundantia amicitiæ, quàm pecuniarum. Et id cuius magis eliget quis vt ipse sibi causa sit, quàm cuius alter. Vt amicos pecunijs. Amplius, ex appositione si eidem appositū aliquid quod totum eligibilius facit. Caueæ autem oportet extendere ad ea, in quibus altero quidem appositorum vtitur cōmune, vel alio quodlibet modo cooperatiuum est, reliquo autem non vtitur, neque cooperatiuum est, vt serra, & faber cum arte fabrili: nā eligibilior serra confecta, simpliciter autem nō eligibilior. Rursus si minori appositum aliquid, quod totum maius fiet. Similiter autem, & ex ablatione: quo enim ablato ab eodē, quod restat est, minus, illud maius erit, quod ablatum, reliquum minus fiet. Et si hoc quidem propter se, illud autem propter gloriam eligendum. Vt sanitas pulchritudine: terminus autem eius, quod est ad quod quidem propter se, & propter gloriam eligendum: illud autem propter alterum tantum. Vtrum uis magis propter se honorandum, hoc & melius, & eligibilius. Honorabilius vtique

sit secundum se, quod eum nihil aliud debeat esse, propter se eligimus magis. Amplius, diuidendum quoties quod eligendum est dicitur, & quorum gratia: vtilis, vel honesti, vel delecta bilis. Nam quod ad omnia, vel ad plura est vtile, eligibilius fuerit eo, quod non sic. Si autem eadem vtrisque insunt, vtri magis in sint considerandum. Vt vtrum delectabile, an honestum, an vtile magis. Rursum, quod propter melius eligibilius. Vt quod propter virtutem, quam quod propter delectationem. Similiter autem, & in fugiendis. Nam magis est fugiendum, quod magis impedit virtutes, vt ægritudo turpitudine: nam & voluptatis, & eius, quod est studiosum esse, prohibentior est ægritudo. Amplius ex similitudine monstrari potest fugiendum, & eligendum quod propositum est. Nam minus eligendum huiusmodi, quod æque & eligeret aliquis, & fugeret: altero quod eligendum est tantum ad se inuicem igitur comparationes (quemadmodum dictum est) faciendum.

Argumentum in cap. 4.

19. & id, quod est per se magis honorandum. 60. & id quod est vtile ad omnia, vel ad plura. 61. & id, quod delectabilius, honestius, aut vtilius. 62. & quod melioris gratia 63. & quod minus fugiendum. 64. & quod sit honorabilius ex eo honorabile est eligendum. Et quæcunque valent ad destruendum, vel construendum probl. vniuersale, valent & ad particulare; nam si quis ostendat aliquid inesse omni; & id inesse alicui. Et locus ab oppositis, casibus, coniugatis, generatione, & corruptione valent ad terminanda probl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

probl. particularia: vt, si quis ostendat generaliter bonum aliquis esse bonum, ostendet & illud esse bonum. Posset ex si quid in aliquo genere videatur magis esse tale, quam aliud in alio genere, si non fuerit tale, non esse aliquum. deinde ad problema particulare non solum accipiantur ea, quæ sunt in diuersis generibus, sed & quæ in eodem: ut, si disciplina est bona, & adipiscitur prudentiam non esse bonam: nec disciplina bona erit, à maiori. Postea probl. particularia tractari per hypothesin: vt, si ponamus aliquid esse tale: erit & in reliquis, & qui accipit hypothesin ad probandum probl. particulare, probat eam vniuersalem: vt, si ipsi concedat, quod si prædicatum insit alicui, inerit etiam alteri: ostendet, quod inerit omni: non verum probl. indefinitum potest solum confutari per contradictorium, & confirmare per particulare: vt, si quis ostendat omnem voluptatem esse bonam, ostendit voluptatem esse bonam, voluptatem etiam esse bonam. Etsi sit eiusmodi determinationum una: tot erunt modi, vt una voluptas est bona, potest confutari per vniuersalem negationem. Et si sit eiusmodi determinationibus: confutatur triplicitèr, si cum tribus: quatuplicitèr: vt, tantum una voluptas est bona, confutatur sic, nulla voluptas est bona, & non una voluptas est bona, & non tantum una voluptas est bona. Cum tribus quatuplicitèr, sola prudentia quæ una virtus est scientia, sic destruitur, omnis virtus est scientia, & nulla virtus est scientia, & aliqua virtus a prudentia est scientia, & prudentia non est scientia. eadem si a parte subiecti probl. ponatur terminus communis, insficiamur inferiora illius communi, & si prædicatum insit alicui probl. confutatur. si sit terminus communis, insficiamur inferiora illius. & si quod inferius insit subiecto probl. [illegible]

[illegible] probl. quare ad veritatem particularis sufficit vna instantia.

De eligendis, & fugiendis documenta, & loci communes. Cap. 4.

IDem autem loci vtiles, & ad demonstrandũ quodvis eligendum, & fugiendum. Nam aut ex se solum eam oportet (quæ ad alterum est) præeminentiam: si enim quod honorabilius, eligibilius, & honorabile eligendum, & si quod vtilius, eligibilius: & vtile eligendum, similiter autem & in alijs quæcunque huiusmodi habẽt comparationem. In aliquibus autem statim secundum eam, quæ ad alterum est comparationem: quod eligendum vtrumque, vel alterum dicimus. Vt quando hoc quidem natura bonũ, illud autem non natura bonum dicimus: nam quod a natura bonum, manifestum quoniam eligendum est. Sumendum autem quam maxime communiales locos de eo, quod est magis & minus: nam sic sumpti, ad plura vtiles erunt. Fiesi autem poteſt, vt eorum, qui dicti sunt, quosdam non tales, magis quis faciat, parum transmutatis secundum appellationem. Vt quod natura tale, eo quod non natura tale, magis tale. Et si hoc quidem facit, illud aut non facit quod hẽt facit cuncunque insit: magis tale quod interdũ facit tale, quam quod non facit. si autem vtrũque facit, quod magis facit tale. Amplius, si eodem aliquo, hoc quidem magis, illud autem minus tale. Et si hoc tali magis tale, illud non tali magis tale, manifestum quoniam primum magis tale. Amplius ex additione: si eidem additum, quod totum magis tale facit. Aut si si quod

minus est tale additum totum magis tale facit. Similiter autem & ex ablatione: nam quo ablato reliquis reliquum, minus tale, ipsum magis tale. Et quæ contrarijs sunt impermixtiora, magis talia. Vt albius quidem nigro impermixtum. Amplius, præter ea quę dicta sunt prius quod magis suscipit propriā propositi rationē. Vt si albi est ratio color disgregatiuus uisus: albedo est color magis disgregatiuus uisus. Si autē particulariter, & non uniuersaliter problema ponatur, primum quidem dicti vniuersaliter destructiui, vel destructiui loci omnes vtiles. Vniuersaliter enim interimentes, vel cōstruentes, & particulariter monstramus: nam si omni inest, & alicui: & si nulli inest, nec alicui. Maximē autem opportuni, & communes loci, qui sunt ex oppositis, & coniugatis, & casibus. Nam simpliciter probabile est existimare, si omnis uoluptas bonum, & tristitiam omnem malum esse, & si aliqua uoluptas bonum, & tristitiam aliquā esse malum. Item, si aliquis sensus non est potestas, & insensibilitas quædam non est impotentia, & si quoddam opinatum disciplinarum, opinio quædam disciplina: rursum, aliquod malorum bonum, & iniustorum aliquod malum: & aliquod eorū, quæ iniustè malum, & aliquod eorum, quæ iniustè bonum: & si quoddam declarabile fugiendum, & delectatio quædam fugienda: secundum hæc autem & si aliquod delectabile vtile, delectatio quædam utilis. Si in corruptiuis autem & generationibus, & corruptionibus similiter. Nam si aliquod corruptiuum delectationis vel disciplinæ bonum, erit quædam delectatio, vel disciplina malorum: similiter autem & si corruptio quædam disci-

plinæ bonorum, vel generatio malorum, erit quædam disciplina malorum. Vt si obliuisci quæ quis turpia egit bonorum est, vel reminisci malorum, erit scire quæ quis turpia egit, malorum, similiter autem & in alijs: in omnibus enim similiter probabile. Amplius, ex eo quod est magis & minus, & similiter: si enim magis quidem eorum quæ sunt ex alio genere aliquid tale, illorum autem nihil est, neque quod dicta est erit tale. Vt si magis quidem disciplina quædam bonum, quam voluptas: nulla autem disciplina bonum, nec uoluptas: bonum erit: & ex eo quod est similiter quidem & minus eodē modo. Nam erit & interimere, & cōstruere: veruntamen ex eo quod est similiter, vtraque: ex minus autem, construere solum, destruere aūt non: si enim similiter potestas quædam bonū, & disciplina: est aūt quędā potestas, bonū & disciplina: si autem nulla potestas bonum, nec disciplina: si autem minus quædam potestas bonum, quàm disciplina: est autem quædam potestas bonum, & disciplina: at vero, si nulla potestas bonum, non necesse est & disciplinam nullā esse bonum: manifestum igitur, quoniam construere solum ex eo quod minus est. Non solum autem ex alio genere est destruere, vetūm & ex eodem: dum sumit quis quod maxime tale est. Vt si positum est disciplina quædam bonum, ostendatur autem quoniam prudentia non bonum, nec alia vlla erit, quia nec quæ maxime videtur. Amplius, ex suppositione similiter postulantem si vni, & omni inesse, vel nō inesse. Vt si hominis anima immortalis, & alias: si autem hæc non, nec alias. Si igitur inesse alicui positum est, ostendendum quoniam alicui

non in est, nam cõsequetur per hypothesin nul
li inesse; si autem alicui non inesse positum est,
ostendendum quoniam inest alicui: nam & sic
consequetur omnibus inesse. Manifestum igi-
tur est, quòd hypothesi vtitur, facit problema
vniuersale, particulariter positum: nam par-
ticulariter confitentem vniuersaliter postulat
confiteri, eo quòd vni, & omni similiter in-
stituerit inesse. Cum autem indefinitum sit
problema, vno modo destruere contingit. Si
dixerit voluptatem bonum esse, vel non bonũ,
& nihil aliud quicquam determinauerit: nam
si aliquam voluptatem dixerit bonum esse, osten-
dendum vniuersaliter quòd nulla, si debeat ve-
rum proponi: similiter autem & si aliquam
dixerit voluptatem non esse bonum, ostenden-
dum vniuersaliter quòd omnis, aliter vero non
contingit interimere: nam, si ostenderimus
quoniam est quædam voluptas bonum, vel
bonum, nondum interimitur propositum. Ma-
nifestum igitur quoniam interimere quidem vno
modo dicitur, construere autem dupliciter: si-
ue enim uniuersaliter ostenderimus, quòd om-
nis voluptas bonum; siue quòd est quædam vo-
luptas bonum, ostensum erit quòd propositum
est. Similiter autem & si oporteat differere: si
est quædam voluptas non bonum. si ostende-
mus quòd nulla bonum, vel quòd quædam non
bonum, ostendentes erimus vtrunque & vni-
uersaliter, & particulariter, quòd est quædam vo-
luptas non bonum. Cum autẽ determinata fue-
rit positio, dupliciter interimere erit. Vt si pone-
tur alicui quidem inesse voluptati bonum esse,
alicui autem non inesse: nam siue omnis odio
datur voluptas bonum, siue nulla, interimi-

tum erit propositum. Si autem unam solam vo
luptatem posuerit bonum esse, tripliciter con-
tingit interimere. Nam ostendentes quòd om-
nis, vel nulla, vel quod plures quam vna bonũ,
interimentes erimus quòd propositum est. In
pluribus vero positione determinata (vt q̃ pru-
dentia sola est virtutum scientia) quadrupliciter
contingit interimere. Nam ostenso, q̃ omnis vir-
tus scientia, vel quod nulla, vel quod & alia alii-
scientia, interemptum erit propositum. Vtile au-
tem & inspicere in singularibus, in quibus inest
aliquid vel non, dictum est, quemadmodum
& in vniuersalibus problematibus. Amplius autẽ
& in sequentibus inspiciendum, diuidenti secun-
dum species, vsque ad individua, sicut prius di-
ctum est. Nam si omni apparent inesse, siue nul-
li nulla proferenti, postulandum vniuersaliter
confiteri, aut ferre instantiam in aliquo nõ sic.
Amplius, in quibus possibile est, aut specie, aut
numero determinare accidens, inspiciendum si
aliquam horum inest. Vt quòd tempus non mo-
uetur, nec est motus, annumeranti quot sunt
species motus: nam, si nulla earum inest tem-
pori, manifestum quoniam non mouetur, nec
est motus: similiter autem & quod anima non
est numerus: diuidenti quoniam omnis nume-
rus, aut impar, aut par: nam si anima neque im-
par, neque par, manifestum quòd non est nu-
merus, ad accidens igitur per talia, & hoc mo
do argumentandum.

Aristotelis libri. 3. Topicorum, finis.

ARISTOTELIS TOPICORVM

LIBER QVARTVS.

SVMMA LIBRI.

De locis quibusdam generis: simul atque de differentia locis paucis.

Argumentum in Cap. 1.

Scribit Arist. de probl. in quibus agitur de genere, & differentia alicuius rei, ac primum constituit probl. generis per locos intrinsecos, deinde per extrinsecos. vnde ad terminanda generis probl. primò proponuntur animaduersiones destructiuæ, siue confutatiuæ, postea constructiuæ. destructiuæ sunt videre, an sit, considereturne, si assignetur in consil. disputanda an liquid esse genus alicuius, vtrum præd ceter de omnibus inferioribus eius: &, si non, confutetur. secunda, si genus non prædicetur in quid de specie, sed in quale. tertia, si genus, & species non ponantur in eodem prædicamento. quarta, si genus participet speciem; quoniam species debet de genere participare. quinta, si species prædicetur de eo, de quo non prædicatur genus. sexta, si nulla species assignata sit de genere assignato. septima, si species prædicetur de pluribus, quam genus. octaua, si genus, & id cui fuerit assignatum de æqualibus prædicentur. nona, si genus assignatum prædicetur solum de differentibus numero.

Problematum generis aliquot loci.
Cap. 1.

POST hæc autem de ijs, quæ ad genus, & proprium, inspiciendũ. sunt autem hæc elementa eorũ, quæ sunt ad terminos, & his ipsis raro considerationes fiunt disputantibus. Si ergo ponatur genus alicuius existentium, primum quidem inspiciendum ad omnia, quæ cognata sunt ei, quod dicitur, si de alio non prædicatur: quemadmodum est in accidente. vt si voluptatis, bonum ponatur genus, si aliqua voluptas non bonũ. Nam si hoc, manifestum est, quoniam non genus bonum voluptatis: nam genus de omnibus quæ sunt sub ipso speciebus prædicatur. Deinde si non in eo quod quid est prædicatur, sed vt accidens. Quemadmodum album de niue, de animali. à seipso agitatum'. Neq; enim nix id ipsum quod est, album: quapropter non est genus album niuis: neque anima idipsum quod est, agitatum: nam accidit ei moueri, quemadmodum & animali frequenter & ambulare, & ambulãs esse. Amplius agitatum non quid est, sed quid faciens, vel patiens significare videtur. similiter autem & album: non enim quid est nix, sed quale quid est indicat: quare neutrum horum in eo quod quid est prædicatur. Maximè autem in accidentis definitione inspiciendum, si aptatur ad dictum genus. Vt ad quæ nunc dicta sunt: contingit enim quippiam mouere seipsum, & non simi-

similiter autem & album esse, & nō: quare ens
trum horum genus, sed accidens, eo quod scit
den dicimus, quod contingit idem inesse al
cui, & non. Amplius, si non in eadem diuisione
est genus, & species, sed hæc quidem substan
tia, illud autem quale: aut hoc quidem aliquid,
illud autem quale. Vt nix quidē, & cygnus sub
stantia, album autem non substantia, sed qua
le: quare non est genus album niuis, neque cy
gni. Rursum disciplina quidem ad aliquid bo
num autem, & pulchrum quale: quare non est
genus pulchrum, vel bonum disciplina: nam ge
nera eorum, quæ sunt ad aliquid, & ipsa ad ali
quid oportet esse: vt in duplici. etenim mobi
plex est genus duplicis, & ipsum eorū, quæ sunt
ad aliquid est. Vt vniuersaliter autē dicatur, in
eadē diuisione oportet genus esse speciei: nam,
si species substantia, & genus: & si quale quip
piam species est, & genus quale quippiam:
vt si album quale quippiam, & color. Simi
liter autem & in alijs. Rursum si necesse fue
rit, vel si contingent genus participare quod pa
situm est in genere. Terminus autē eius, quod
est participare. est susciperc participati rationē
manifestum igitur, quoniam species quidem
participant genera, genera autem species non:
nam species suscipit generis rationem, genus
autem speciei non. considerandum igitur si par
ticipat, vel contingit assignatum genus partici
pare speciem: vt si quis entis, vel vnius, ge
nus quippiam assignauerit, accidet enim genus
participare speciem: nam de omnibus, quæ sunt
ens, & unum prædicantur, quare & ratio eorū.
Amplius, si de aliquo assignata species uera est,
genus autem non. Vt si ens, aut scibile opinabi

lis genus ponatur: nam de non ente opinabi
le prædicabitur: multa enim non entia opina
bilia sunt, at quod ens, vel scibile non prædica
tur de non ente, manifestum: quare non est ge
nus ens, neque scibile, opinabile: nam de qui
bus species prædicatur, & genus oportet prædi
cari. Rursum, si nullā specierum contingit par
ticipare quod positum est in genere. Nam im
possibile est participare genus, quod nulli spe
cierum participat, nisi aliqua secundum pri
mam diuisionem specierum sit, illa autem ge
nera solum participāt: si igitur motus genus vo
luptatis, considerandum si neque corruptio, ne
que alteratio voluptas, neque vllus reliquorū,
qui assignari solent motuum, manifestum e im,
quoniam nullam specierum participabit, qua
re neque genus, eo quod necessarium est quod
genus participat, & specierum aliquam partici
pare: quare non erit species motus voluptas, ne
que individuorum, neque eorum quicquā, quæ
sub specie motus sunt: nam & individua parti
cipant speciem, & genus: vt quidam homo, &
hominem participat, & animal. Amplius, si de
pluribus dicitur quā genus quod in genere posi
tum est. Vt opinabile, quam ens: nam & ens,
& non ens, opinabile: quare non erit opinabile
species entis: de pluribus enim semper genus,
quam species prædicatur. Rursus, si de æquali
bus genus & species dicuntur. Vt si eorum, quæ
sunt ea consequuntur hoc quidem species, illud
autem genus ponatur: quemadmodum ens, &
unum: omne enim ens, & vnum, quare neu
trum neutrius genus eo quod de æqualibus di
cuntur. Similiter autem & si primum, & princi
pium ad se inuicem ponantur: nam & princi
pium

pium, primum, & primum principium: quare aut vtraque quæ dicta sunt idem sunt, aut neutrum neutrius genus. Elementum autem est ad omnia huiusmodi, quod de pluribus genus quæ species, & differentia dicitur: de paucioribus autem & differentia dicitur quam genus. Videtur etiam differentia dicitur quam genus. Videtur autem & si alicuius indifferentium specie non sit genus quod dictum est genus: vel non videtur. Constituenti autem si est alicuius, idē erit omnium indifferentium specie genus: si igitur vnius monstretur, manifestum quoniam omnium: & si vnius non manifestum quoniā huius: vt siquis insecabiles ponens lineas, indivisibile genus earum dicat esse, nam linearum habentium diuisionem non est, quod dictum est genus, cum sint indifferentes secundum speciem indifferentes enim sibinuicem secundum speciem restę lineæ omnes.

Argumentum in cap. 2.

Decima, si superiora generis assignati non prædicentur de eo, cuius est assignatio. undecima, & huius, si genus, vel aliquod superius eius participet speciem. Ad confirmandas uero, siue confirmandas elusiones tria considerantur, primum si genus assignatum prædicetur in quid de specie: si erit bene assignatum. secundum, si omnia superiora generis prædicentur de specie in quid. tertium, si def. genus prædicetur de specie, & de contentis sub ea. Quantum autem ad differentias attinet, decem & tria animaduertuntur. primò, si quis ponat differentiam pro genere, vt rationale pro animali. secundò, si ponatur pro genere. 3. si genus sub specie, vt animal sub homine. 4. si quis

suis ponat dif. sub specie; quoniam differentia de equalibus, vel pluribus prædicatur.

De Genere loci alij. Cap. 2.

Considerandum autem & si quod aliud genus est assignatæ speciei, quod neque continet assignatum genus, neque sub illo est. Vt si quis iustitiæ scientiam ponat genus: est enim virtus genus, & neutrum generum reliquum continet: quare non erit scientia genus iustitiæ. Videtur enim, quando species vna sub duobus generibus est, alterum ab altero contineri. Habet autem dubitationem in quibusdam quod huiusmodi est: nam videtur quibusdam prudentia, & uirtus, & scientia esse, & neutrū horum a neutro contineri: non tamen ab omnibus conceditur prudentiam scientiam esse. Si igitur quis admittat quod dictum est verum est, attamen subalterna, vel sub eodem ambo sunt quæ eiusdem sunt genera necessarium videbitur esse, quemadmodum, & in virtute & in scientia accidit: vtraque enim sub eodem genere sunt: nam vtrunque eorum habitus, & est positio est. Considerandum igitur, si neutrū horum in assignato genere. Si enim neque subalterna sunt genera, neque sub eodem ambo, non erit quod assignatum est genus. Considerandū autem & genus assignati generis, & sic semper magis genus, si omnia prædicantur de specie & in eo quod quid est prædicantur. Nam omne superius genus prædicari oportet de specie & eo quod quid est: si ergo alicubi dissonet, manifestum, quoniam non est genus quod assignatum est. Rursum, si genus participat speciē,

vel

vel ipsum, vel aliquod superiorum generum. Nam nullum superiorum participat quod insit rius est. destruenti igitur quemadmodum dictum est vtendum, assruenti autem si consideretur quidem inesse speciei quod dictū est genus, at vt genus ineſt dubitetur, sufficit ostendere aliquid superiorum generum in eo quod quid est, de specie prædicari. Vno enim in eo quod quid est prædicato, omnia, & superiora illius, & inferiora si prædicantur de specie in eo quod quid est prædicabuntur: quare, & assignatum genus in eo quod quid est prædicabitur: quod autem vno in eo quod quid est prædicato, omnia etiam reliqua (si prædicantur) in eo quod quid est prædicabuntur, per inductionem tamen dum. Si autem simpliciter inesse dubitetur assignatum genus, nec sufficit ostendere aliquod superiorum generum in eo quod quid est de speciei prædicari, vt si ambulationis genus quod piam assignauit latonem, non sufficit ostendere quod motus est ambulatio, ad ostendendum quod latio est, eo quod & alij motus sunt: sed ostendendum, quod nullum participat motum bulatio eorum quæ sunt secundum eandem uisionem, nisi lationem: nam necesse est quod genus participat, & specierum aliquam participare secundum primam diuisionem: si enim ambulatio neque augmentationem, neque minutionem, neque alios motus participabit manifestum quoniam lationem participabit necesse erit genus latio ambulationis. Rursum quibus species, quæ posita est vt genus prædicatur, considerandum si & assignatum genus eo quod quid est de ipsis eisdem prædicatur, quibus & species: similiter autem si quæ

quæ supra genus sunt. Nam si alicubi dissonat, manifestum, quoniam non est genus quod assignatum est, si enim esset genus, omnia & superiora illius, & ipsum, in eo quod quid est prædicarentur de ijs, de quibus & species in eo quid est, prædicatur: destruenti igitur vsle, si non prædicetur genus in eo quod quid est de quibus & species prædicatur: assruenti autem & prædicetur in eo quod quid est, vsile: accidet enim genus & speciem de eodem in eo quod quid est prædicari: quare & idem sub duobus generibus sit: necesse est igitur subalterna genera esse. Si igitur ostendatur quod videmur genus assruere non esse sub specie: manifestum quoniam species sub hoc erit: quæ ostendum est, quoniam genus hoc. Considerandæ autem & rationem generum, si apta sunt ad assignatam speciem, & ad participandam speciem. Necesse est enim genera rationabiliter prædicari de specie, & de ijs, quæ participant speciem: si igitur in aliquo dissonet, dissuadendum, quoniam non est genus quod assignatum est. Rursus, si differentiam vt genus assignauit. Vt si immortale, genus Dei: non differentia est animalis immortale, eo quod animalium alia mortalia, alia immortalia: manifestum igitur quoniam peccant, nullius enim differentia est genus. Quod autem hoc verum: manifestum: nulla enim differentia significat quid est, sed magis quale quid, vt gressibile, & bipes. Et si differentiam in genere posuit tanquam speciem. Vt numerum quidem numerum: differentia enim numeri impar, & non species est: neque aliquam participare differentia genus: nam omne

quod

quod participat genus, vel species, vel individuum est, differentia autem neque individuum neque species: manifestum igitur quoniam non participat genus differentia, quare neque impar species erit, sed differentia, quoniam non participat genus. Amplius, si genus in specie posuit. Vt contiguitatem idipsum quod est continuitatem: aut mixtum idipsum quod est temperamentum: aut (vt Plato definiuit) lationem secundum locum mutationem: non enim necessarium contiguitatem continuitatem esse, sed e conuerso, continuitatem contiguitatem: non enim omne contiguum continuatur, sed quod continuatur, contiguum est: similiter autem & in alijs: nam neque mixtura omnis, temperamentum: nam siccorum mixtura non est temperamentum, neque secundum locum mutatio omnis, latio: nam ambulatio non videtur latio esse: penè enim in ijs quæ inuoluntariè locum ex loco permutant, dicitur latio, quemadmodum manimatis accidit: manifestum autem, quoniam & de pluribus species dicitur quam genus in assignatis cum oporteat è contrario fieri. Rursum, si differentiam in specie posuit. Vt immortale idipsum quod est Deum, nam accidit æqualibus aut pluribus quam speciem dicitur differentia autem semper de æqualibus, aut pluribus quam species dicitur. Amplius, si in differentia genus posuit. Vt colorem idipsum quod est congregatiuum, aut numerum quod impar. Et si genus vt differentiam dixit. Possibile est enim aliquem talem suscipere positionem vt temperantiæ, mixturam differentiam, aut lationis secundum locum mutationem: insuper dum autem omnia quæ sunt huiusmodi, fere de-

dem communicant enim loci: de plurib. enim genus quam differentiam oportet dici, & non participare differentiam. Sic autem assignato, neutrum eorum, quæ dicta sunt, possibile est accidere. nam & de paucioribus dicetur, & participabit genus differentiam. Rursum, si nulla differentia generis prædicatur de assignata specie, nec genus prædicabitur. Vt de anima, neque impar, neque par prædicatur quare nec numerus. Amplius, si prius est natura species, & simul interimit genus: videtur enim cõtrarium. Amplius si contingit relinquere dictum genus, vel differentiam (vt animam, moueri opinionẽ verum, & falsum) neutrũ erit dictorũ genus, vel differentia. Videtur enim genus & differentia sequi quandiu fuerit species.

Argumentum in cap. 3.

1. si species participet aliquid de contrario genere. 6. si species sit æquiuoca ad genus. 7. si species participet prius genere. 8. si nulla dif. generis prædicetur de eo, cuius fuerit assignatum. 9. si species possit amittere genus, vel differentiam. 10. si species prædicetur de eo, de quo non prædicatur genus. 11. si genus non habeat nisi vnam speciem, nec natum sit plures habere. 12. si genus prædicetur transsumptiuè de specie. 13. si quis ponat genus sub differentia, vt numerum sub impari.

De genere loci alij. Cap. 3.

Inspiciendum autem & si quod in genere positum est, participat aliquid contrarium generi, aut si contingit participare. nam idem con-

contraria simul participabit, eo quod ipsum genus quidem nunquam relinquit participia autem & contrarium, aut contingit participare.

Amplius, si quippiam communicat speciei, quod impossibile est omnino inesse ijs quæ sunt sub genere. Vt si anima vitæ communicat numerorum autem nullum possibile est vitam non esse speciem numeri animæ. Cõsiderandum autem & si æquiuoca sit species generi elementis vtenti. ijs quæ dicta sunt ad æquiuocum. Vniuocum enim genus, & species. Quoniam inspiciendum autem omnis generis plures species inspiciendum si non contingit alterum speciem esse dicti generis. Nam si non est, manifestum quoniam non erit genus omnino, sed dictum est. Considerandum etiam est, si quod translatitiè dictum est, vt genus assignatur. Vt temperantiam consonantiam. nam omne genus proprie de speciebus prædicatur: consonantia vero de temperantia non proprie, sed translatitiè: omnis enim consonantia in sonis. Amplius, si sit contrarium speciei aliquid, considerandum. Est autem multipliciter considerare. Primum quidem si in eodem genere cõtrarium speciei, cum non sit contrarium generi: oportet enim contraria in eodem genere esse, quibus sit contrarium generi. Cum autem est contrarium generi, considerandum si contrarium in contrario. Necesse est enim contrarium in contrario esse, si sit contrarium quidem genero manifestum autem est vnumquodque eorum per inductionem. Rursum si omnino in eodem genere quod speciei est contrarium, sed ipsum genus. Vt bonum, nam si hoc non in ge-

nere, nec contrarium huius in genere erit, sed ipsum genus, quemadmodum in bono & malo accidit: neutrum enim horum in genere, sed vtrunque eorum genus. Deinde considerandũ si contrarium est alicui & genus, & species: & horum quidem est aliquid medium, illorum autem non. Nam si generum est aliquid mediũ, & specierum: & si specierum & generum: vt in virtute, & vitio: & iustitia, & iniustitia: vtroque enim est aliquid medium. Instantia huius, quoniam sanitatis & ægritudinis nihil est medium: mali autem & boni aliquod mediũ. Amplius, si est quidem aliquid vtriusque mediũ & speciebus, & generibus: non similiter autẽ, sed horum quidem secundum negationem, illorum vero vt subiectum. probabile enim similiter & in vtrisque. Vt in virtute & in vitio, iustitia & iniustitia: vtrisque enim secundum negationem medium. Amplius, quando non est contrarium generi: considerandum non solũ si contrarium in eodem genere, sed & medium. In quo enim extrema, & medium, vt in albo & nigro: nam color genus & horum, & mediorũ colorum omnium Instantia, quoniã defectus quidem & superabundantia in eodẽ genere (in malo enim ambo) mediocre autem, cum sit medium horum, non in malo, sed in bono est. Considerandum etiam, si genus quidem contrarium est alicui, specie, autem nulli. Nam si genus est contrarium alicui, & species: quemadmodum virtus & vitium, & iustitia & iniustitia: similiter autem & in alijs consideranti, manifestum videtur esse. Instantia, in sanitate & ægritudine: simpliciter enim sanitas ægritudini contraria: aliqua autem ægritudo, cum sit

species aegritudinis: nulli contrarium: vt febris & ophthalmia, & unumquodque aliorum. Interimenti igitur tot modis inspiciendū: si enim non insint quæ dicta sunt, manifestum autem non esse genus quod assignatum est. Contrarium vero tripliciter: primum quidem si contrariæ speciei sit in dicto genere, cum non sit contrarium generi. Nam si contrarium in hoc, manifestum, quoniam & quod propositum est. Amplius, si medium in dicto genere. Nam in quo medium, & extrema. Rursum, si sit & contrarium quidem generi, considerandum est, & si contrarium in contrario. Nam si sit, manifestum quod & propositum in proposito.

Argumentum in cap. 4.

Ex hac quò ad considerationem per locos intrinsecos sumptas. sed per extrinsecos legentur aliquæ alia, quarum quædam respiciunt contraria, quædam generationes & corruptiones, quædam comitantia, quædam privatiuè opposita, quædam contradictoria, quædam relativè opposita, quædam actus, & habitum, quædam moralia, & hæc omnia declarabuntur. & primum quantum ad contraria attinet, scribuntur hæc. 80. primum, si genus non habeat contrarium, illud speciei quæ habeat contrarium, illud contrarium videtur esse in eodem genere cum specie. 2. si genus habeat contrarium, contrarium speciei debet esse in contrario genere. 3. si contrarium speciei non sit in genere alio, sed genus assignatum est mala. 4. si genus & species habeatur contrarium generis sit medium, & speciei: habet tamen instantiam; bonum enim & malum medium, non autem sanitatis & morbi. 5. inter genus, & eius contrarium debet esse medium; nisi

species, & eius contrarium. 6. medium debet poni in eodem genere cum extremis. 7. si genus habeat contrarium, & species non; vtilis assignatio. est tamen inutilis, quoniam morbus est contrarius sanitati; sed debeat contrarium non habet. 8. si contrarium speciei non insit in eodem, vel alio genere, vel medium non sit eiusdem generis; mala est assignatio. Quoniam ad considerata si principale sit genus, principalis consequentia si prædicati, erit genus ad concretum subiecti, dissimilia, quæ verò ad generationes, & corruptiones, si terminus significat generationem, vel corruptionem assignatum esse genus alienum; videndum est, an ea, quæ descendant à prædicato sint genera eorum, quæ veniunt a subiecto. quòad privatiuè opposita scribuntur duo præcepta. primum, si privativè oppositum speciei sit in eodem genere; mala est assignatio. secundum, si prædicatum sit genus ad subiectum privativè oppositum; prædicati erit genus ad privativè oppositum subiecti. quantum ad contradictoria, si prædicatum sit genus ad subiectum contradictorium; subiecti erit genus ad contradictorium prædicati erit, si quæ sit bonum; non bonum erit non suave. quòd verò ad relativè opposita declarantur septem præcepta. primum, si species dicatur ad aliquid, genus vero, mala est assignatio. 2. si species non dicatur ad idem cum genere, est mala assignatio. 3. omnia superiora speciei debent ad idem dici rum specie. 4. species, & genus debent ad idem dici sub eodem casu; est tamen inutilis ratio de contrario, & diverso. 5. si genus, & species ad idem dicantur sub eodem casu; est bona assignatio. 6. si genus, & eius correlatiuum dicantur ad convertentiam; est mala assignatio. 7. si oppositum speciei sit in opposito generis; est bona, vnde relativa quatuor dupliciter quadam enim semper insunt his, ad quæ referuntur, vt habitus; & dispositio vel habitua-

& dispositio, alia non de necessitate insunt, & scientia, & scibile, in quo non semper est scientia. alia vero non possunt inesse, ut cum contrarium refertur ad contrarium. unde si genus est in aliquo, in quo una species; mala est assignatio.

De genere locali. Cap. 4.

RVrsum in casibus, & coniugatis, si similiter sequunt: & interimēti, & cōstruenti. Simul enim vni, & omnibus insunt, vel non iniustus: vt si iustitia scientia quædam & iustè scienter, & iustus sciès: si autem horum aliquid non inest, nec reliquorum vllum. Rursum, in ijs quæ similiter se habent ad inuicem. Vt delectabile similiter se habet ad voluptatem, & vtile ad bonum: vtrúque enim vtriusque effectiuum: si igitur voluptas quiddam bonum, & delectabile quiddam vtile erit: manifestum enim quoniam boni erit effectiuum, eo quod voluptas bonum. Similiter autem, & in generationibus, & corruptionibus. Vt si ædificare est operari, ædificatum operatum esse: & si discere est reminisci, & didicisse, recordatum esse, & si dissolui est corrumpi, & dissolutum esse, corruptum esse, & dissolutio, corruptio quædam. Et in generatiuis vero, & in corruptiuis, similiter & in potentijs, & vsibus, & omnino secundum quamlibet habitudinem, & interimenti, & construenti insidum, quemadmodum in generatione, & corruptione diximus. Nam si corruptiuum dissolutiuum, & corrumpi dissolui: & si generatiuum est effectiuum, & generari fieri, & generatum fieri: similiter & in potentijs, & vsibus, & omnino, si potentia dispositio, & posse, dispositio, & alicuius vsus est actus, & vti agere, & vsum esse, agere. Si autem sit priuatio id, quod opponitur speciei, duobus modis est interimere. Primum quidem si in assignato genere est oppositum. Aut enim simpliciter in nullo genere eodem priuatio, aut non in vltimo: vt si visus in vltimo genere est, sensus: cæcitas non erit sensus, secundo autem, si & generi, & speciei opponitur priuatio, non est autem oppositum in opposito: nec quod assignatum est, in assignato esse. Interimenti igitur, quemadmodum dictum est, vtendum. Construenti autem vno modo: nam si oppositum in opposito, & oppositum in proposito erit. Vt si cæcitas insensibilitas quædam, & visus sensus. Rursum, in negationibus considerandum è conuerso, quemadmodum in accidente dicebatur. Vt si delectabile quod bonum, quod non bonum non delectabile: nam si non ita se habet, erit contra, non bonum delectabile: at impossibile est, bonum genus est delectabilis, esse quicquam non bonum delectabile: nam de quibus genus non prædicatur, nec species vlla. & construenti etiam similiter inspiciendum, nam si non bonum, non delectabile, delectabile bonum: quare genus bonum, delectabilis. Si autem sit ad aliquid species, considerandum si & genus ad aliquid. Nam si species ad aliquid, & genus, vt in duplici, & multiplici: vtrunque enim ad aliquid. Si autem genus ad aliquid, nō necessario & species. Nā disciplina ad aliquid, grammatica autem non. An nec quod prius ens est verum videbitur: nam virtus ipsum quod bonum, & ipsum quod honestum: & virtus quidem ad aliquid, bonum vero & honestum

stum non ad aliquid, sed qualia. Rursum, si non ad idem dicitur species, & secundum se, & secundum genus. Vt si duplum dimidij dicitur duplum, & multiplum dimidij oportet dici: si autem non, non erit multiplum genus dupli. Amplius, si non ad idem: & secundum genus dicitur, & secundum omnia genera.

Nam si duplum dimidij multiplum est, & abundans dimidij dicetur, & simpliciter secundum omnia superiora genera ad dimidium dicetur. Instantia: quod non necesse est secundum se, & secundum genus ad idem dici: nam scibile scibilis dicitur: habitus autem, & dispositio non scibilis, sed animæ. Rursum, si similiter dicetur genus, & species secundum casus. Vt si alicui, aut alicuius, aut quolibet modo aliter dicitur: nam vt species, & genus, velut in duplo, & in superioribus: alicuius enim & duplum, & multiplum: similiter autem & in scientia, alicuius enim & hæc, & genera: vt dispositio, & habitus. Instantia autem, quod aliquoties non sit: nam differens, & contrarium alicui, diuersum autem, cum sit genus horum, non alicui, sed ab aliquo: diuersum enim dicit ab aliquo. Rursum, si similiter ad aliquid secundum casus dicta, non similiter conuertuntur. Quare admodum in duplo, & multiplo: vtrunque enim horum alicuius: & idem etiam secundum conuersionem dicitur: alicuius enim dimidium, & submultiplum. similiter autem & in disciplina, & opinione: nam & hæc alicuius, & conuertitur: similiter & disciplinabile, & opinabile aliquis: si igitur in aliquo non similiter conuertitur, manifestum est non ad se genus alterum alterius. Rursum, si non æqua-

qualia species, & genus dicitur. Similiter enim, & æqualiter vtrunq; videtur dici, quemadmodum in dono, & donatione: nam & donum alicuius alicui dicitur, & datio alicuius alicui dicitur: est autem datio genus doni, nam donum, datio est irreddibilis. In aliquibus autem non accidit ad æqualia dici: nam duplum alicuius duplum, abundans autem & maius abundans: & aliquo: omne enim abundans, & maius aliquo abundat, & alicuius abundat: quare non sunt genera, quæ dicta sunt dupli, eo quod non ad æqualia dicuntur specie, aut non vniuersaliter verum. ad æqualia speciem & genus dici. Videndum autem & si oppositi est oppositum genus. Vt si dupli multiplum, & dimidij submultiplum: oportet enim oppositum opposito genus esse: si igitur ponat aliquis scientiam ipsam quod est, sentiam, oportebit & scibile id quod est sensibile esse, sed non est: non enim omne scibile sensibile nam intelligibilia quædam scibilia: quare non est genus sensibile scibilis. habet autem hoc non, neque sensus scientiæ. Quoniam autem eorum, quæ ad aliquid dicuntur, alia quidem ex necessitate in eis, aut circa ea sunt, ad quæ dicuntur, vt dispositio, & habitus: & commensuratio (in alio enim nullo posse esse quæ dicta sunt, quam in eis, ad quæ dicuntur:) alia autem non necesse est quidem in eis esse, ad quæ dicuntur, contingit autem, quemadmodum scibile est in anima (nihil enim prohibet sui scientiam habere animam, non ne sensatum autem possibile est enim & in alio esse hanc, candem) alia vero simpliciter non contingit in eis esse, ad quæ dicuntur (vt contrarium in contrario: neque scientiam scibili, nisi

sit scibile anima, vel homo:) considerare ita-
tur oportet si quis in genere ponat quod tale
est, in non tali. Vt si memoriam immansionem
scientiæ dicat: nam omnis immansio in memo-
& circa illud: quare & scientiæ immansio. Il-
scientia: memoria igitur in scientia, eo quod
immansio, scientiæ est: hoc autem non con-
git: memoria enim omnis in anima. Est autem
dictus est locus & accidens eōis: nihil enim
fert, memoriæ genus immansionem dicere,
accidere illi hoc: nam si quouis modo est
moria, immansio scientiæ, eadem apt abitur
ipsa ratio.

Argumentum in cap. 5.

*Quò ad actum, & habitum scribit sex consider-
da. 1. si habitus ponatur genus actus, mala est
tio. itaque sensus non est genus motus. 2. si habi
natur genus potentiæ sequentis ipsum; idcirco
dentiæ iræ non est genus mansuetudinis. 3. si habi
ponatur species alicuius consequentis, quod est pro
eo tempore; est mala assignatio. illa igitur non
genus tristitiæ, sed tristitia est causa iræ. 4. si genus
& species non sint nata fieri circa idem; est mala
signatio. vnde timor non est genus tristitiæ;
est in anima state, & tristitia in corruptibili
cies participet genus secundum quid; est mala
gnatio. 6. si genus sit pars integralis speciei.
tum ad moralia leguntur quindecim considera
& prima est, si quis ponat aliquid fugiendum
se; est mala assignatio. itaque male agere non
nus ad posse prauè agere; quoniam Deus, &
sus possunt prauè agere, qui tamen non sunt
quis ponat potestatem sub parte eligibili, mala*

*gnat; cum potestas sit eligenda propter actum. 3. si
quid sit in pluribus generibus, & in vno collocetur;
est assignatio mala. 4. si differentia assignetur esse ge-
nus. 5. si passio assignetur esse genus subiecti. 6. si pas-
sio generis assignetur esse genus.*

De re eadem loci alij. Cap. 5.

RVrsum, si habitum in actu posuit, aut actū
in habitu, non est genus quod tale est. Vt si
sensum, motum per corpus: nam sensus habi-
tus, motus autem actus. Similiter autem, & si
memoriam habitum contentiuum opinionis di
xerit: nam nulla memoria habitus, sed magis a-
ctus. Peccant autem & qui habitum in conse-
quentem potentiam ordinant. Vt mansuetu-
dinem, continentiam iræ: & fortitudinem, &
iustitiam, timorum, & luctorum continen-
tiam: nam fortis, & mansuetus, perturbatione
vacans dicitur, continens autem, qui pertur-
batur, sed non ducitur: fortasse igitur talis po-
tentia sequitur vtrunque, vt si perturbetur,
non ducatur: verum continere non hoc est,
hunc quidem fortem, illum autem mansuetum
esse: sed omnino perturbari ab huiusmodi ni-
hil. Aliquoties autem & quod sequitur, quo-
uis modo: vt genus ponunt. Vt tristitiam,
ira: & opinionem, fidei: vtraque enim præ-
dicta sequuntur quidem quodam modo affi-
gnatas species, neutrum autem eorum genus
est: nam qui irascitur, contristatur, prior
in eo tristitia facta. non enim ira tristitia, sed
tristitia iræ causa est quare simpliciter ira non
est tristitia. Secundum autem hæc, neque fides
opinio: contingit enim eandem opinionem

etiam non credentem habere: non contingere autem hoc, si fides esset species opinionis: non enim contingit idem amplius permanere, si ex specie omnino permutatum sit: quemadmodum nec idem animal quandoque hominem esse, & quandoque non. Si quis autem dicat ex necessitate opinantem eum, idem habere, de æqualibus opinio, & fides dicetur: quare neque sic erit genus: de pluribus enim oportet dici genus. Videndum autem & in aliquo eorum nata sint vtraque fieri. In quo enim species, & genus, vt in quo album, & color, & in quo Grammatica, & disciplina: si igitur verecundiam timorem dixit, eam tristitiam, non accidit in eodem specie & genus esse: nam verecundia quidem in rationali, timor in irascibili, at tristitia in concupiscibili: nam in hoc, & voluptas, ita autem in irascibili: quare non sunt genera, quæ aequata sunt, eo quod non in eodem cum specie nata sunt: similiter autem & si amicitia in concupiscibili, non erit voluntas quædam: omnis enim voluntas in rationali. Videndum autem hic locus, & ad accidens, & id cui accidit: in eodem enim accidens, & cui accidit: quare nisi in eodem videatur, manifestum quia non accidit. Rursum, si secundum quod species dictum genus participat: non enim videtur secundum quid participari genus. Nam non est homo secundum quid animal, neque grammatica, secundum quid disciplina: & similiter autem & in alijs. Considerandum igitur si in aliquibus secundum quid participatur genus, vt si animal, quod sensibile vel visibile dicitur. nam secundum quid sensibile vel

vel visibile animal: secundum corpus enim sensibile, & visibile, secundum animam autem non. Quare non erit genus, corpus visibile, & sensibile animalis. Latent autem quandoque, & totum in parte ponentes. Vt animal, corpus animatum: nullo enim modo pars de toto prædicatur: quare non erit genus corpus animalis, eo quod pars est. Videndum autem & quid vituperandorum, aut fugiendorum in potestate, aut potente posuit. Vt Sophistam, vel calumniatorem, vel furem eum, qui possit alterum latenter surripere: nemo enim prædictorum in eo quod possit, aliquid horum, talis dicitur: Potest enim & Deus, & studiosus, prava agere: non sunt autem huiusmodi: nam omnes praui secundum electionem dicuntur. Amplius, omnes potestates eorum sunt, quæ sunt eligenda, nam prauorum potestates eligendæ, eo quod Deum, & studiosum habere dicimus eas, potentes enim dicimus eos esse, prava agere: quare nullius vituperabilis erit genus potestas. Si autem non, accidet vituperandorum quidda eligendum esse: nam, erit quæ dam potestas vituperabilis. Et si quid propter se honorabilium vel eligibilium, in potestate, vel potentia, vel effectiuo posuit. Nam omnis potestas, & omn potens, aut effectiuum, propter aliud eligendum. Aut si quid eorum, quæ sunt in duobus generibus, vel pluribus in altero posuit. Quædam enim non est in vno genere ponere, vt fraudulentum, aut calumniatore: neque enim qui eligit, impotens autem, neque qui potest, at non eligens, calumniator, aut fraudulentus, sed qui vtraque hæc. Liber quare non ponenda sunt in vno genere,

sed

sed in vtroque eorum quæ dicta sunt. Amplius, aliquoties è conuerso, genus quidem vt differentiam, differentiam autem vt genus assignant. Vt stuporem, superabundantiam admirationis, & fidem vehementiam opinionis: nam neque superabundantia, neque vehementiam genus, sed differentia: videtur enim stupor admiratio esse superabundans: & fides, opinio vehemens, quare genus admiratio, & opinio est: superabundantia autem, & vehementia differentia. Amplius, si quis superabundantiam, & vehementiam, vt genera assignet, inanimata fidem facient, & stupefacient: nam cuiusque vehementia, & superabundantia adest, cuius est superabundantia, & vehementia: si ergo stupor superabundantia est admirationis, aderit admirationi: quare admiratio stupefaciet. similiter autem & fides aderit opinioni, si vehementia quidem opinionis est: quare opinio fidem faciet. Amplius, accidet ei assignanti vehementiam vehementem dicere, & superabundantiam superabundantem: nam enim quædam fides vehemens: si ergo fides vehementia est, vehementia erit vehemens: similiter autem & stupor quidam & superabundans: si ergo stupor est superabundantia, superabundantia erit superabundans: videtur autem neutrum horum, quemadmodum nec disciplina disciplinatum, nec motus motum: quoque autem pecant, & passionem in genere eius quod passum est ponentes. Vt immortalitatem vitam sempiternam dicentes esse: passio enim vitæ & accidens immortalitas videtur esse. Quod autem verum sit quod dicitur, manifestum fit, si quis admittat aliquem ex mortali fieri immortalem: nullus enim dicit aliam vitam esse fieri, sed accidens aliquod, vel passionem illic eidem aduenire: quare non genus vita, immortalitatis. Rursum, si passionem cuius est passio, illius genus dicit esse. Vt spiritum aerem motum: magis enim motus aeris, spiritus: nam aer idem permanet, & quando mouetur, & quando stat, quare non est omnino aer spiritus: esset enim & non moto aere spiritus, siquidem idem aer permanet, qui quidem erat spiritus: similiter autem, & in aliis huiusmodi. Si igitur, & in hoc oportet admittere, q aer motus est spiritus, non tamen de omnibus huiusmodi est assignandum, de quibus non verificatur genus, sed de quibuscunque vere prædicatur assignatum genus: nam in quibusdam non videtur verificari, vt in luto, & niue: nam aliquem dicunt esse aquam coagulatam, lutum autem terram humido temperatam: est autem neque nix aqua, neque lutum terra: quare neutram assignatorum generum erit genus: oportet enim genus verificari semper de omnibus speciebus: similiter autem neque vinum est aqua putrefacta (sicut Empedocles dicit, in lingno putruit vnda) nam simpliciter non est aqua.

Argumentum in cap. 6.

1. si quod nullius est genus, assignetur esse genus. 8. si quis assignet id, quod sequitur ad omnia esse genus, aut ob illa. 9. si genus assignatum sit in specie. 10. si genus sit aquinocum. 11. si genus, & species habeant contrarias, quorum vnum se habeat vt melius, & alterum vt pejus, si melius loco pejoris ponatur, assignatio

est

est mala. 12. si species eodem modo se habeat ad duo genera, quorum vnum est melius altero, si ponatur ad peiori; mala est assignatio. 13. si genus suscipiat magis, & minus; etiam & species. 14. si duo genera comparantur ad eandem speciem, & vnum magis videtur esse genus, quàm alterum, si primum non est genus; nec secundum. 15. si duæ species æquè se habent ad duo genera, si vnum eorum est genus; & reliquum. & hæc de considerationibus destructionis. Considerandæ autem sunt, vt si quid assignetur esse genus, quod se est ipsum de pluribus dif. specie prædicari in quale deinde si abstractum est genus abstracti; & concretum concreti. Tandem aduertamus, si quid sequitur ad aliud, & vicissim conuertibiliter, quantus differt ne sit patefacere, quod non sit genus; non tamen est necesse, vt sit genus; non ens enim sequitur ad ens, quod sit; at sequitur, domus sit; ergo vnum est vel domus est vnum ens; tamen non ens, aut est genus respectu alterius, idq; verum est in rebus permanentibus, sed non in successiuis.

De Genere loci alij. Cap. 6.

AMplius, si omnino quod assignatum est, non alius est genus. Manifestum enim, quoniam neque eius, quod dictum est. Considerandum autem ex eo quod nihil eorum differt specie, quæ participant assignatum genus. Vt nihil alba differunt specie, ipsa à se inuicem: omnia autem generis sunt species differentes: quare nullius erit album genus. Rursum, si quod omnia sequitur, genus, vel differentiam dixit. Plura enim sunt, quæ omnia sequuntur vt ens, & vnum eorum sunt, quæ omnia sequuntur. Si igitur ens, genus assignauerimus, manifestum, quoniam omnium erit genus, eo q̃ prædicatur de eis: de nullo enim genus quam de speciebus prædicatur, quare & vnum speciei erit ens. accidit ergo de omnibus, de quibus genus prædicatur, & speciem prædicari, eo quod ens, & vnum de omnibus simpliciter prædicantur: oportet autem de paucioribus speciem prædicari. Si aũt quod omnia sequitur differentiam dixit, peripienum quoniam de æqualibus, vel plurib⁹ differentia, quam genus dicetur. Idem, si & genus omnia sequitur, de æqualibus vero non omnia sequatur genus, de plurib⁹ differentia dicetur quam ipsum genus. Amplius si in subiecta specie est, quod assignatum genus dicitur. Vt album in niue: quare manifestum, quoniam non erit genus: de subiecta enim specie solum genus dicitur. Considerandum autem est, si non vniuocum sit genus speciei. Idem de omnibus speciebus vniuoce genus prædicatur. Amplius, quando existente & speciei, & generi contrario, si quod melius consideretur reliquum in reliquo esse, eo quod contraria in contrarijs generibus: quare quod de eis est, in meliori erit: at videtur melioribus, & genus melius esse. Et si eodem similiter ad vtraque se habente, in peiore, & in meliore genere ponit. Vt animam ipsum quod est agitationem, aut agitatum: nam pari modo eadem statiua, & agitatiua esse videtur: quare melius statio, in hoc oportet genere ponere. Amplius, ex magis, & minus. Destruenti quidem, si genus suscipit magis; species autem non suscipit, neque ipsa, neque quod ab ipsa dicitur: vt si virtus suscipit magis, & iustitia,

&

& iustus, dicitur enim iustus magis alter alte-
ro: si igitur assignatum quidem genus magis
suscipit, species autem non suscipit, neque
ipsa, neque quod ab ipsa dicitur, non erit quo-
dem assignatum genus. Rursum, quod magis
videtur, vel similiter, non est genus: manife-
stum, quoniam nec quod assignatum est. Vti-
lis autem hic locus in talibus maxime, in qui-
bus plura videntur de specie in eo quod quid
est prædicata, cum non determinatum sit, ne-
que promptum nobis est dicere, quodnam ge-
nus genus: vt de ira, tristitiâ, & opinio pœ-
pendentiæ, in eo quod quid est prædicari vi-
detur, contristatur enim iratus, & opinatur pœ-
nipendii. Eadem autem consideratio, & in spe-
cie ad aliud aliquid comparanti. Nam si quod
magis, aut similiter videtur esse in assignato
genere, non est in genere, manifestum, quo-
que assignata omnino species erit in genere. Ex-
perimenti igitur quemadmodum dictum est, at-
tendum. Astruenti vero si quidem suscipit ma-
gis quod assignatum est genus, & species, non
vtilis locus: nihil enim prohibet vtrorumque
suscipientium non esse alterum alterius genus:
nam bonum & album suscipit magis, & tamen
neutrius genus. Generum autem, & specierum
ad se inuicem comparatio, vtilis: vt si similiter
hoc, & hoc genus: si alterum genus, & alterum
similiter autem & si quod minus, & quod ma-
gis: vt si continentiæ, magis potestas, quam vir-
tus genus, virtus autem genus, & potestas. Ea-
dem autem & de specie conuenit dicere: nam si
similiter hoc, & hoc proposita species: si alte-
rum species, & reliquum: & si quod minus vi-
detur species est, & quod magis. Amplius, con-

struendum: perspiciendum & de quibus non
signatum est genus, in eo quod quid est prædica
turcum non sit vna assignata species, sed plu-
res, & differentes. Nam manifestum quoniam
est genus. Si autem in assignato species est, con
siderandum, & si de alijs speciebus genus in
eo quod quid est prædicatur. Nam, rursus acci-
det de pluribus, & differentibus idem prædica
ri. Quoniam autem videtur in quibusdã, & diffe
rentia in eo quod quid est de speciebus prædica
ri, segregandum est genus & differentia, vtenti
bus quæ dicuntur elementis. Primum quidem,
quoniam genus de pluribus dicitur quam diffe
rentia. Deinde, quoniam secundum eius (quod
quid est) assignationem, magis conuenit genus,
quam differentiam dicere. Nam, qui animal di-
cit hominem, magis indicat quid est homo, quã
qui grestibile. Et quoniam differentia quidem
qualitatem generis semper significat, genus au-
tem, differentia non. Nam qui dicit grestibile,
quiddam animal dicit: qui vero animal dicit,
non dicit quale quiddam grestibile; differentia
igitur a genere sic separata. Quoniam autem vi
detur Musicum, qua Musicum est, sciens esse: &
Musica scientia quædam est, & si ambulans eo
quod ambulat mouetur, ambulatio motus qui-
dem est: considerandũ in quo genere vult quis
eum constituere secundum dictum modum: ut
si scientiam ipsum quod est ridem: si sciens quo
dam scit, fiditmanifestum. n. quoniam scientia
species quædam est: eodẽ autem modo, & in alijs
huiusmodi. Amplius, quoniã quod sequitur ali-
quid semper, & non conuertitur, difficile est se-
parare, si non sit genus, si hoc quide illud sequi-
tur omne, illud vero hoc non omne. Vt vnãquil-

litatem quis, & numerum. Inissibile. Eodem
lo autem non: nam illusibile non omne mo
mentum, neque quies omnis, tranquillitas quo
quidem est vtendum, vt genere quod est tem
per consequens, cum non conuertatur alteru
cum autem alterum se extendit non in omni
bus, obsequendum. Instantia autem huius qua
niam nō ens sequitur omne quod fit (nam
quod fit, non est) non conuertitur
(non enim omne quod non est,
fit) attamen non est genus
non ens eius quod fit:
simpliciter enim
non sunt non
entis spe
cies.
De genere igitur quemad-
modum dictum
est, transeun-
dum.

Aristotelis libri quarti Topicorum finis.

ARISTOTELIS TOPICORVM

LIBER QVINTVS.

SVMMA LIBRI.

De modis, & locis Proprij: necnon de nonnullis locis communibus omnibus quæsitis, quæ ab Oppositis, aut à Simili, aut ab eo quod est Magis, & Minus, & æquale, aut à Casibus, & Coniugatis, aut a genitione, & corruptione sumuntur.

De modis Propri. Cap. I.

VTRVM autem proprium, an non proprium est quod dictum est, per hæc considerandum. Assignatur autem proprium aut per se, & semper, aut ad aliud, aut aliquando. Per se quidem, vt hominis, animal mansuetum natura: ad aliud quidem, vt animæ ad corpus: quoniam illa quidē natura nata, hoc autem patet: semper autem Dei, animal immortale: aliquando vero, vt alicuius hominis ambulare in gymnasio.

Sunt autem proprij, quod ad alterum assignatum est, aut duo problemata, aut quatuor. Nam si de hoc quidem assignatum quippiam fuerit, de illo vero negatum idipsum, duo dūtaxat problemata fiunt: quemadmodum hominis ad equum proprium est quod bipes est: nam & si homo non bipes est, argumentabitur quispiam, & quod equus bipes: vtrunque autem remouetur proprium. Si autem de vtroque vtrumque assignatum fuerit, & de vtroque negatum: quatuor problemata erunt: vt hominis proprium ad equum, quòd ille quidem bipes, hic autem quadrupes est: nam, & quòd homo non bipes est, & quod esse quadrupes natus est, argumentari est, & quod equus bipes, & quòd non quadrupes, possibile est argumentari: quolibet igitur modo ostenso, interimitur, quod proprium est. Est autem per se quidem proprium quod ad omnia assignatur, & ab omni separatur (quemadmodum hominis animal mortale disciplinæ susceptiuum) ad aliquod autem, quod non ab omni, sed ab aliquo statuto determinat (vt virtutis ad disciplinam: quoniam illa quidem in pluribus, hæc in rationali solo, & in habentibus rationem nata est fieri) semper autem, quod secundum omne tempus verificatur & nunquàm relinquitur (quemadmodum animalis ex anima & corpore compositum esse) aliquod verò, quod secundum aliquod tempus verificatur, & non ex necessitate semper euenit sequitur: vt alicuius hominis ambulare in forro. Est autem ad alterum proprium assignare differentiam dicere, aut in omnibus, & semper, aut vt multum, & in plurimis. Et in omnibus quidem, & semper, quemadmodum hominis

minis proprium ad equum, quoniam bipes: nam homo quidem & omnis, & semper est bipes: equus autem nullus est bipes, & nunquam: vt multum autem & in plurimis, quemadmodū rationalis proprium principare ad concupiscibile, & irascibile, eo quod illud quidem impe-
rat, hæc autem parent: nam neque rationale semper imperat, sed quandoque illi imperatur, neque concupiscibili, & irascibili semper impe-
ratur, sed imperant quandoque, cùm fuerit ho-
minis anima flagitiosa. Proprietorum autem ea maximè Logica sunt, quæ per se, & semper, & ad aliud. Nam eius quod ad aliud est pro-
prium, plura problemata sunt quemadmodum diximus, & prius: nam aut duo, aut quatuor ex necessitate fiunt problemata, plures autem ora-
tiones fiunt ad hæc: quod autem per se est, & semper ad multa est argumentari, & ad plura tempora obseruare: quod per se quidem ad mul-
ta: nam ad vnumquodque eorum quæ sunt, vt-
pote cui oportet inesse proprium: quare si non ab omni separat, non erit bene assignatum proprium: quod autem semper, ad plura tempo-
ra est obseruare, & siue non ineſt, siue non in-
fuerit, siue non inerit, non erit proprium. Quod vero aliquando, ad illud (quod nunc dicitur) tempus, consideramus: non igitur sunt ratio-
nes ad ipsum plures. Logicum autem est problema, ad quod rationes fiunt & crebræ qui-
dem, & bonæ. Ad aliud igitur proprium dictum, ex iis quæ sunt de accidente locis inspicien-
dum, si huic quidem accidit, illi verò non. De iis autem, quæ semper, & quæ per se, per hæc considerandum.

De locis Proprij. Cap. 2.

PRimum quidem an nō bene assignatum est proprium, an bene. Eius autem, quod est nō bene, aut bene, est vnum quidem, si non per notiora, aut per notiora positum est proprium destruenti quidem, si non per notiora: at constituenti, si per notiora. Eius autem quod non per notiora est, hoc quidem si omnino ignotius positum est proprio, quod assignauit, illo cuius proprium dixit. Non erit bene positum proprium: nam propter notitiam proprium facimus: discendi enim causam, & proprium, & definitiones facimus: per notiora igitur accipiendum: sic enim magis erit sufficienter cognoscere: vtputa qui ponit ignis proprium esse simillimum animæ, ignotiore, quam ignis utitur anima: magis enim scimus quid est ignis, quam quid anima: non igitur erit bene positum proprium ignis, simillimum animæ. Aliud autem, si non notius est hoc huic inesse. Oportet enim non solum notius esse re, sed & huic inesse, notius esse: nam qui non scit si huic inest, neque si illi soli notius inest cognoscit: quare ei quod nūs horum acciderit, obscurum fit proprium: vt quia qui ponit ignis proprium, in quo primo anima nata est esse, ignotiore vtitur quā sit ignis eo, quod ignotius est, si in hoc est anima, & si in hoc primo est: non erit itaque bene positum proprium ignis, in quo primo anima nata est esse. Constituenti autem, si per notiora positum est proprium, & si per notiora secundum vtrumque modum. Erit enim bene secundum hoc positum proprium: nam constructiuorum eorum

eorum eius quod bene, alij quidem secundum hoc solum, alij autem simpliciter monstrabant quod bene: vt quia qui dixit animalis proprium sensum habere per notiora, & notius, assignauit proprium secundum vtrunque modū: quare erit bene assignatum secundum hoc animalis proprium, sensum habere. Deinde destruenti quidem, si quod nominum quæ in proprio dicente assignata multipliciter dicitur, vel etiā totum, non plura significat. Non enim erit bene positum proprium, vt quoniam sentire multa significat, vnum quidem sensum habere, alterum autem sensa vti: non erit animalis proprium bene positum quod natum est sentire: quapropter non vtendum est neque nomine, quod multipliciter dicitur, neque oratione, quæ plura significat: quia quod multipliciter dicitur, obliuium facit quod dictum est, dubitante eo quide per argumentari, quodnam dicit eorū, quæ multipliciter dicuntur: nam proprium discedi gratia assignatur. Amplius autem ad hoc necessariū est destructionem aliquā fieri cum sic assignatur proprium quando in dissidente quispiam consideret syllogismum, de eo quod multipliciter dicitur. Constituenti autem, si non plura significat, neque nominum quippiam, neque tot oratio. Erit enim secundum hoc bene positum proprium: vt quia neque corpus plura significat, neque mobilissimum in superiorem locum: neque totum quod ex his compositum est erit: bene positum secundum hoc ignis proprium corpus mobilissimum in superiorem locum. Deinde destruenti quidem, si multipliciter dicitur illud, cuius proprium assignatur: non determinatur autem cuius eo-

rum ponatur proprium. Non enim bene erit a
signatum proprium. ob quas autem causas non
immanifestum est ex ijs quæ prius dicta sunt:
nam eadem accidere necessarium est, vt quia
scire hoc plura significat: vnum enim scientia
habere hoc, alterum autem scientia vti hoc, a
liud vero scientiam esse huius, aliud autem sci
tia vti huius, nõ erit eius quod est scire hoc, be
ne assignatum proprium nullum, non determi
nato, cuius horum ponitur proprium. Con
struenti vero, si non dicitur multiplicites hoc
cuius proprium ponitur, sed est vnum, & sim
plex. Erit enim bene positum secundũ hoc pro
prium: vt quia homo simpliciter dicitur esse ho
ne positum secundum hoc hominis proprium,
animal mansuetum natura. Deinde destruen
quidem, si frequenter dictum est idem in pro
prio (sæpe enim latent hoc facientes & in pro
prijs, quemadmodum in terminis) non erit be
ne positum quod hoc sustinet, proprium. Gẽ
bat enim audientem, quod frequenter dictum
obscurum igitur necessarium est fieri, & præter
id nugati videntur. Eueniet autem frequenter
idem dicere duobus modis, vno quidem, quan
do nominauerit frequenter idem: vt si quis pro
prium assignet ignis, corpus tenuissimũ corpo
rum hic enim frequenter dixit corpus. Secundũ
autem, si quis assumat orationes pro nomini
bus: vt si quis reddat terræ proprium, substan
tiam, quæ maximè corporum secundum pon
tem fertur in inferiorem locum: deinde as
sumat pro corporibus, huiusmodi substantias:
vnum enim & idem est corpus, & huiusmodi
substantia. erit ergo hoc modo substantia fre
quenter dicta, quare neutrum erit bene po
situm

rum proprium. Construenti verò si nullo vti
tur frequenter nomine eodem. Erit enim secun
dum hoc bene assignatum proprium, vt quia
qui dixit hominis proprium, animal disciplinæ
susceptivum, non vsus est frequenter eodem
nomine; erit vtique secundum hoc bene assi
gnatum hominis proprium. Deinde destruen
ti quidem, si tale aliquid assignauit in proprio
nomen, quod omnibus insit. Inutile enim e
rit, quod non separat ab aliquo: quod autem
in proprijs dicitur, separare oportet: quemad
modum & quæ in terminis: non igitur erit be
ne positum proprium: vt quia qui posuit scien
tiæ proprium opinionem indissuabilem à ra
tione, vnum existens tali aliquo vsus est pro
prio (vno inquam) quod omnibus inest non e
rit vtique bene positum scientiæ proprium.
Construenti autem, si nullo vsus est communi, sed
quod ab aliquo separat, erit bene positum se
cundum hoc proprium. Vt quia qui dixit ani
malis proprium animã habere, nullo vsus est
communi: erit secundum hoc bene positum
proprium animalis, animam habere. Deinde
destruẽti quidem si plura propria assignat eius
dem, non determinans quòd plura ponit. Nõ
enim erit bene positum proprium: nam quem
admodum nec in terminis oportet præter eam,
quæ indicat substantiam orationem, adiunge
re quippiam plusculũ, sic nec in proprijs præ
ter eam, quæ facit proprium quod dictum est,
orationem, quicquam coassignandum: inu
tile enim sit eiusmodi vt quia qui dixit proprium
ignis, tenuissimum, & leuissimum, plura assi
gnasse propria (vtrunque enim de solo igne ve
rum est dicere) non erit bene positum proprium

ignis

ignis, corpus subtilissimum. & tenuissimum. Astruenti vero si non plura eiusdem propria assignauit, sed vnum: erit enim secundum hoc bene positum proprium, vt quia qui dixit animal mortale, corpus quid in omnem figuram diuidi potest, vnum assignauit proprium. Si non plura, erit secundum hoc bene positum unum proprium. Deinde destruenti quidem, si non vsus est cuius proprium assignauit, aut eorum quæ sunt illius aliquis. Non enim erit bene positum proprium: nam discendi gratia assignatur proprium: idem autem eidem similiter notum est: id autem quod aliquid eorum est quæ sunt eius, posterius: non igitur est notius. Quare non fit vt per hoc quisquam magis quid sit discat: vt quia qui dixit animalis proprium substantiam, cuius species est homo, aliquam rem eorum quæ sunt animalis, non erit bene positum proprium. Construenti autem si neque eodem, neque eorum quæ sunt ipsius aliquo vsitur. Erit enim bene secundum hoc positum proprium: vt quia qui posuit animalis proprium ex anima & corpore compositum esse, neque eorum quæ sunt ipsius aliquo vsus est, erit vtique bene secundum hoc assignatum proprium. Eodem autem modo & iis assentiendum est, quæ nam non faciant, aut faciant notius. Destruenti quidē aliquo vsus est, aut oppositio, aut opposito, aut omnino simul natura: aut posteriore aliquo. Non enim erit positum proprium: nam oppositum simul natura, quod autem simul natura & posterius, non efficiet notius: vt quia qui dixit boni proprium, quod malo maxime opponitur, oppositio est ipsius boni: non erit profecto bene assignatum boni

bene proprium. Construenti autem, si nullo vsus est, neque oppositio, neque omnino simul natura, neque posteriore. Erit enim secundum hoc bene assignatum proprium, vt quia qui posuit disciplinæ proprium, opinionem maxime faciendam fidem, nullo vsus est, neque oppositione, neque omnino simul natura, neque posteriore: erit secundum hoc bene positum disciplinæ proprium. Deinde destruenti quidem, si non quod semper sequitur proprium assignauit, sed id quod sit quandoque non proprium. Non enim erit bene pronunciatum proprium: neque in quo deprehendimus inesse ipsum, de hoc de nomen ex necessitate verificatur, neque in quo deprehenditur nō inesse, de hoc ex necessitate non dicetur nomen: quare non erit bene positum proprium. Amplius autem ad hæc neque quando quisquam assignauerit proprium, quod manifestum si inest: si quidem tale est, vt eorum esse proprium, vt quia qui posuit animam ipsum relinquere possit: non igitur erit proprium moueri quandoque, vel stare tale, assignauerit proprium quod sit quandoque nō proprium, nequaquam erit bene positum proprium. Astruenti vero, si quod ex necessitate semper est proprium assignauerit. Erit enim bene positum secundum hoc proprium, vt quia qui posuit virtus proprium quod habentem firmum, quod semper sequitur proprium assignauit: erit vtique secundum hoc bene assignatum virtutis proprium. Deinde destruenti quidem si quod nunc proprium est assignans: non determinauerit quod non proprium assignatum. Non enim erit bene positum proprium: quidem quia quod præter consuetudi

nem

dem fit omne semper determinatione indigere
solent autem vt plurimū omnes, quod semper
sequitur proprium assignare. Secundo autem
quia immanifestos est qui non determinauerit:
si quod nunc est proprium voluerit ponere: no
igitur danda est obiurgationis occatio, vt qui
qui posuit alicuius hominis propriū sedere a
aliquo homine, quod nunc proprium est po
suit, non bene prodrium assignabit, si non de
terminans dixerit quod nunc. Construenti au
tem, si nunc proprium assignans determinauit
posuit, quod nūc proprium posuerit, erit enim
bene positum secundum hoc proprij: vt qui
qui dixit cuiusdam hominis proprium ambu
re nunc alicubi; distinguens posuit hoc, bene
erit positum proprium. Deinde destruenti quo
dem si tale assignauit proprium, quod mani
festum non est aliter inesse quàm sensu, nō erit
erit bene positum proprium: nam omne sen
bile extra sensum situm, manifestum est hoc
enim est si adhuc inest, eo quòd sensu solum
gnoscitur. Erit autem verum hoc in ijs, quae
ex necessitate semper consequūtur. Vt quia qui
posuit. Solis proprium, astrum quod semper
per terram lucidissimum: talis vsus est in pro
prio (super terram inquam ferri) quod semper
cognoscitur: non vtique erit bene. Solis assig
tum proprium, immanifestum enim est cum
occidet Sol, si adhuc feratur, si per terram,
quod nos tunc deseruimus sensum. Construen
ti vero si tale assignauit proprium, quod ma
sui est manifestum aut cum sit sensibile, ex ne
cessitate inesse manifestum est erit enim bene
dum hoc bene positum proprium. Vt quia qui
posuit superficiei proprium quod primum ex

tensum est, seu scibili quidem aliquo vsus est (co
gnitum esse inquam) tali quidem quod manife
stum est inesse semper: erit secūdum hoc bene
assignatum superficici proprium. Deinde destru
enti quidem, si terminum vt proprium assigna
uit. Non enim erit bene positum proprium: nā
non oportet indicare quod quid est esse, pro
prium: vt quia qui dixit hominis proprium ani
mal gressibile bipes, quod quid esse significans
assignauit hominis proprium, non vtique erit
hoc hominis proprium bene assignatum. Con
struenti autem, si quod conuersim quidem prae
dicatur assignauit proprium: non autem quod
quid est esse indicans, erit enim secundum hoc
bene assignatum proprium: vt quia qui posuit
hominis proprium, animal mansuetum natu
ra, quod conuersim quidem praedicatur, assi
gnauit proprium, non quod quid est quidem in
dicans: erit secundum hoc bene assignatum
proprium hominis. Deinde destruenti quidem
si non quippiam in quid est ponens, assignauit
proprium. Oportet enim in proprijs quemad
modum in terminis, primum assignari genus,
deinde sic iam addere reliqua, & separare: qua
re quod non hoc modo positum est proprium,
non erit bene assignatum: vt quia qui dixit ani
male proprium animam habere, non posuit
male quam in quo vt in quid, est animal, non erit
bene positum animalis proprium. Construenti
vero si quis quippiam, quod in quid est ponens
esse, cuius proprium assignauit, reliqua addun
do. Erit enim secundum hoc bene assignatum
proprium: vt quia qui posuit hominis proprium
animal disciplinae susceptibile, quippiam quod
in quid est ponens, assignauit proprium: erit se-

cundum

cundum hoc bene positum proprium hominis. Vtrum igitur bene, an non bene assignetur proprium, per hæc inspiciendum. Vtrum vero proprium est omnino quod dictum est, an non proprium ex ijs considerandum. Nam simplicibus constituentes proprium quod bene positum est, loci idem erunt ijs qui proprium omnino dicunt: in illis igitur dicentur. Primum ergo destruenti quidem inspiciendum ad vtrumque quorum cuius proprium assignauit. Vt si non inest, aut si non de hoc quidem verificatur, aut si non est proprium cuiusque eorum secundum illud cuius proprium assignauit, non erit proprium, quod positum est esse proprium, vt quia de Geometra non verificatur audacem esse ab oratione (nam decipitur Geometer cum pseudographiam facit) non erit hoc scientis proprium, non decipi ab oratione. Construenti autem si de omni verificatur, quia de hoc verificatur erit enim proprium positum est esse proprium, vt quia animal disciplinæ susceptiuum de omni homine verificatur & qua homo, erit hominis proprium animal disciplinæ susceptiuum. Est autem cuius hic destruenti quidem, si non de quo nomen & oratio uerificatur, & si non de quo oratio, & nomen verificatur. Construenti autem, si de quo nomen, & oratio, & si de quo oratio, & nomen prædicatur. Deinde destruenti quidem, si non de quo oratio, & nomen verificatur: & si non de quo nomen, & oratio verificatur, non enim erit proprium, quod positum est esse proprium: vt quia animal disciplinæ susceptiuum verificatur de hoc homo autem non prædicatur, non erit hoc

eius proprium, animal disciplinæ susceptiuum. Construenti aut si de quo oratio, & nomen prædicatur: & si de quo nomen, & oratio prædicatur, erit. n. proprium quod positum est esse proprium, vt quia de quo animam habere verificatur animal, & de quo animal animam habere: est animam habere animalis proprium. Deinde destruenti quidem, si subiectum, proprium assignauit eius, quod in subiecto esse dicitur. Non enim erit proprium quod positum est esse proprium, vt quia qui posuit proprium subtilis flammæ corporis, ignem, subiectum assignauit prædicati proprium, non erit ignis corporis subtilis animal proprium: propter hoc autem nō erit subiectum eius, quod in subiecto esse dicitur proprium, eo q̄ idem esset plurium, & differentium specie proprium: nam eidem plura quædam differentia specie insunt, de solo dicta: quorum erit omnium proprium quod subiectum est, si quis hunc in modum ponat proprium. Cōstruē to autem, si quod in subiecto est assignauit proprium subiecti. erit enim proprium quod positum est non esse proprium: si quidem de solo prædicatur (vt dictum est) proprium, vt quia qui dixit terræ proprium corpus grauissimum specie, subiecti assignauit proprium, & de sola dicitur terra, & vt proprium prædicatur, erit terræ proprium recte positum.

Deinde destruenti quidem, si secundum participationem assignauit proprium. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium: nam quod secundum participationem in est, ad aliquid est esse conducit: erit autem huiusmodi differentia quædam de aliqua specie dicta: vt quia qui dixit hominis proprium gressibile

bile bipes, secundum participationem assignauit proprium: non erit vtique proprium hominis gressibile bipes. Construenti autem, si secundum participationem assignauit proprium, nec quod quid est esse indicans, conuertim re dicata re. Erit enim proprium quod positum est esse proprium, vt quia qui posuit animalia prudens proprium quod natum est sentire, neque secundum participationem assignauit proprium, neque quod quid est indicans conuertim re praedicata, erit vtique quod sentire natum est, animalis proprium. Deinde destruenti quidem, si non contingit simul inesse proprium, sed vel posterius vel prius quàm idipsum nomen: Non enim erit proprium quod positum est esse proprium, aut nunquam, aut non semper: vt quoniam contingit alicui prius fore, & posterius ambulare priorum quàm quod homo, non erit ambulatio proprium hominis proprium, aut nunquam, aut non semper. Construenti autem, si simul ex necessitate semper ineſt, cùm neque terminus neque differentia sit. Erit enim proprium quod positum est forsitan non esse proprium: vt quia animal disciplinæ susceptiuum: simul ex necessitate semper est, & id quod est homo, cum neque differentia sit, nec terminus erit animal disciplinæ susceptiuum hominis proprium.

Deinde destruenti quidem, si eorundem quod eadem sunt, non est idem proprium. Non erit erit proprium, quod positum est esse proprium, vt quia non est proprium prosequendi, aggredi quid vtique proprium apparere quibusdam bonum, neque eligendi: facile idem enim est prosequendum & eligendum. Con-

Construenti si eiusdem quatenus idem proprium. Erit enim proprium quod positum est non esse proprium. Vt quoniam hominis, quia homo dicitur proprium tripartitam animã habere & terrigenæ quatenus terrigena est, erit proprium tripartitam animam habere. Vtilis autem locus hic & in accidente: nam ijsdẽ in eo quod eadem sunt eadem oportet ineſſe, vel non ineſſe. Deinde destruenti quidem, si eorum quæ sunt eadem specie: non ide semper specie proprium est. Neque enim eius quod dictum erit proprium quod positum est esse proprium: vt quia idem est specie homo & equus: non semper autem equi est proprium stare à se, nec hominis erit proprium moueri à se. Idẽ enim est specie moueri, & stare à se quatenus vtrũq; eorum vt animal est accidit. Construenti vero, si eorũ quæ sunt eadem specie, idem semper specie sit proprium. Erit enim proprium quod positum est non esse proprium: vt quia hominis est proprium, esse gressibile bipes, & auis erit proprium, esse volatile bipes: vtrũque enim horum est idem quatenus illa quidem sub eodem sunt genere species, cùm sint sub animali, hæc autem vt generis differentiæ animalis. Hic autem locus falsus est: quando alterum quidem eorum quæ dicũtur vni alicui soli ineſt speciei alterum vero ineſt pluribus, quemadmodum gressibile quadrupes. Quoniam autem idem & diuersum multipliciter dicitur, labor est sophisticè assumẽti vnius assignare, & solius alicuius proprium: nam quod ineſt alicui cui accidit alii quidẽ & accidenti inerit sumpto cum eo cui accidit: vt quod ineſt homini, & albo homini ineſt, si inerit albus homo, & quod albo homini

ineſt, inerit & homini. Calumniabitur autem aliquis multa propriorum, quod ſubiecta id aliud eſt quod ſecundum ſe facit, aliud autem accidentem: vt aliud quidem hominem eſſe dicet, aliud vero album hominem. Amplius autem diuerſum faciens habitum, & quod ſecundum habitum dicitur: nam quod habitui ineſt, & ei quod ſecundum habitum dicitur inerit, & quod ei (quod ſecundum habitū dicitur) ineſt, & habitui inerit: vt quoniam ſciens ſecundum ſcientiam dicitur affici, non inerit ſcientiæ proprium indiſſuaſibile à ratione: nam & ſcientia indiſſuaſibilis erit à ratione. Conſtruenti autem dicendum quoniam non eſt diuerſum ſimpliciter id cui accidit, & accidēs cùm eò cui accidit ſumptum, ſed aliud dicitur, eò quòd diuerſum ſit ipſius eſſe: non enim idem eſt homini eſſe quòd ſit homo, & albo homini eſſe, quòd ſit album homo. Præterea autem conſiderandum eſt ad caſus dicenti, quod neque ſciens eſt indiſſuaſibile à ratione, ſed indiſſuaſibilis à ratione, neque ſcientia indiſſuaſibile, ſed indiſſuaſibilis à ratione: nam ei qui omnino inſtat, omnino eſt aduerſandum. Deinde deſtruenti quidem ſi quod natura ineſt volēs aſſignare: hoc modo ponit ſecundum locutionē, vt quod ſemper ineſt ſignificet. Videbitur enim moueri poſſe poſitum eſt proprium eſſe, vt quia qui dixit hominis proprium bipes, vult quidem quod natura ineſt, aſſignare: ſignificat autem locutione quod ſemper ineſt, non erit hominis proprium bipes: non enim omnis homo eſt duos pedes habens. Conſtruenti aūt, ſi vult quod natura ineſt proprium aſſignare, & locutione hoc modo ſignificat. Non. n. mouebitur ſecundum hoc proprium:

prium: vt quia qui hominis proprium aſſignauit, animal diſciplinæ ſuſceptiuum & vult, & locutione ſignificat quòd natura ineſt proprium non mouebitur ſecundū hoc quòd non ſit proprium hominis, animal diſciplinæ ſuſceptiuū. Amplius, quæcunque dicuntur ſecundum aliud aliquod primum, aut vt primum ipſum, labor eſt aſſignare talium proprium. Nā ſi eius quod eſt ſecundùm aliud aliquid propriū aſſignauit, & de primo verificabitur: ſi autem primi poſſibile, & de eo quod eſt ſecundùm aliud prædicabitur: vt ſi quis aſſignet ſuperficiei proprium colouratum eſſe: & de corpore verificatur colouratum eſſe: ſi autem corporis, & de ſuperficiæ prædicabitur: quare non de quo oratio, & nomen verificabitur. Accidit autem in quibuſdam proprijs plerunque fieri aliquod peccatū, propter hoc quod non determinetur quomodo, & quorum ponit quis proprium: omnes enim conantur aſſignare proprium, aut quod natura ineſt, vt hominis bipes, aut quod nunc ineſt, vt hominis alicuius quatuor digitos habere, aut ſpecie, vt ignis ſubtiliſſimum, aut ſimpliciter, vt animalis viuere, aut ſecundum aliud, vt animæ prudens: aut vt primum quem admodum rationalis prudens, aut in eo quòd habet, vt ſcientis indiſſuaſibile à ratione (nihil enim aliud quàm habendo aliquid erit indiſſuaſibile à ratione) aut in eo quod habeat, vt ſcientiæ indiſſuaſibile à ratione, aut in eo quod participatur, vt animalis ſentire (ſentire enim & aliud quid vt homo, ſed participans hoc, ſentit) aut in eo quod participat, vt animalis animalis viuere: qui non addit igitur naturā, peccat, eo quòd contingit quod natu-

re ineſt, non eſſe illi cui natura ineſt, vt homini duos pedes habere: qui vero non determinauit quoniam quod ineſt aſſignat, quod non erit tale quale nunc ineſt id, ceu quatuor digitos habere hominem, non indicans quoque quod primum, aut vt ſecundum aliud ponit, quod non de quo oratio & nomen verificabitur: vt coloratum eſſe ſiue ſuperficiei, ſiue corporis aſſignauerit proprium, non prædicens etiam quod aut in eo quod eſt habere, aut in eo quod haberi proprium aſſignauit ideo non erit proprium quod aſſignatum eſt: nam inerit (ſi de eo quod habetur aſſignauit proprium) etiam habenti: ſi autem habenti, & ei quod habetur, indiſſuſibile à ratione, ſcientiæ vel ſcientia poſitum proprium, non præſignificans etiam de eo quod participat, vel participatur, eo quod & in alijs quibuſdam inerit proprium. Si enim de eo quidem quod participatur, aſſignauit proprium participantibus inerit, ſi vero in eo quod participat, in alijs quæ participantur, vt ſi alicuius animalis ſuerit viuere proprium, non diuidens etiam ſcie quod vni ſoli, inerit eorum, quæ ſub eo ſunt cuius proprium ponit: nam quod eſt ſecundum ſuperabundantiam, vni ſoli ineſt: vt igni leuitatem. Aliquoties autem & ſpecies addens peccat. Nam oportebit vnam ſpeciem eſſe eorum quæ dicuntur, quando ſpecie addiderit: hoc autem in quibuſdam non acciderit, vt nec in igne, non enim eſt vna ſpecies ignis: nam conuerſum eſt carbo & flamma, & lux ſpecie, cum vnumquodque horum ſit ignis: propter hoc autem non oportet quando ſpecie additus, diuerſam eſſe ſpeciem eius quod dicitur, quoniam his quidem magis, illis aut minus inerit quod dictum

dictum eſt proprium, vt in igne ſubtiliſſimum: ſubtilius enim eſt lux carbone, & flamma. Hoc autem non oportet fieri quando non, & nomen magis prædicatur, de quo oratio magis verificatur. Si autem non, non erit de quo oratio magis, & nomen magis. Amplius autem ad hæc idem eſſe accidit proprium eius quod ſimpliciter, & eius quod maxime in ſimpliciter: vt in igne ſe habet ſubtiliſſimum: nã & ſimpliciter & igni, & lucis erit hoc ipſum proprium, ſubtiliſſima enim lux: cum igitur alius ſi aſſignat proprium, argumentandum: ſibi aũ non danda hæc inſtantia, ſed ſtatim cum ponit proprium, determinandum eſt quomodo ponit proprium. Deinde deſtruenti quidem, ſi idem eiuſdem proprium poſuit. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium: nam idem eidem omne, quid eſt eſſe indicat: quod autem eſſe indicat, non proprium, ſed terminus eſt, vt quia qui dixit honeſtũ proprium decens eſſe, idem eiuſdem proprium aſſignauit (idem enim eſt honeſtum & decens) non vtique erit decens honeſti proprium. Conſtruenti autem, ſi non eiuſdem proprium aſſignauit, cum conuerſim prædicatum poſuit. Nam erit proprium quod poſitum eſt non eſſe proprium: vt quia qui poſuit animalis proprium id quod ſubſtantiæ animatæ, non idem quidem eiuſdem proprium poſuit, & conuerſim prædicatum aſſimauit, erit animalis proprium ſubſtantia animata. Deinde etiam in ijs, quę ſimilium partiũ ſunt, conſiderandum eſt: deſtruenti quidem ſi quod totius eſt proprium, non verificatur de parte: aut quod partis, non dicitur de toto. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſ-

se proprium: accidit autem in aliquibus hoc fieri, assignabit enim aliquis in ijs, quæ simila partium sunt proprium aliquoties quidem ea to respiciens, aliquoties autem in eo quod sed dum partem dicitur ipse seipsum intelligens ar erit neutrum rectè assignatum, vt in toto qu dem quia qui dixit maris proprium: plurima aqua salsa, alicuius similium partiū posuit pro prium, & tale assignauit quod non verificatur de parte (non enim erit quiddam maris plurima aqua salsa) non vtique erit maris proprium plurima aqua salsa. In parte autem, vt qui posuit aeris proprium, respirabile, simili quidem partium alicuius dixit propriū, tale au tem assignauit quod de quo aere verum est, de toto autem non dicitur (non enim erit vniuersus aer respirabilis) non erit vtique aeris proprium respirabile. Astruenti autem, si verificatur de vnaquaque similium partium quod est proprium earum secundum totum. Ens proprium, quod positum est nō esse proprium, vt quia verificatur de omni terra deo sum secundum naturam: est autem & non propriu alicuius terræ secundum totum (nam secunda terram, & id quod est terrā esse) erit terræ pro prium deorsum ferri secundum naturam.

De locis communibus omnibus quæsitis, quæ sumuntur ab Oppositis, aut à Simili aut ab eo, quod est Magis, & minus, & æquale, aut à casibus, & coniugatis, aut à generatione, & corruptione. Caput III.

DEinde ex oppositis considerandum est primum quidem ex contrarijs: destruenti quidem

dem, si contrarij non est contrarium. Neque enim contrarij erit contrarium proprium: vt quia contrarium est iustitiæ quidem iniustitia, optimo autem pessimum: nō est autem iustitiæ proprium, optimum, non erit iniustitiæ proprium pessimum. Construenti autem, si contrarij contrarium proprium est, & contrarij contrarium proprium erit. Vt quia contrarium est bono quidem malum, eligendo autem fugiendum: est autem boni proprium eligēdum: erit mali proprium fugiendum. Secundum autem, ex ijs quæ ad aliquid sunt: destructi quidem, si hoc quod ad aliquid est, eius quod est ad aliquid non est proprium. Neque enim hoc quod ad aliquid est eius quod ad aliquid est, erit proprium: vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium, superans autem ad superatum: non est autem dupli proprium superans, non erit dimidij proprium superatum. Construenti autem, si eius quod est aliquid, hoc quod ad aliquid est proprium: & eius quod est aliquid, id quod est ad aliquid est proprium. Vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium id esse, quod duo ad vnum: est autem dupli proprium vt duo ad vnum: erit dimidij proprium, vt vnum ad duo. Tertium autē destruenti quidem, si habitus, id quod secundū habitum dicitur non est proprium, neque profectio priuationis, id quod secundum priuationem dicitur, erit proprium: & si priuationis, id quod secundum priuationem dicitur nō est proprium, neque habitus, id quod secundum habitū dicitur erit proprium. Vt quia non dicitur sanitatis proprium insensibilitatem esse, neq; audiens erit proprium sensum esse. Constructi vero, si quod secundum habitū dicitur est habi

tus proprium : & priuationis, id quod secũdum priuationem dicitur erit proprium : & si priuationis, id quod secundum priuationem dicitur est proprium, & habitus quod secundum habitum dicitur erit proprium. Vt quia visus est proprium videre, secũdum quod habemus visum: erit excæcatis proprium non videre, secundum quod non habemus visum, nati habere. Deinde ex affirmationibus, & negationibus primũ quidem ex ipsis quæ prædicantur. Est autem locus hic vtilis destruenti tantum: vt si affirmatio, vel quod secundum affirmationem dicitur eius est proprium, non erit profectò eius negatio, neque quod secundum negationem dicitur proprium: si autem sit negatio, aut quod secundum negationem dicitur proprium, eiusdem non erit affirmatio, neque quod secundum affirmationem dicitur proprium: vt quia proprium animalis est animatum, non erit animalis proprium, non animatum. Secundum autem ea prædicatis, vel etiam non prædicatis, & de quibus prædicatur, vel non prædicatur: destruenti quidem, si affirmationis affirmatio non est proprium. neque enim negatio negationis est proprium: & si negatio negationis non est proprium, neque affirmationis affirmatio erit proprium: vt quia non est proprium hominis animal, neque non hominis non animal: si autem non hominis non videtur proprium non animal, neque hominis erit proprium animal. Construenti autem, si affirmationis affirmatio est proprium. Nam & negatio negationis erit proprium: si autem negationis negatio est proprium, & affirmatio affirmationis erit proprium: vt quia non animalis est proprium non

viuere, erit animalis proprium viuere: & si animalis proprium videtur viuere, & non animalis proprium videbitur non viuere. Tertium autem ex ipsis subiectis, destruenti quidem, si quod assignatum est proprium, affirmationis est proprium. Non erit enim idem, & negationis proprium: si autem negationis est proprium quod assignatum est, non erit affirmationis proprium: vt quia animalis proprium est animatum, non animalis non erit proprium animatum. Construenti vero, si assignatum proprium alicui est affirmationis proprium, erit negationis. At hic locus deficit: nam affirmatio negationis, & negatio affirmationis non est proprium, quãdoquidem affirmatio negationi omnino non inest: negatio autem affirmationi ineſt quidem sed non vt proprium ineſt. Deinde ex ijs quæ ex opposito diuiduntur: destruenti quidem si eorum quæ ex opposito diuiduntur, nullum vllius proprium est. Neque enim quod oppositum est, erit proprium eius cuius positum est proprium: vt quia animal sensibile nullius aliorum mortalium animalium est proprium, non erit animal intelligibile Dei proprium. Constituenti autem, si eorum quæ ex opposito diuiduntur quod quid est proprium talium quorumcunque eorum quæ ex opposito diuiduntur. Nam reliquum non erit eius proprium, cuius positum est non esse proprium: vt quia prudentiæ est proprium, per hoc esse rationalis virtutem esse, & aliarum virtutum sic vniuscuiusque sumptæ: erit temperantiæ proprium per se natum esse concupiscibilis virtutem esse. Deinde ex casibus: destruenti quidem, si casus non est casus proprium.

ptium. Neque enim casus erit proprium ca-
sus: vt quia non est eius quod est iuste pro-
prium id quod bene, neque iusti proprium est
bonum.

Construenti autem, si casus est proprium ca-
sus. Nam & casus erit casus proprium, vt quia
hominis est proprium gressibile bipes, & homi-
ni erit proprium gressibili bipedi dici. Non ta-
lum autem in eo quod dictum est secundum ca-
sus est considerandum, sed & in oppositis. Si-
admodum & in prioribus locis dictum est. Con-
struenti quidem, si oppositi casus non est pro-
prium oppositi casus. Neque enim oppositi ca-
sus erit proprium oppositi casus: vt quia non
est eius quod est iuste proprium quod bene, ne-
que iniuste erit proprium quod male. Con-
struenti vero, si oppositi casus est proprium
oppositi casus. Nam & oppositi casus, erit pro-
prium oppositi casus: vt quia honesti est pro-
prium optimum, & inhonesti erit proprium pes-
simum. Deinde ex ijs quæ similiter se habent
eius quod similiter se habet, non est proprium.
Neque enim quod similiter se habet, eius quod
similiter se habet erit proprium, vt quia simi-
liter se habet ad extruendum ædificium ædi-
cator, & medicus ad efficiendum sanitatem,
non est autem proprium medici efficere sani-
tatem, neque ædificatoris erit proprium, extru-
re ædificium. Construenti autem, si quod si-
militer se habet erit proprium eius quod simi-
liter se habet. Nam & quod similiter se habet
eius quod similiter se habet erit proprium, si
quoniã similiter se habet medicus ad id quod
est esse effectiuum sanitatis, & ludi magister
ad id quod est esse effectiuum bonæ habitu-

dinis: est autem proprium magistri ludi, esse ef-
fectiuum bonæ habitudinis, erit proprium & me-
dici effectiuum esse sanitatis. Deinde ex ijs
quæ sic se habent: destruenti quidem, si quod
sic se habet, eius quod sic se habet non est pro-
prium. Neque enim quod sic se habet, eius
quod sic se habet, erit proprium. Si autem eius
quod sic se habet, id quod sic se habet est pro-
prium, eius non erit proprium, cuius positum
est esse proprium. Vt quia sic se habet pruden-
tia ad honestum & turpe, eo quòd disciplina vt-
rorumque eorum est: non est autem prudentiæ
proprium disciplinam esse honesti, non vtique
erit proprium prudentiæ disciplinam esse tur-
pis: si vero est proprium prudentiæ disciplinã
esse honesti, non erit proprium eiusdem disci-
plinam esse turpis: impossibile est enim plura
vnius esse propria. Construenti vero nihil locus iste
vnius: nam quod sic se habet, vnum ad plura
comparantur. Deinde destruenti quidem, si
quod secundum esse dicitur, non est eius quod
secundum esse dicitur proprium. Nam neque
corrumpi eius quod est secundum corrumpi,
neque generari eius quod secundum generari
dicitur, erit proprium. Vt quia est hominis pro-
prium esse animal, neque eius quod est homi-
nem generari, erit proprium generari animal,
neque eius quod est hominem corrumpi erit
proprium corrumpi animal. Eodem autem mo
do accipiendum est & ex generari ad esse & cor-
rumpi, & ex corrumpi ad esse & generari, quem
admodum dictum est nunc ex esse ad generari,
& corrumpi. Construenti autem, si eius quod
secundum est esse ordinatum est. Est autem pro-
prium ordinatum proprium: nam & eius, quod se-

cundum

cundum generari dicitur, erit hoc quod secundum generari dicitur proprium, & eius quod secundum corrumpi, hoc quod secundum corrumpi est assignatum: vt quia hominis est proprium esse mortalem, & eius quod est generari hominem, erit proprium generari mortalem, & eius, quod est corrumpi hominem, corrumpi mortalem. Eodem autem modo accipiendum est & ex generati, & corrumpi, & ad esse, & ad ipsa ex ipsis fieri: quemadmodum & in destruenti dictum est. Deinde inspiciendum ad idem supposita: destruenti quidem, si idea inest, aut si non qua id dicitur, cuius est proprium assignatum. Non enim erit proprium positum est esse proprium: vt quoniam ipsi homini non inest quiescere qua homo est, sed qua idea, non erit hominis proprium quiescere. Construenti autem, si idea inest, & secundum hoc inest qua dicitur de illo ipso, cuius positum est non esse proprium. Erit enim proprium positum est non inesse proprium: vt quoniam ipsi animali ex anima & corpore compositum esse, & qua animal est, ipsi inest id, erit proprium animalis ex corpore & anima compositum esse. Deinde ex magis & minus. Primum quidem destruenti, si quod magis est, eius quod magis non est proprium. Neque enim quod minus est, eius quod minus erit proprium: neque quod minime eius quod minime: neque quod maxime eius quod maxime: neque quod simpliciter eius quod simpliciter: vt quia non est magis colorati magis corporis proprium: neque quod minus colorati minus corporis proprium erit: neque colorati corporis omnino. Construenti autem, si quod magis est, eius quod magis est, proprium. Nam quod minus est, eius quod minus est erit proprium: & quod minime, eius quod minime, & quod maxime, eius quod maxime: & quod simpliciter, eius quod simpliciter: vt quia magis viuentis magis sentire est proprium: & minus viuentis minus sentire, erit proprium, & eius quod maximè id quod maximè, & eius, quod minime, id quod minime, & eius quod simpliciter, id quoque quod simpliciter. Et ex eis autem quod simpliciter, ad eadem considerandum: destruenti quidem, si quod simpliciter non est proprium. Neque enim quod magis est, eius quod magis, neque quod minus, eius quod minus, neque quod maxime, eius quod maxime, neque quod minime, eius quod minime erit proprium: vt quia non est hominis proprium studiosum, neque magis hominis, magis studiosum erit proprium. Construenti autem, si quod simpliciter est, eius quod simpliciter est proprium. Nam & hoc quod magis eius quod magis, & quod minus eius quod minus, & quod minime eius quod minime, & quod maxime eius quod maxime erit proprium: vt quia est ignis proprium sursum ferri secundum naturam, & magis ignis erit magis proprium sursum ferri secundum naturam: eodem modo considerandum est & ex alijs huiusmodi. Secundum autem, destruenti quidem, si quod magis est, non est eius quod magis est proprium. Neque enim quod minus est eius quod minus erit proprium: quoniam magis est proprium animalis sentire quam hominis scire, non est autem animalis proprium sentire, quare non erit hominis proprium scire. Construenti autem, si quod minus, eius quod minus est proprium. Nam & quod magis,

magis, eius quod magis erit proprium: vt quia minus est proprium hominis mansuetum natura quàm animalis viuere: est autem hominis proprium mansuetum, natura erit proprium animalis viuere. Tertium vero, destruenti quidem, si cuius magis est, proprium non est. Neque enim cuius est minus proprium, eius proprium: si autem illius est proprium, non erit huius proprium: vt quia colorari magis superficiei quàm corporis est proprium, non autem superficiei proprium, non erit corporis proprium colorari: si vero est superficiei proprium, non erit corporis proprium. Construenti autem hic locus non est vtilis: nam impossibile est idem plurium proprium esse. Quare tum destruenti quidem, si quod maius est eius proprium, non est proprium, neque proferibit quod minus est eius proprium, erit proprium. Vt quia magis est proprium animalis sentibile quam partibile, non est autem animalis sentibile proprium: quare non erit animalis partibile proprium. Construenti autem si quod minus est eius proprium, est proprium. Nam si quod magis est eius proprium, erit proprium: vt quoniam minus est proprium animalis sentire quam viuere: est autem animalis proprium sentire, erit animalis proprium viuere. Deinde ex his, quæ similiter insunt, primum quidem destruenti, si quod similiter est proprium, non est proprium eius, cui similiter est proprium. Neque enim quod similiter est proprium, erit proprium eius cuius similiter est proprium: vt quia similiter est proprium concupiscibilis non cupiscere, & rationalis ratiocinari: non est autem proprium concupiscibilis concupiscere, non

non erit rationalis proprium ratiocinari. Construenti vero, si quod similiter est proprium, eius est proprium, cuius est similiter proprium. Nam & quod similiter est proprium, erit eius proprium cuius similiter est proprium: vt quia similiter est rationalis proprium primum prudens, & concupiscibilis proprium primum temperans: est autem rationalis primum prudens: erit igitur concupiscibilis proprium primum temperans. Secundum autem, destruenti quidem, si quod similiter est proprium non est proprium eius. Nam neque quod similiter est proprium, erit proprium eius: vt quia similiter est proprium hominis videre, & audire, non est hominis proprium videre, nō vtique hominis proprium audire. Construenti vero, si quod similiter est eius proprium, est proprium. Nam quod similiter est eius proprium, proprium erit vt quia similiter est proprium animæ, aliquid partium eius primo esse concupiscibile, & rationale primo: est autem proprium animæ, quid partium eius esse concupiscibile primo, erit vtique proprium animæ, quidpiam partium eius esse rationale primo. Tertium vero, destruenti quidem, si cuius similiter est proprium, non est proprium. Neque enim cuius similiter proprium erit proprium: si autem illius est proprium, non erit alterius proprium: vt quia vrere similiter est proprium flammę, & carbonis, non est autem flammæ proprium vrere, non erit carbonis proprium vrere: si autem est flammæ proprium, non erit carbonis proprium vrere. Construenti autem hic locus non est vtilis: differt autem quod est ex similiter se habentibus, ab eo quod ex ijs est, quæ similiter insunt: quoniam illud

illud quidem secundum proportionem fiet
tur, non in eo quod inest aliquid compara
hoc autem ex eo quod inest, alicui compa
Deinde destruenti quidem, si potentia pro
assignans, & non ad ens assignauit proprium
tentia, cùm non contingant ei potentia inse
cùm ens non est. Nō enim erit proprium quo
positum est esse proprium: vt quia qui dixit
ris proprium respirabile, potentia quidem
gnauit proprium (nam tale proprium vt resp
rari possit, respirabile est:) assignauit autem
& ad non esse proprium: nam & cum non
animal quod spirare natum ex aere, contin
aerem esse, non tamen cum non est anim
sibile est spirare: quare neque aeris erit
prium huiusmodi possibile respirari tunc,
animal non erit quod tale est, ut respirare
sit: non ergo erit aeris proprium respirabile.
Construenti autem, si potentia assignans pro
prium, tam ad ens assignauit proprium, quam
ad non ens, cùm contingat potentia non esse
ineſſe. Erit enim proprium quod positum est
non esse proprium: vt quia qui assignauit pro
prium, entis possibile pati, aut facere potens
assignans proprium, ad ens assignauit proprium
(nam cum ens est, & possibile pati quid, aut
facere erit) quare proprium erit entis possi
le pati quid, aut facere. Deinde destruenti quo
dem, si per superabundantiam posuit proprium
Non erit enim proprium quod positum est es
se proprium: accidit enim sic assignantibus pro
prium, non de quo orationem, & nomen vere
carinam corrupta re, nihil minus erit oratio
nam eorum quæ sunt, alicui maxime inest: vt
quis assignet ignis proprium, corpus leuissimum
cor-

corrupto enim igne, erit aliquod corporum
quod leuissimum erit: quare non erit ignis pro
prium, corpus leuissimum. Construenti autem,
& non per superabundantiam posuit proprium,
Erit enim secundum hoc bene positum
proprium: vt quia qui posuit hominis
proprium animal mansuetum
natura, non superabundan-
tia assignauit proprium
erit vtique secun-
dum hoc be
ne positum pro-
prium.

Aristotelis libri quinti finis.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER SEXTVS.

SVMMA LIBRI.

De locis Definitionis: de locis ex differentijs definitis: de locis definitionum verum, quæ complectuntur: Postremo de locis definitionum, quæ omnibus prædicamentis communes sunt.

De locis Definitionis, & primum Generis. Caput. I.

EIVS autem, quod est circa terminos negotij, partes sunt quinque. Nam, aut quod omnino non verum est dicere, aut de quo nomen, & oratio non (oportet enim hominis definitionem de omni homine verificari:) aut quod, cum genus, non posuit in genere, vel non in accommodato genere posuit (oportet enim eum qui definit in genere ponentem differentias adiungere: nam maximè eorum, quæ sunt in definitione genus vi detur definiti substantiam signifi-

care:) aut quod non propria est definitio (oportet enim definitionem propriam esse, quem admodum prius dictum est:) aut si omnia quæ dicta sunt is qui fecit, non definiuit, neque dixit quid est esse rei definitæ. Reliquum autem partes ea, quæ dicta sunt, si definiuit quidem, at non bene definiuit. Si igitur non verificatur, de quo nomen & oratio, ex ijs quæ dicta sunt in accidente locis, considerandum. Nam, & illic vtrum, verum, vel non verum, omnis consideratio fit: quando enim quod ineſt accidens disputamus. quod verum est dicimus: quando autem quod non est, quod non verum: si vero non in accommodato genere posuit, aut si non propria est assignata oratio, ex ijs qui sunt ad genus, & proprium dictis locis, prospiciendum. Reliquum vero si non definiuit, aut si non bene definiuit, aliquo modo aggrediendum dicere. Primum igitur inspiciendum si non bene definiit. Nam facilius est quodlibet fecisse, quàm bene fecisse: manifestum igitur, quoniam peccatum circa hoc plusculum, eo quòd laboriosius: quare argumẽtatio facilior quæ circa hoc, quam quæ circa illud fit. Sunt autem eius quod non est bene, partes duæ, vna quidem, obscura interpretatione vti. Oportet enim definientem, vt contingit, quam clarissima interpretatione vti: eo quod cognoscendi gratia assignatur definitio, secunda autem, si amplius dixit in definitione, quam par sit: nam omne quod superfluum est in definitione, superfluum est. Rursum autem vtrunque quod dictum est, in plures partes diuiditur: vnus autem locus eius, qđ obscure est, si sit æquiuocum alicui, quod dictum est. Vt quod generatio est ductio ad substantiam,

stantiam, & quod sanitas commensuratio calidorum & frigidorum: nam æquinoctium est dictio, & commensuratio: immanifestum igitur vtrum vult dicere eorum, quæ significantur ab eo, quod multipliciter dicitur. Similiter autem & si cum definitum multipliciter dictum, dixerit non dixit: nam immanifestum vtrum definitionem assignauit, contingitque calumniari, velut non conueniente oratione ad omnia, quorum definitionem assignauit: immane autem contingit tale quippiam facere, cum sit æquinoctium. Contingit etiam, & cui dixit, quoties dicitur id, quod in definitione assignatum est, syllogismum facere: nam si secundum nullum modorum sufficienter dictum est, manifestum quod non definierit modo. Alius si secundum metaphoram dixit. Vt scientiam indeciduam, terram autem nec, aut temperantiam consonantiam: nam omne obscurum, quod secundum metaphoram dicitur, contingit, & etiam metaphoræ frequentem calumniari, tanquam non proprie dicentem: non enim congruet dicta definitio in temperantia, nam omnis consonantia in temperantia. Amplius, si est genus consonantiæ temperantiæ, in duobus generibus erit idem, non conuenientibus se inuicem: nam neque consonantia virtutem, neque virtus continet consonantiam. Amplius, si non positis nominibus vtitur. Vt Plato ciliumbræ oculum, aut araneum pannum mordax, aut medullam olligenium dixit. Quoniam omne obscurum, quod insuetum est. Quædam autem neque secundum æquinoctium, neque secundum metaphoram, neque propria dicuntur. Vt lex, mensura, vel imago eorum

quæ natura iusta sunt: sunt autem huiusmodi dextera, metaphora: nam metaphora facit quodammodo notum quod designatum est per similitudinem (omnes enim metaphoræ vtuntur, secundum aliquam similitudinem ea vtuntur:) at quod tale est non facit notum: nam neque similitudo est secundum quam mensura vel imago lex est, neque dici solet proprie: quapropter, si propriè mensuram, vel imaginem legem dicit esse, veritatis est expers: nã imago id est, cuius generatio per imitationem est: hoc autem non inest legi: si autem non proprie, manifestum quod obscure dixit, atq; deterius quo libet eorum quæ secundum metaphoram dicuntur. Amplius, si non manifesta est contrarij oratio ex hoc quod dicitur. Nam, quæ bene assignantur, contrarias communifestant. Aut si per se dicta non sit manifestum cuius est definitio: sed quemadmodum ea, quæ sunt antiquorum scriptorum, nisi quis superscripsisset, non cognoscebatur quid vnumquodque: si igitur non clare, ex huiusmodi est inspicien dum. Si igitur superfluum in termino dixit primum quidem considerandum, si aliquo pacto est, quod omnibus insit, vel simpliciter quæ sunt, vel ijs quæ sub eodem genere sunt definitorum. Nam superfluum dici necessarium id est: oportet enim genus ab alijs segregare, differentiam autem ab aliquo eorum, quæ sunt in eodem genere: atqui quod omnibus quidem inest simpliciter, a nullo separat, quod autem omnibus, quæ sub eodem sunt genere inest, nõ separat ab ijs quæ sunt in eodem genere: quare superuacaneum huiusmodi appositum. Aut si est quidē proprium quod ap-

positum est, ablato autem illo, & reliqua desinit definitio propria esse, & indicat substantiam. Vt in hominis oratione scientiæ susceptiuum appositum superfluum: nam & eo ablato reliqua oratio propria est, & indicat substantiam: simpliciter autem dicendo, omne superfluum, quo ablato reliquum manifestum facit id quod definitur. Talis autem est & animæ terminus, si est numerus ipse seipsum mouens: nam quod seipsum mouet est anima, ceu Plato definiuit, an primum quidem quod dicitur, non indicat autem substantiam interempto numero, vtrum igitur modo se habeat, difficile est vt explicet. Videndum ergo in omnibus talibus ad id quod expedit: vt est phlegmatis terminus, humidum primum à cibo indigestum: vnum enim primum non multa: quare superfluum, indigestum ablatum positum: nam hoc ablato, reliqua erit propria definitio: non enim contingit à cibo & aliquiddam primum esse. An non simpliciter à cibo phlegma, indigestorum primum? quare addendum est indigestum: nam illo quidem modo dicta non vera erit definitio, siquidem non omnium primum est. Amplius, si quippiam eorum, quæ sunt in oratione, non omnibus inest, quæ sunt sub eadem specie. Nam talis peccat definiuit, quàm qui vsi sunt eo quod ineſt omnibus quæ sunt: nam illic, si reliqua propria desinatio, & tota propria erit. simpliciter enim ad prium quolibet addito vero, tota oratio propria fit, at vero si aliquid eorum quæ sunt in oratione, non omnibus insit, quæ sunt sub eadem specie, impossibile est totam orationem propriam esse: non enim conuertim prædicabitur de eo, vt animal gressibile bipes quadricubitale: nam huius-

hùiusmodi oratio non conuertim prædicabitur de re, eo quòd non omnibus ineſt (quæ sub ea etiam specie sunt) quadricubitale. Rursum si idem frequenter dixit. Vt qui concupiscentiæ appetitum delectationis dixit: nam omnis concupiscentia, delectationis est: quare & eidem concupiscentiæ delectationis erit: fit igitur ter idem concupiscentiæ appetitus delectationis (nihil enim differt concupiscentiam dicere, aut appetitum delectationis) quare vtrumque eorum delectationis erit. An hoc quidem nihil absurdum? nam & homo bipes est. Quare & idem homini, bipes erit. est autem idem homini, animal gressibile bipes: quare animal gressibile bipes, bipes est: sed non propter hoc absurdum aliquid accipit. non enim de animali solum gressibile bis bipes prædicatur, sed enim de eodem bis bipes prædicatur, si de animali bipede gressibile bipes dicitur, quare semel tantum bipes prædicatur. Similiter autem & in concupiscentia: non enim de appetitu id quod est delectationis esse prædicatur, sed de toto: quare semel & hic prædicatio fit. Non est autem bis dicere idem nomen, aliquid absurdum: sed frequenter de aliquo idem prædicari, sicut Xenocrates prudentiam definiuit, & contemplatiuam eorum quæ sunt, dicit esse: nam definitiua, contemplatiua quæ dem est, quare bis idem dicit, addens rursum & contemplatiuam. Similiter autem, & quicunque refrigerationem, priuationem eius quidem caloris, qui secundum naturam est, dicunt esse: nam omnis priuatio eius est, quod secundum naturam est: quare superfluum est addere secundum naturam, sed sufficit for-

tasse dicere, priuationem caloris, eò quòd ipsa priuatio notùm facit quod eius sit, quod secundum naturam dicitur. Rursum si vniuersali dicto addidit & particulare. Vt si clementiam imminutionem, expedientiam & iustorum: nam iustum expediens quippiam est, quare continetur in expediente: superfluum igitur, iustum: nam qui dixit vniuersale, addidit & particulare. & si medicinam disciplinam sanatiuorum animali & homini: aut legem imaginem eorum quæ natura sunt bona & iusta: nam iustum bonum quippiam: quare frequenter idem dicit. vtrum igitur bene, an non bene definiuit, per hæc & huiusmodi perspiciendum. Vtrum vere definiuit, & dixit quid est esse, an non, ex his. Primum ergo si non, per priora & notiora confecit definitionem. Nam terminus assignatur eius cognoscendi gratia quod dicitur. cognoscimus autem non ex quibuslibet, sed ex prioribus, notioribusque, quemadmodum in demonstrationibus: sic enim omnis doctrina & omnis disciplina se habet: manifestum igitur, quod qui non per huiusmodi definiuit, non definiuit: si enim definiuit, plures erunt eiusdem definitiones. Nam manifestum, quod & qui per priora, ac notiora, iterum alius definiuit: quare vtræque erunt definitiones eiusdem: tale autem non videtur, natura cuique eorum quæ sunt, vnum est esse hoc ipsum quod est. quare si plures erunt eiusdem definitiones, idem erit definitio, esse quidem secundum vtranque definitionem significatur. hæc autem non eadem sunt. quod definitiones diuersæ: manifestum igitur quoniam non definiuit, qui non per priora atque

atque notiora definiuit. Igitur per non notiora quidem terminum dici, dupliciter est accipere, aut enim si simpliciter ex ignotioribus, aut si nobis ignotioribus, contingit enim vtroque modo: simpliciter igitur notius quod prius est, posteriore: vt punctum linea, & linea superficie, & superficies solido, quemadmodum & vnitas numero: prius enim & principium omnis numeri: similiter autem & elementum syllaba. Nobis autem econuerso quandoque accidet: nam maxime solidum magis sub sensu cadet, quam superficies: superficies autem magis quam linea, linea autem signo magis: quapropter & multitudo magis huiusmodi cognoscit: nam sensu quidem quomodolibet, hæc autem subtili, & secundo intellectu comprehendere oportet. simpliciter igitur melius per priora, posteriora sentare cognoscere, nam magis scientificum tale est. Verum ad eos, qui impotentes sunt cognoscere per talia, necessarium fore per ea, quæ illis cognita sunt, facere orationem: sunt autem talium definitiones quæ & per punctum, & lineæ, & superficiei. omnes enim dicere lineæ, istam autem superficiei, hanc autem solidi fines dicunt esse. Non oportet autem latere quoniam sic definientes non contingit quod quid est esse definitio, indicare: nisi contingat idem nobis notius esse, & simpliciter notius: si quidem oportet per genus & differentias definire eum, qui bene definit, hæc autem simpliciter notiora, & priora sunt specie. determinit enim genus & differentia speciem, quare priora hæc specie. Sunt autem notiora: nam speciem quidem nota necesse est ge-

nus & differentias cognosci: qui hominem cognoscit, & animal gressibile cognoscit: genere & differentia notis, non necesse est speciem cognosci: quare ignotior species. Amplius, illis (qui secundum veritatem huiusmodi definitiones dicunt esse quæ sunt ex iis quæ vnicuique sunt nota) plures: eiusdem accidere definitiones esse, nam alia alijs, non eadem contingit notiora esse: quare quemadmodum ex iis, quæ singulis quibusque sunt notiora, definitionem oportet facere. Amplius eisdem alia interdum alia magis nota: nam principio quidem sensibilia, instructionibus factis, contra: quare neque ad eadem semper ad eadem definitio assignanda, ijs quæ ea quæ singulis quibusque sunt notiora definitionem fatentur assignandam esse: manifestum igitur, quòd non definiendum per ea, quæ huiusmodi sunt, sed per simpliciter notiora: nam & hoc modo sic vna & eadem definitio semper erit. Fortasse autem & quod simpliciter notum, non est id quod omnibus notum, sed quod bene spotitis intellectu. quemadmodum & simpliciter salubre ijs, qui bene affectum habent, corpus: oportet ergo vnumquodque talium simpliciter perquirere, vti autem disputantes ad id quod expedit. Maximè autem fine dissentione id sumere contingit definitionem, si neque ex iis quæ simpliciter notioribus, neque ex ijs quæ notioribus contingit definitionem fieri. Vnus igitur locorum eius quod non per notiora, quod per posteriora, priora indicat: quemadmodum primum diximus. Alius autem, si eius, quod est in quæstione definitione, per indefinitum, & quod in

est assignata est oratio nobis. Prius enim est & notius quod manens est, & definitum, eo quod indefinitum & in motu est. Eius autem, quod non ex prioribus, tres sunt loci. Primus quidem, si per oppositum, oppositum definiuit. vt si per malum, bonum. simul enim natura opposita, & nonnullis etiam eadem disciplina vtrorumque videtur esse: quare non notius alterum altero. Oportet autem non latere quædam formidine, & quæcunque per se ad aliquid dicuntur, quam omnibus huiusmodi est idem esse, ei quod est ad aliquid quodammodo se habere: quare non est possibile sine altero alterum cognoscere, eo quod necessarium est alterius orationem cognosci & alterum. Ergo cognoscere quidem oportet huiusmodi omnia, vti autem eis vt videbitur expedire. Alius, si eodem non eodem definiti nomine vtitur: vt si Solem dicam in die apparentem definiuit: nam qui vtitur, Sole vtitur: & par est ad deprehendendum, si alia sumere pro nomine orationem: vt quòd est, Solis latio super terram: nam tunc manifestum, quod qui Solis lationem super terram dixit, Solem dixit, quare vtitur Sole, qui die vtitur. Rursum, si eo quod è diuerso diuiditur, vt quod è diuerso diuiditur definiuit. Vt impar, vt qui vnitate maior est pare: simul enim naturæ ex eodem genere è diuerso diuiduntur: impar autem & par è diuerso diuiduntur: nam hic, numeri differentiæ. Similiter autem, & si posteriora, superiora definiuit. Vt partem nullam, qui bipartitò secatur: aut bonum, habitum virtutis: nam & bipartitò sumptum est

duobus, quæ paria sunt: & virtus, bonum quoddam est: quare inferiora hæc quam ista sunt: est autem necesse enim qui inferioribus vtitur, & illis vti: nam & qui virtute vtitur, bene vtitur, eò quòd bonum quoddam virtus: similiter autem & qui bipartitè vtitur, & pare vtitur, eo quòd in duo secari significat bipartitè secari: duo autem pati a sunt. Vniuersaliter autem dicendo, vnus est locus non per priora & notiora fecisse orationem: partes autem eas quæ dicta sunt.

Secundus autem, si res cùm sit non ponit in genere. Nam in omnibus huiusmodi prius est, in quibus non prius ponitur in oratione, quid est, vt corporis definitio, quòd habet tres dimensiones: aut si quis hominem definiuit, quòd est sciens numerare: nõ enim dicitur est quid est, habere tres dimensiones: vel quòd est, scit numerare: genus autem vult quid est significare: & primum apponitur eorum quæ in definitione dicuntur.

Amplius, si ad plura cum dicatur id quod definitur: non ad omnia assignauit: vt grammaticen, scientiam scribendi quòd refertur: nam indiget, & quòd legendi: magis enim magis scribendi, quàm legendi assignat qui definit: quare non alius, sed qui vtrumque hæc dicit, eò quod plures non contingit eandem definitionem esse. In quibusdam prædicatum secundum veritatem se habet, vt dictum est, quibusdam autem non, vt in quibus cum per se dicitur ad vtrunque: vt medicinam, ad sanitatem, & ægritudinem efficiendi: nam de illis quidem per se dicitur, de hac aũ per accidens: simpliciter enim alienum à medicina ægritudinem efficere. Quare nihil magis definit hoc, qui ad vtrunque assignauit, quàm qui ad alterum, verùm fortasse & deterius, eo quod & reliquorum quilibet potest ægritudinem efficere. Amplius, si non ad melius, sed ad pejus assignauit, cum sint plura ad quæ dicitur quod definitur. Nam omnis disciplina & potestas, optimi videtur esse. Rursum si non positum est in proximo genere quod dictum est, considerandum ea ijs (quæ ad genera sunt) elementis quemadmodum est dictum prius. Rursum si transiliens quædam genera: vt qui iustitiam æqualitatis habitum effectiuum, vel distributiuum æqui: nam transiliit, qui sic definit, virtutem: relinquens propriam iustitiæ genus, non dicit quid est esse (nã substantia vnicuique est in genere) est autem hoc idem ei quod est non in proximo genere ponere. Nam qui in proximo posuit, omnia superiora dixit: eo quod omnia superiora genera de inferioribus prædicantur. Quare aut in proximo genere ponendum, aut omnes differentias superiori generi addendum, per quas definitur proximum genus: sic enim erit nihil prætermissum, sed pro nomine, in oratione dictum erit inferius genus: qui verò ipsum superius genus dicit, non dicit & inferius genus: nam qui plantam dicit, non dicit arborem. Rursum in differentijs similiter considerandum, si & differentias dixit generis. Nam si non specialibus definiuit differentijs, aut si etiam omnino aliquid huiusmodi dixit, quod nullius contingit differentiam esse (vt animal, aut substantiam) manifestum quoniam non definiuit: nullius enim differentia, quæ dicta sunt. Videndum autem, & si est aliquid quod

è diuerso diuiditur dictæ differentiæ. Nam
non est, perspicuum quoniam non erit quæ
æa est generis differentia: nam omne genus
(quæ è diuerso diuiduntur) differentijs diuid
tur: vt animal gressibili, & volatili: & aquatil
& bipedi. Aut si est quidem è diuerso diui
differentia, non verificatur autem de genere
Nam si non, manifestum quoniam neutra est
genetis differentia: omnes enim quæ è diuers
diuiduntur differentiæ, verificantur de propri
genere. Similiter autem & si verificatur quid
dem, at nō facit apposita generi, speciem. Nā
manifestum, quod non erit hæc specifica differe
rentia generis, nam omnis specifica differentia
cum genere, speciem facit: si autem hęc non est
differentia, nec quæ dicta est: quia hæc è diuer
so diuiditur. Amplius, si negatione diuidat
nus. Vt qui lineam definiunt longitudinem
ne latitudine esse: nam nihil aliud significat,
ne latitudine, quàm quòd non habet latitud
nem: accidet igitur genus participare specie
nam omnis longitudo sine latitudine, aut lat
dinem habens est: quia de omni affirmatio
negatio vera sit: quare genus linea cum long
tudo sit, sine latitudine: aut latitudinem h
erit: at longitudo sine latitudine speciei est
tio: similiter autem & longitudo latitudin
habens: nam sine latitudine, & latitudinem
bens, differentiæ sunt: ex differentia autem
genere, est speciei oratio: quare genus lab
piet speciei orationem, similiter autem &
rentiæ, eo quòd altera dictarum differentiar
ex necessitate prædicatur de genere. Et
tem dictus locus vtilis ad eos, qui ponunt
esse: nam si non est ipsa longitudo, quodam

do prædicabitur de genere quod latitudinem
habet, aut sine latitudine est: oportet enim de
omni longitudine alterum eorum verificari, si
quidem de genere verificari debeat. hoc autē
non accidit: sunt autem & sine latitudine, & la
titudinem habentes longitudines, quare ad il-
los solos vtilis locus, quicunque genus vnum
numero dicunt esse: hoc autem faciūt qui ideas
ponunt. Nam ipsum longitudinem, & ipsum
animal, genus dicunt, esse. Fortasse autem
in quibuldām etiam necessarium est negatione
vti definientem, vt in priuationibus: nam cæ-
cum est quod non habet visum, quando natum
est habere. Differt autem nihil negatione di-
cere genus, aut huiusmodi affirmatione, quæ
negationem necesse est è diuerso diuidi: vt si
longitudinem, habens latitudinem definiuit,
non habente latitudinem è diuerso diuiditur,
non habens latitudinem, neque aliud quicquā:
quare negatione rursum diuiditur genus. Rur-
sum si speciem vt differentiam assignauit. Vt
qui conuicium, iniuriam cum irritione defini-
unt: nam irritio iniuria quædam est, quare non
differentia, sed species est irritio. Amplius, si ge-
nus vt differentiam dixit. Vt virtutem habitum
bonum, vel studiosum: nam bonum est genus
virtutis. An non genus est bonum, sed differen-
tia? siquidem verum est quod non contingat
idem in duobus generibus esse non contingen-
tibus seinuicem (nam neque bonum continet
aut habitum, neque habitus bonum: non enim om
nis) non erunt profecto genera ambo. si igitur
habitus genus est virtutis, perspicuum bonum
non genus, sed magis differentiam esse. Am-

plius,

plius, habitur quidem quid est vitrus significat bonum autem non quid est, sed quale quid videtur autem differentia quale quid significare. Videndum autem & si non quale quid sed ipsum quid significat assignata differentia. Nam videtur quale quid omnis differentia significare. Considerandum autem & si secundum accidens inest definito differentia. Nam nulla differentia est eorum quæ secundum accidens insunt, sicut neque genus: non enim contingit differentiam inesse alicui, & non inesse. Amplius, si prædicatur de genere differentia, vel species, aut inferiorum aliquid speciei, erit definiens. Nam nullum eorum quæ dicta sunt, contingit de genere prædicari, eo quod genus de quam plurimis omnium dicitur. Assumum, si prædicatur genus de differentia. Nam non de differentia, sed de quibus differentiarum videtur prædicari: vt animal de homine & boue, & de alijs gressibilibus animalibus. Sed autem de ea differentia, quæ de specie dicitur: nam si de vnaquaque differetiarum animal prædicabitur, multa animalia de specie prædicabuntur: nam differentiæ de specie prædicantur. Amplius, differentiæ omnes, aut species, aut individua erunt, siquidem sunt animalia: nam vnumquodque animalium aut species, aut individuum est. Similiter autem inspiciendum & si species, aut inferiorum speciei aliquod, de differentia prædicatur. Impossibile enim, eo quod de pluribus differentia, quam species dicitur. Item accidet differentiam speciem esse, si quidem prædicabitur de ea aliqua species: nam si de differentia prædicatur homo, manifestum quoniam differentia est homo. Rursum si non

non prior est differentia specie. Nam genere quidem posterior est, specie autem priorem differentiam esse oportet. Considerandum autem & si alterius generis est dicta differentia neque contenti, neque continentis. Nam non videtur eadem differentia duorum generum esse non continentium seinuicem: si autem nō, accidet, & speciem eandem in duobus generibus esse continentibus seinuicem: infert enim vnaquaque differentiarum proprium genus. vt gressibi & bipes animal coinferunt: quare si de quo differentia & generum vtrunque, manifestum quoniam species in duobus erat generibus non continentibus seinuicem. An non inest gressibile eandem differentiam duorum generū esse non continentium seinuicem, sed addendum neque vtroque sub eodem existente? nam gressibile animal, & volatile animal, genera sūt non continentia seinuicem, & vtriusque eorum est bipes differētia: quare addendum est, neque sub eodem, vtroque existente: nam hæc ambo animali sunt. manifestum etiam quoniam non necesse est differentiam omnem, proprium genus inferre eo quod contingit eandem duorum generum esse non continentium seinuicem, sed alterum tantum necesse est inferre, & superiora omnia: vt bipes, gressibile, vel volatile infert animal. Videndum autem & si in aliquo differentiam assignauit substantia. Nam contingit differre substantia à substantia in eo quod est: quare & eos qui gressibili, & aquatili addunt animal increpant tanquam gressibili aquatile alicubi significet. An in ijs quidē recte increpant? non enim in aliquo, nec alicubi significat aquatile, & terrestre, sed

quale quidnam & si in sicco sit, similiter aqua-
tiler similiter autem & terrestre, & si in humi-
do sit, similiter terrestre, sed non aquatile erit:
attamen si quandoque significat in aliquo dif-
rentia, manifestum quoniam peccabit. Re-
sum, si affectum, differentiam assignauit. Nam
omnis affectus cum magis sit, detrahit a subs-
tia: differentia autem, non huiusmodi est: nam
magis videtur saluare differetia, id cuius est di-
ferentia: & simpliciter impossibile est singulum
quodque esse sine propria differentia: natu cum
non est gressibile, non erit homo: & (vt simpli-
citer dicemus) secundum quecunque alterum
habens, nihil eorum differentia illius est: nam
omnia huiusmodi cum magis fiunt detrahunt
à substantia: quare si aliquam huiusmodi dif-
rentiam quispiam assignauit, peccauit: simpli-
ter enim non alteramur secundum differetias.
Et si alicuius eorum quæ sunt ad aliquid, non
aliud quid differentiam assignauit. Nam eorum
quæ sunt ad aliquid, & differentiæ ad aliquid
vt & in disciplina, contemplatiua enim, & ac-
ua, & effectiua dicitur: vnumquodque autem
horum, ad aliquid significat: contemplatiua
alicuius, & actiua alicuius, & effectiua alicuius.
Considerandum autem & si ad quod natum est
vnumquodque eorum quæ sunt ad aliquid, ad-
gnauit definiens. Nam in quibusdam quidem
ad quod, natum est singulum quodque eorum
quæ sunt ad aliquid, solum est vti, ad aliud au-
tem nihil, vt visu ad videndum solum: quibus-
dam autem & ad aliquid aliud, vt dolio ad
hauriat aliquis, attamen si quis definiat do-
lium, instrumentum ad hauriendum, peccau-
it, non enim ad hoc natum est: termina-

tem est, ad quod natum est ad aliquod sanè vti-
tur prudens qua prudens: & quæ circa singulú
quodque propria est disciplina. Amplius, si non
primum esse. Vt prudentiam virtutem homi-
nis, aut animæ: & non rationalis: primum enim
rationalis virtus, prudẽtia: nam secundum hoc
& anima & homo dicitur prudens. Amplius, si
non susceptiuum est eius cuius dicitur affectus,
vel dispositio, vel quoduis aliud, peccauit: Nam
omnis dispositio, vel affectus in illo natus est fie
cuius est dispositio, vel affectus: vt & scientia
in anima, dispositio existens animæ. Aliquando
autem peccant in talibus, vt quicunque dicunt
quod somnus est impotentia sensus, & dubita-
tio æqualitas contrariarum ratiocinationum, &
dolor separatio naturalium partium cum vio-
lentia: nam neque somnus inest sensui, oportet-
ret autem inesse, si impotentia sensus est. Simi-
liter autem neque dubitatio contrarijs ratioci-
nationibus inest, neque dolor, naturalibus par-
tibus: dolebunt enim inanimata, si dolor eis in-
est. Talis autem & sanitatis definitio. siquidem
commensuratio calidorum, & frigidorum est, ne
esse est enim sana esse, calida & frigida: nam
quæque commensuratio, illis inest, quorum
est commensuratio: quare sanitas inerit vtique
ignis. Item id quod fit, in effectiuum, aut econ-
verso, accidit ponere, sic definientibus: non
enim est dolor, separatio naturalium partium
sed effectiuum doloris: nec somnus, impoten-
tia sensus, sed effectiuum alterum alterius: aut
enim propter impotentiam dormimus aut pro-
pter somnum impotens sumus. Similiter au-
tem & dubitationis videbitur effectiuum esse,
contrariarum æqualitas ratiocinationum: quan-

docunque enim ad vtraque ratiocinantibus eo-
bis similiter videntur omnia secundum vnum-
que fieri, dubitabimus vtrum agamus. Amplius,
secundum tempora omnia, considerandum si
vbi dissonet: vt si immortale definiuit, animal
nunc incorruptibile esse. Nam nunc incorru-
ptibile animal, nunc immortale erit. An in hoc
quidem non accidit? nam anceps secundum
amphibologiam est nunc incorruptibile esse
esse: aut enim quoniam non corrumpitur nunc
significat, aut quoniam non possibile corrumpi
nunc, aut quoniam huiusmodi est nunc, vt nun-
quam possit corrumpi: quando igitur dicimus
quod incorruptibile nunc est animal, non hoc
dicimus, quod nunc tale est animal, sed vt nun-
quam possit corrumpi: hoc autem immortali
idem erat, quare non accidit, nunc idem esse
mortale esse. Sed tamen ficubi accidit quod se-
cundum definitionem quidem assignatum est
inesse nunc vel prius, quod vero secundum ra-
men non inest, non erit idem: vtendum ergo
hoc loco quemadmodum dictum est. Inspicien-
dum autem, & si secundum aliud quippiam ma-
gis dicitur quod definitur, quam secundum ad-
gnatam orationem: Vt si iustitia potestas æqui
distributiua est: iustus enim magis est, qui dis-
git æquum distribuere, eo qui potest: quare non
erit iustitia potestas æqui distributiua: nam &
iustus esset maxime, qui posset æquum distri-
buere. Amplius, si res quidem suscipit magis
quod autem secundum orationem assignatum
non suscipit: aut contra, quod secundum ora-
tionem ei assignatur suscipit, eos autem non.
Oportet enim aut vtraque suscipere, aut non
trum: siquidem est rei quod secundum oratio-
nem

tem assignatur. Amplius, si suscipiunt vtraque
eadem magis, non simul autem vtraque au-
dacium sumunt. Vt si amor concupiscentia
conuersionis est, nam magis concupiscit con-
uersionem: quare non simul vtraque suscipiet
magis erat oporteret, si idem essent. Amplius, si
de bonus quibusdam propositis, de quo res ma-
gis dicitur, id quod est secundum orationem
primus dicitur. Vt si ignis est corpus subtilissi-
mum, ignis enim magis flamma quam lux, cor-
pus autem subtilissimum minus flamma quam
lux: oportet autem vtraque magis inesse eidem,
si quidem eadem sint. Rursum, si hoc quidem si
militer vtrique inest propositis, aliud autem
non similiter vtrique, sed alteri magis. Am-
plius, si ad duo definitionem assignauerit secun
dum vterunque. Vt bonum quod per visum, aut
per auditum delectabile, & ens quod possibile
est pati, aut facere: fiunt enim idem & bonum,
& non bonum est: similiter autem & ens, & non
bonum per auditum delectabile, idem bono
erit: quare quod non delectabile est per audi-
tum, non bono idem: nam eisdem & opposita
eadem erunt: opponitur autem bono quidem
non bonum, per auditum autem delectabili,
per auditum non delectabile: manifestum igi-
tur quoniam idem non delectabile per audi-
tum, non bono: si igitur aliquid est per visum
quidem delectabile, per auditum autem non,
bonum, & non bonum erit: similiter autem
ostendemus quoniam idem ens, & non ens est.
Amplius, & generibus, & differentijs, & alijs
omnibus quæ in definitionibus sunt assignatis,
& qui orationes pro nominibus faciunt consi-
derandum, si quicquam dissonet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De definitione, loci alij. Cap. 4.

SI autem sit ad aliquid quod definitur, aut per se, aut secundum genus: eõtidendum & non dictum est in definitione ad quod dicitur, aut secundum ipsum, aut secundum genus. Vt si scientiam definiuit opinionem indissibilem, aut etiam voluntatem appetitum sine substantia: hominis enim eius quod est ad aliquid, substantia ad alterum, eo quod idem sit vnicuique eorum quæ sunt ad aliquid esse, idipsum quod est ad aliquid quodammodo se habere: oportebat igitur scientiam dicere opinionem scibilis, & voluntatem appetitum boni. Similiter autem & si grammaticen definiuit scientiam literarum: oportebat enim aut ad quod ipsum dicitur, aut ad quod forte genus dicitur, in definitione assignari. Aut si cum quippiam ad aliquid dicimus non assignauit ad finem. Finis autem in vnoquoque est, quod optimum est aut cuius gratia alia sunt: dicendum igitur aut optimum aut finem, vt concupiscentiam non delectabilis, sed delectationis: nam propter hanc, & delectabile eligimus. Considerandum & si genus quod assignauit, vel actus. Nihil enim talium finis: nam magis quod est egisse, & generalle finis, quam facti & agere. An non in omnibus verum huiusmodi? penè enim plurimi delectari magis volunt, quam destitisse delectari: quare agere magis finis quis statuat, quam egisse. Rursum, in quibusdam si non determinauit quanti, vel qualis, vel vbi, vel secundum alias differentias. Vt ambitiosus, & qualis: & quanti appetens est honoris: nam omnes appetunt hono-

rem, quare non sufficit ambitiosum dicere, qui appetit honorem: sed addere oportet differentias. similiter autem & auarus, quã rei appetis pecunias: aut intemperãs, circa quas voluptates? non enim qui à qualibet voluptate tenetur, intemperans dicitur, sed qui ab aliqua. Aut rursum qui definiuit noctem, vmbram terræ: aut succussionem, motum terræ: non nubem, densitatem aeris: aut ventum, motum aeris: addendum enim quanti, & qualis, vbi, & à quo. Similiter autem & in cæteris huiusmodi: nam omittens differentiam quamlibet, non dicit quid est esse: oportet autem semper ad id quo indiget, argumentari: non enim qualibet modo terra mota: neque quantuncunque fuerit succussio erit: similiter autem neque aere qualibet moto, neque quantocunque modo, ventus erit. Amplius, in appetitibus, si non apparens quod apparet, & in quibuslibet alijs contingit. Vt quoniam voluntas appetitus boni, concupiscentia autem appetitus delectationis, sed non apparentis boni, vel delectationis: plerunque enim latet appetentes: quoniam bonum non delectabile est: quare non necessarium bonum, vel delectabile esse, sed apparens solum: oportebat ergo sic & assignationem facere. Si autem & assignauit quod dictum est in ipsas species ducendum eum qui ponitur ideas esse. Bonum enim est idea illius apparentis: ipsa autem species ad ipsam speciem videtur dici: vt ipsa concupiscentia, ipsius delectationis: & ipsa voluntas, ipsius boni apparentis igitur boni non erit ipsa voluntas, neque apparentis delectationis ipsa concupiscentia: absurdum enim est esse ipsum apparens bonum, vel delectabile. Amplius,

plus, si sit quidem habitus definitio, considerandum in habente, si quidem habetis, in habitu: similiter autem & in exteris talibus. Vt si delectatio est iuuantia, & delectabile iuuabile. Vniuersaliter autem dicendo in huiusmodi definitionibus, quodam modo, vno plura accidit eorum definit definire. Nam qui scientiam definiuit, quodammodo & ignorantiam definiuit: similiter autem & scium, & insciu: & scire, & ignorare: nam primo dilucido facto, & reliqua quodammodo dilucida fiunt. Inspiciendum igitur in omnibus talibus, ne quicquam diffugiat vtendo elementis ex contrarijs, & coniugatis. Amplius, in his quæ ad aliquid sunt, considerandum si ad quod genus assignatur, & species ad illud quoddam assignatur. Vt si opinio ad opinatum, & quædam opinio ad quoddam opinatum: & si multiplex ad submultiplex, & quoddam multiplex ad quoddam submultiplex: si autem non sic assignatur, manifestum quoniam peccatur. Videndum autem, & si oppositio oppositæ definitio. Vt si dimidij ea sit, quæ opponitur ei, quæ est duplicis: nam si duplex est quod in æquali superat dimidium: & dimidium quod in æquali superatur. In contrarijs autem similiter. Nam contraria contrarij oratio erit, secundum vnam quandam complexionem contrariorum: vt si adiutiuum quidem effectiuum boni est, nociuum effectiuum mali, aut corruptiuum boni: alterum enim horum necessarium est contrarium esse ei, quod ex principio dictum est: si igitur neutrum contrarium est ei quod ex principio dictum est: manifestum quoniam neutra erit earum (quæ posterius assignatur) contrarij oratio: quare neque quæ ex prio-

rio assignata est definitio, recte assignata est. Quoniam autem quædam contrariorum priuatione alterius dicuntur, vt inæqualitas priuatio æqualitatis videtur esse. inæqualia enim quæ non æqualia sunt, dicuntur: perspicuum quoniam quod secundum priuationem quidem dicitur contrarium, necessarium est definire per alterum: reliquum vero non iam oportet, per id quod secundum priuationem dicitur. Non enim accidit alterutrum per alterutrum cognosci, considerandum igitur in contrarijs huiusmodi peccatum. Vt si quis definiuit æqualitatem, contrarium inæqualitati: nam per hoc quod secundum priuationem dicitur, definiuit. Amplius, sic definientem necesse est eo quod definitur vti. Patet autem hoc, si accipiatur pro nomine oratio: nam quia nil refert dicere inæqualitatem priuationem æqualitatis, erit æqualitas contrarium priuationi æqualitatis, quare eodem erit vsus. Si autem neutrum contrariorum secundum priuationem dicatur, assignetur autem oratio similiter. Vt bonum contrarium malo: manifestum quoniam malum contrarium bono erit. nam sic contrariorum similiter oratio assignanda: quare rursum eo quod definitur accidit vti: inest enim in malo oratione bonum: quocirca quoniam bonum est malo contrarium: malum autem nihil differt, vel quod est bono contrarium, erit bonū contrarium, boni contrario, perspicuum igitur quoniam eodem vsus est. Amplius, si quod secundum priuationem dicitur assignauas, non assignauit cuius est priuatio. Vt habitus, aut contrarij, aut cuiuscunque est priuatio. Et si non in quo natum est fieri addidit, vel simpliciter

vel

vel in quo primo natum est fieri. Vt si ignorantiam dicens priuationem: non scientiæ priuationem dixit: aut si non addidit in quo natum est fieri, aut addens non in quo primo assignauit: vt quod non in rationali, sed in homine, vel in anima: nam si quodlibet horum omittat, peccauit. Similiter autem & si cæcitatem non visus priuationem in oculo dixit: oportet autem bene assignantem, quid est, & cuius est priuatio assignare, & quidnam est quod priuatum est. Videndum autem & si non secundum priuationem dictum: priuatione definiuit. Vt & ignorãtia videbitur esse huiusmodi peccatum, ijs qui non secundum negationem ignorantiam dicunt: nam quod non habet scientiam, non videtur ignorare: sed magis quod decepta est: propter quod neque inanimata, neque pueros dicimus ignorare: quare non secundum priuationem scientiæ ignorantia dicitur. Amplius, si similibus nominis casibus similes orationis casus captantur. Vt si adiutiuum ex effectiuum sanitatis, adiutiuè est sanitatis effectiue, & adiuuans efficiens sanitatem. Considerandum & in idea, si aptabitur dictus terminus. Nam in quibusdam non accidit: vt quemadmodum Plato definiuit, mortale addens in animalium definitionibus. idea enim non est mortalis, vt ipse homo: quare non aptabitur ad ideam definitio. Simpliciter autem in quibus apponitur effectiuum, aut passiuum: necesse est dissonare in idea terminum: nam impassibiles & immobiles uidentur esse ideæ ijs, qui dicunt ideas esse: aduersum hos autem, & tales orationes vtiles sunt.

De definitione loci alij. Cap. 5.

Amplius, si eorũ quæ secũdũ æquiuocationẽ dicuntur, vnam definitionẽ omnium communem assignauit: Vniuoca enim, quorum vna est, ſcũm nomẽ oratio: quare nullius eorum quę sub nomine sunt, assignatus est terminus, eo q̃ pariliter ad omne, æquiuocũ adaptatur. Passus autem: hoc est & Dionysij vitæ terminus: siquidem ea motus est generi nutrienti naturaliter inferuiens: nihil enim hoc magis animalibus, quàm plantis ineſt: vita autem non secundum vnam speciem videtur dici, ſed altera quidem animalibus, altera plantis ineſt: contingit igitur, & secundum electionem sic assignare terminum, ac si vniuoca, & secundum vnam speciem omnis vita diceretur. Nihil autem prohibet & eum qui conſpicit æquiuocationem, & alterius vult definitionem assignare: latere non propriam definitionem, ſed communem vtriſque orationem assignare. ſed nihil minus si utrumis modo fecerit, peccauit. Poſtquãm autem quædam latent æquiuocorum, interroganti qui dem vt vniuocis vtendum. Nam non adaptabitur alterius terminus ad alterum: quare videbitur non diſtinguendum hoc præcto, oportet enim in omne, vniuocum adaptari: eidem autem reſpondenti, diſtinguendum eſt. Quoniam autem quidam reſpondẽtium vniuocum quidem dicunt esse æquiuocum, quando non accommodatur ad omne assignata oratio: æquiuocum autem vniuocum, etiam si ad vtrunque accommodetur: præconfeſſione vtendum pro talibus, aut præcolligendum quòd æquiuocum

vel

vel vniuocum, aut vtrunque fuerit. Magis enim concedunt non præuidentes, quod futurum est vt accidat. Si autem non facta confessione, dixerit aliquis vniuocum æquiuocum esse, eo quod non accommodatur, & in hoc assignata oratione considerandum si huius oratio accommodatur & ad reliqua. Nam manifestum, quoniam vniuocum erit reliquis: si autem non, plures erunt definitiones reliquis: nam quæ secundum nomen orationes accommodabuntur ad eandem, quæ prior assignata est, & quæ posterior. Rursum, si quis definiens aliquid eorum quæ multipliciter dicuntur, & oratio non accommodatur ad omnia, & quia æquiuocum esse non concedat, nomen etiam dicat non ad omnia accommodari, quoniam nec oratio, dicendum ad eiusmodi, quod nominatione quidem oportet vti quæ tradita est, & quæ sequitur, & non dimouere quæ talia sunt, tametsi nonnulla dicenda non sint similiter multitudini. Si autem alicuius complexorum assignetur terminus, considerandum est auferendo alterius eorum quo complectuntur orationem, si est & reliqua reliqui. Nam si non, manifestum quoniam neque tota totius: vt si quispiam definiuit lineam finalem rectam, finem plani habentis fines, cuius medium superadditur finibus: si finalis linea oratio est, finis plani habentis fines, recte oportet esse reliquum, cuius medium superadditur finibus: sed indefinita neque medium, neque fines habet, recta autem est, quare non est reliqua reliqui oratio. Amplius, si cuius sit compositum quod definitur, æquimembris oratio assignetur definitio. Æquimembris autem dicitur oratio esse, quando quot fuerint com-

posita, tot & in oratione nomina, & vterbi fuerint: necesse est enim in talibus ipsorum nominum commutationem fieri aut omnium aut aliquorum, eo quod nihil plura nunc, quã prius nomina dicta sunt: verum oportet eum qui definit, orationem pro nominibus assignare, maxime quidem omnibus, quod si non, at saltem in plurimis: sic enim & in simplicibus qui nomen commutat, non definiturus est. Vt pro tunica, vestem. Amplius autem manus peccatum, si & per ignotiora nomina commutatio nem fecerit. Vt pro homine albo, terrigenam candentem, neque enim definiuit, cum minus sit clarum quod sic dicitur. Considerandũ autem & si per commutationem nominum, non idem iam significat. Vt qui contemplatiuã scientiam, opinionem contemplatiuam dixit: nam opinio, scientiæ non idem (at oportet, si debet, & totum idem esse) nam contemplatiuum quidem commune in vtriusque orationibus est, reliquum uero differens. Amplius, si alterius nominum commutationem faciens, nõ differentiæ, sed generis commutationem fecerit. Vt in eo quod nuper dictum est: ignotius enim contemplatiua quam scientia: nam hoc quidem genus, illud autem differentia, omnibus autem notius genus, nam communis, quare non generis, sed differentiæ oportebat commutationem fieri, eo quod ignotior est. An hæc quidem ridicula reprehensio? nihil enim prohibet differentiam quidem notissimo nomine dici, genus autem non: sic autem rebus se habentibus manifestum quoniam generis, & non differentius secundum nomen commutatio facienda: si autem non nomen pro nomine, sed ora-

orationem pro nomine cōmutat, manifestum quoniam differentiæ magis quam generis definitio assignanda est, eo quod cognoscendi gratia definitio assignatur: nam minus differentia quàm genus nota. Si autem differentiæ minimum assignauit, considerandum, si & alterius alius communis est assignatus terminus. Vt cùm imparem numerum, numerum medium habentem dixerit, determinandum est quo pacto medium habenteminam numerus quidem communis in vtrisque orationibus est. Impatiens autem consumpta est oratio: habent autem & linea, & corpus medium, cùm non sint impares: quare non utique erit definitio hæc impares. si autem multi pliciter dicitur medium habens, determinandum quomodo medium habens. alioqui reprehensio erit, aut syllogismus quod non definiunt. Rursum, si id cuius quidē orationem assignauit est eorum quę sunt, quod autem sub oratione, non eorum quæ sunt. Vt si album, quispiam definiuit colorem igni permixtum: impossibile enim incorporeum corpori permisceri, quare non erit color ignis permixtus, attamen album est. Amplius, quicunque non diuidit: in his quæ sunt ad aliquid ad quod dicitur, sed in pluribus comprehendentes dicunt: aut omnino, aut in aliquo fallum dicit. Vt si quis medicinam disciplinam entis dixit: nam si nullius entium medicina est disciplina manifestum quoniam tota oratio mendax est: si autem alicuius quidem, alicuius autem non, in aliquo mendax: nam oportet de omni, & quidem per se, & non secundum accidens entis esse dicitur, quemadmodum in alijs se habent ea quæ ad aliquid sunt: nam omne disci-

plinatum

plinatum ad disciplinam dicitur. Similiter autem & in alijs, eo quod conuertūtur omnia ad aliquid: omne enim disciplinatum, ad aliquid. Cæterum si is (qui nō per se, sed secūdum accidens assignationem fecit) rectā assignauit, non ad vnū, sed ad plura vnumquodque eorum quæ ad aliquid dicūtur assignauit: nihil enim prohibet idem, & ens, & album, & bonum esse: quare qui ad quodlibet horum assignauit, recte assignauit, siquidem is qui secūdum accidens assignauit, recte assignauit. Præterea autem impossibile est huiusmodi orationem propriam assignati esse: nam non solū medicina, sed plures aliarum disciplinarum ad ens dicuntur, quare vnaquæque entis disciplina erit: manifestum igitur quoniam talis nullius est disciplinæ definitio, propriam enim & non communem oportet definitionem esse. Quandoque autem desinunt non rem, sed rem bene se habentem aut perfectam. Talis autem & rhetoris, & furis terminus, si sit rhetor quidem, qui potest quod in vnoquoque est verisimile considerare, & nihil præterm ittere: fur autem qui clam sumit: propriū enim quoniam cum talis vterque, alter quidem bonus rhetor, ille autem bonus fur erit: non enim qui clam sumit, sed qui vult clā sumere, fur est. Rursum, si quod propter se eligendum est, vt actiuum, vel effectiuū, vel quolibet modo propter aliud eligendum assignauit. Vt qui iustitiam, legum conseruatiuam dicit: aut sapientiam, effectiuam felicitatis: nam cō seruatiuum & effectiuum eorum sunt quæ propter aliud eliguntur. An nihil quidem prohibet quod propter se eligendum est, & propter aliud esse eligendum? attamen nihil minus peccauit

qui

qui sic definiuit quod propter se est eligendum nam unicuique optimum, in substantia maxime: melius autem quod propter se eligendum quam quod propter aliud: quare id & definitionem oportebit magis significare.

De definitione loci alij. Cap. 6.

COnsiderandum autem est & si is qui alicuius definitionem assignauit, aut hæc, aut quod est ex his, aut hoc cum illo definiuit. Nam si hæc quidem, accidet utrisque & neutri inesse vt si iustitiam, temperantiam, & fortitudinem definierit: nam si sint duo, vterque autem alterum habeat, vtrique iusti erunt: & neuter eo quod utrique quidem habent iustitiam, vterque autem non habet. Si autem nondum quod dictum est admodum absurdum videtur, eo quod & in alijs accidat huiusmodi (nihil enim prohibet utrosque habere vnam, cū neuter habeat) attamen contraria inesse eidem, omnino absurdum uidebitur esse: accidet autem hoc, & si quidem ipsorum temperātiam & timiditatem habet, ille autem fortitudinem, & prodigalitatem: nam utrique & iustitiam, & iniustitiam habent: nam si iustitia, temperantia & fortitudo est, & iniustitia timiditas & prodigalitas est, & omnino quæcunque ad argumentandum idonea quod non idem sunt & partes & totum, omnia utilia ad id quod dictum est, videtur autem qui sic definit partes, toti easdem dicere esse. Maxime autem accommodatæ fiunt definitiones, in quibuscunque manifesta partium est ratio, quemadmodum in domo, & in corpore animali, manifestum enim quoniā cum sint partes, nihil prohibet totum non esse. quare non idem partes toti. Si autem non hæc, sed quod ex his est dixit id esse quod definitur, primum quidem considerandum, si nō natum est quippiam vnum fieri, ex ijs quæ dicta sunt. Quæ dam enim sic se habent adinuicem: ut nihil ex eis vnum quippiam fiat: ut linea & numerus. Amplius, si definitum quidem in uno aliquo natum est primo fieri, ex quibus autem dicit ipsum esse, non in uno primo nata sunt fieri, sed utrunque in utroque. Nam manifestum quoniam non erit ex ijs illud in quibus n. partes, & totum necesse est inesse, quare nō in uno horum primo esse, sed in pluribus. Si autem, & partes, & totum in uno aliquo primo, considerandum si non in eodem, sed in altero totum, & in altero partes. Nam in quo totum, in illo & partes esse uidentur. Rursum si cum toto corrumpuntur partes. Econuerso. n. oportet accidere partibus correptis totum corrumpi. toto ne rō corrupto, non necesse est & partes corrumpi. Aut si totum quidem bonum, uel malū, partes autem neutra, aut econuerso, partes quidē bona, uel malæ, totum autem neutrum. Nam neque ex neutris possibile bonum qui piam, uel malum fieri, neque ex bonis uel malis neutrum. Aut si magis quidem alterum bonum quam alterum malum, quod autem ex his, nō magis bonum quam malum. Vt si imprudentia ex fortitudine & falsa opinione, magis enim bonum fortitudo, quam malum falsa opinio: oportet ergo & quod ex his est, sequi illud, quod magis est, & esse vel simpliciter bonum, uel magis bonum quam malum. An hoc quidem non

necessarium, nisi vtrunque sit per se bonū uel malum? multa enim effectiuorum per se quidem non sunt bona, mixta autem quibusdam, fiunt bona: aut econuerso vtrunque quidem bonum, mixta autem, malum uel neutrum: maxime autem manifestum quod nunc dictum est in salubribus & morbificis: nam quædam medicamentorum sic se habēt, ut utrūque quidem sit bonum: si autem utraque detur mixta, malum. Rursum, si quod ex meliore & peiore est, non est totum peiore quidem melius, melius autem peius. An neque hoc necessarium, nihil per se sint ex quibus componitur, bona? ut in ijs quæ non per se sunt bona, nihil prohibet totum nō fieri bonum, ut in ijs quæ modo dicta sunt. Amplius, si cognomine est totum alterum. Nō oportet enim, ut neque in syllabis: nulli enim elementorum ex quibus componitur syllaba cognominis est. Amplius, si non dixit modum compositionis. Nō. n. sufficiens est ad cognoscendum, ꝙ dicat, ex his: nam nō quod ex his, sed quod hic ex his: est cuiusque compositorū substantia, vt in domo. nō enim sic quolibet modo componantur hęc, domus est. Si autem hoc cum illo assignauit primum quidem dicendum quod hoc cum illo, aut hoc & illo dicitur, aut quod ex illis. Nam qui dicit mel cum aqua, uel mel & aquam dicit, uel quod ex melle & aqua quare si cuilibet eorum quæ dicta sunt idem cō sitebitur esse cum hoc illo, eadem conuenient dicere, quæ quidem ad utrunque horum prius dicta sunt. Amplius diuidenti quoties dicitur alterum cum altero, cōsiderādū si nullo modo hoc cum illo. Vt si dicitur alterum cum altero, aut ut in aliquo eodem susceptiuo, vt iustitia & fortitudo

titudo in anima, aut in loco eodem, aut in tempore eodem, nullo autem modo uerū sit quod dictum est in his: manifestum est quoniam nullius exit assignata definitio, eo quod nullo modo, hoc cum illo est. Si autem diuisio quoties dicitur alterum cum altero uerum erit in eodē tempore utrunque esse, considerandum si contingit non ad eundem utrunque dici finem. Vt si fortitudinem definiuit audaciam cum recta intelligentia: cotingit enim audaciam quidem habere spoliandi, rectam autem intelligentiam circa salubria, sed nondum fortis qui eodem tempore cum illo hoc habet. Amplius si & ad idem ambo dicuntur, ut ad medicatiua. Nihil enim prohibet & audaciam quandam, & rectā intelligentiam habere ad medicatiua, attamē nec si fortis qui hoc cum illo habet, neq; enim ad alterum, eorum utrunque oportet dici, neq; ad idem quodcunque sit, sed ad fortitudinis finem, ut ad præliorum pericula, aut si quid magis est illius finis. Quædam autem sic assignatorum, nullo modo sub dictam cadunt diuisionem, ut si ira tristitia est cum opinione pariendi, nam quod propter huiusmodi opinionem tristitia fit, hoc nullt iudicare: propter hoc autem fieri aliquid, nō est idem ei quod est hoc quidem cum illo esse secundum ullum dictorum modorum. Rursum, si horum compositionem, dixit totum. Vt animæ & corporis cō positionem animal. Primum quidem considerandum si non dixit qualis compositio, ut si carnem definiens, aut os: ignis, & aeris: & terræ dixit compositionem: non enim sufficit compositionem dicere, sed quæ & qualis determinandum, non enim quolibet modo compositis

lis caro sit, sed sic quidem compositis, ea-
sic uero os. Videtur autem neque esse omnibus
compositioni idem neutrum eorum quæ dicta
sunt: nam compositioni omni dissolutio con-
traria, dictorum autem neutri, nihil. Amplius,
si similiter est ueritimile omne compositum ex
positionem esse, uel nullum: animalium autem
unumquodque cum sit compositum, nō est ex-
positio, neq; profecto aliorum compositorum
ullum compositio erit. Rursum, si simpliciter in
aliquo nata sunt esse contraria, definuit autem
per alterum: manifestum quoniam non definit. Si autem non ita est plures, accidit eiusdem
definitiones esse, quid enim magis qui per hoc,
quam qui per alterum definiens dixit? eo q; si-
militer utraque nata sunt fieri in eodem. Talis
autem animæ est definitio, si quidem est habitus
disciplinæ susceptiuus, nam similiter & igno-
rantiæ est susceptiua. Oportet autem si non ad
totum habeat aliquis argumentari definitionē,
eò quòd nō nota sit tota, ad aliquam partium
argumentari si sit nota, & non bene assignata
appareat: nam parte interempta, & tota defi-
nitio interimitur. Quæcunque autem obscure
sunt definitionum emendanti, & confirmanti
ad manifestandum aliquid & habendum argu-
mentum, sic considerandum. Necesse est enim
respondentem, aut suscipere quod sumptum
est ab interrogante, aut eūdem declarare, quid
temere est ostensum à definitione. Amplius,
quemadmodum in congregationibus solent le
gem inducere, & si sit melior quæ inducitur
interimit anteriorem: sic & in definitionibus
faciendum, & definitio alia ferenda. Nam si
apparet melior, & magis manifestum quod de
finitur,

finitur: perspicuum quoniam interempta erit
quæ posita est, eò quod non sunt eiusdem, plu-
res definitiones. Ad omnes autem definitio-
nes non minimum elementum ad scipsum, so-
lebet definire proprium, aut apte dictum ter-
minum assumere. Necesse est enim ueluti ad
exemplar considerantem, & quod minus est ip-
sum quæ oportet habere definitionem, &
quod appositum est superfluè, in-
spicere: ut magis argumentis
abundemus: quæ igitur
circa definitiones
sunt, in tan-
tū dicta
sunt.

Aristotelis Topicorum libri
sexti finis.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER SEPTIMVS.

SVMMA LIBRI.

De locis eiusdem, & diuersi, deque locis euertentium, & destructionis prædicatorum.

De eodem & diuerso loci. Cap. I.

VTRVM autem idem, an diuersum secundum proprijssimam eorum (qui dicti sunt de eodem) modorum, dicebatur autem proprijssime idem quod numero unum, considerandum autem ex casibus, & coniugatis, & oppositis. Nam si iustitia idem est fortitudini, & iustus forti, & iuste fortiter. Similiter autem & in oppositis. Nam si hæc eadem, & oppositis, eadem secundum quamlibet dictarum oppositionum. Nihil enim differt hoc uel hoc modo oppositum sumere, eò quòd idem est. Rursum, ex effectiuis, & corruptiuis, & generationibus, & corruptionibus, & omnino ex ijs quæ similiter se habent alterum ad alterum.

Nam

Nam quæcunque simpliciter eadem, etiam generationes eorum & corruptiones eædem, & effectiua, & corruptiua. Considerandum autem & quorum alterum, maximè dicitur quoduis esse, si & alterum ipsorum secundum idem maximè dicitur. Sicut Xenocrates beatam uitam, & studiosam assignauit eandem, eò quod omnium uitarum maximè eligenda studiosa, & beata; unum enim maximè eligeneum, & maximum. Similiter & in alijs huiusmodi. Oportet autem utrunque unũ numero esse, quod dicitur, maximum, & maximè eligendum: si autem non, nõ erit ostensum quod idem. Non necessarium enim si fortissimi Græcorum sunt Peloponnesij, & Lacedæmonij, eosdem esse Peloponnesios Lacedæmonijs, eò quod non unus numero Peloponnesius, & Lacedæmonius, sed contineri quidem alterum ab altero necessarium, ut Lacedæmonij à Peloponnesijs: si autem non, accidet ipsis inuicem esse meliores, si non continentur alteri ab alteris: necesse est enim Peloponnesios meliores esse quam Lacedæmonios, si nõ continentur alteri ab alteris, nam omnibus reliquis sunt meliores. similiter autem & Lacedæmonios necesse est meliores esse Peloponnesijs, nam & isti omnibus cæteris sunt meliores, quare seinuicem meliores fiunt. Manifestum ergo quoniam unum numero esse oportet, qđ optimum & maximum dicitur, si debeat quod idem sint ostendi: propter quod Xenocrates non idem assignauit: non enim una numero beata, & studiosa uita: quapropter non necessarium eandem esse, eò quod ambæ maximè eligendæ, sed altera sub altera. Rursum considerandum si cui alterum idem, & alterum. Nam si

non sunt ambo eidem eadem, manifestum quò niam nec subinuicem. Amplius autem, ex ijs quæ his accidunt, & quibus hæc accidunt, con siderandum. Nam quæcunque alteri accidunt, & alteri oportet accidere: & quibus alterum eorum oportet accidere: si autem aliquid horum dissonet, dilucidum quoniam non eadem. Videndum autem & si non in vno genere prædicamenti vtraque, sed hoc quidem quale, illud autem quantum, vel ad aliquid indicet. Rursum, si genus vtriusque non idem, sed hoc quidem bonum, illud autem malum: aut hoc quidem virtus, illud autem scientia. Aut si genus quidem idem, differentiæ autem non eædem de vtroque prædicantur: sed de hac quidem quoniam contemplatiua scientia, de illo autem quoniam actiua: similiter autem & in alijs. Amplius autem ex magis, si hoc quidem susceptit magis, illud autem non: aut si ambo susciptunt quidem, non simul autem. Vt qui magis amat, non magis concupiscit venerem: quare non idem amor, & concupiscentia veneris. Amplius, ex appositione: si idem vtrunque appositum, non facit idem totum. Aut si eodem ab vtroque sublato, quod relinquitur est alterum. Vt si duplum dimidij, & multiplum dimidij idem dixerit esse: sublato enim ab vtroque dimidio, reliqua idem oporteret indicare: non indicant autem, nam duplum & multiplum non eadem significant. Considerandum autem non solum si iam aliquid accidit impossibile per positionem, sed & si possibile sit ex suppositione existere. Quemadmodum ijs qui vacuum, & plenum aere, idem dicunt esse: nam manifestum quoniam si exeat aer, vacuum quidem non mi-

nus, sed magis erit, plenum autem aere non amplius erit: quare suppositio aliquo sine vero, sine falso (nihil enim refert) si alterum interimitur, alterum autem non, profectò non idem sunt. Vniuersaliter autem dicendo ex ijs quæ quouis modo de vtroque prædicantur, & de quibus hæc prædicantur, considerandum si alicubi dissonant. Nam quæcunque de altero prædicantur, & de altero prædicari oportet, & de quibus alterum prædicatur, & alterum prædicari oportet. Amplius, quia multipliciter idem dicitur, considerandum si secundum alium aliquem modum eadem sunt. Nam specie, vel genere eadē, non necesse est numero eadem esse, considerandus autem vtrum sic eadem: an non sic. Amplius, si potest alterum sine altero esse. Non erit enim idem ad idem: igitur loci tot dicuntur.

De eadem definitione, loci alij. Cap. 2.

PAlam autem ex ijs quæ dicta sunt, quoniam omnes qui ad idem sunt destructiui loci, & ad terminum vtiles sunt: quemadmodum prius est. Nam si non idem indicet & nomen, & oratio, manifestum quoniam non erit definitio, assignata oratio. Constructiuorum autem locorum nullus vtilis ad terminum. Non enim fusis ijs ostendere idem quod sub oratione, & nomine est ad construendum quoniam definitio, sed & alia oportet omnia habere (quæ præcepta sunt) definitionem: interimere igitur definitionem sic & per hæc semper tentandum. Si aut construere volumus, primum quidem scire oportet quòd nullus vel pauci disputatium, ter minum syllogismo colligunt, sed omnes principium quod tale est accipiunt. Vt qui circa geometriam,

metriam, & numeros, & alias huiusmodi disciplinas. Deinde quoniam exactè quidem alterius est negocij assignare, & quid est terminus, & quomodo definire oportet: nunc autem quantum sufficit ad præsentem vtilitatem, tantum solum dicendum, quoniam possibile fieri definitionis & eius quod quid est, esse syllogismum. Nam si terminus est oratio quæ quid est esse rei indicat: & oportet ea quæ in termino ponuntur, in eo quod quid est de re sola prædicari prædicantur autem sola in eo quod quid est, genera, & differentiæ: manifestum quoniam si quis sumat ea quæ solum de re in eo quod quid est prædicari oportet, quod hæc habens oratio, terminus ex necessitate erit, non enim contingit aliud esse terminum, eo quod nihil aliud in eo quod quid est de re prædicatur, quod igitur possibile est, ex termino syllogismum fieri, manifestum. Ex quibus autem oportet construere, determinatum est quidem in alijs diligentius: ad propositam autem methodum ijdem loci vtiles. Inspiciendum enim in contrarijs, & in alijs oppositis, & totas orationes, & secundum partem consideranti. Nam si oppositæ oppositæ, & eam (quæ dicta est) propositi necesse est esse. Quoniam autem contrariorum plures complexiones, sumendum est ex contrarijs qualiscunque maximè apparebit contraria definitio: totas igitur definitiones quemadmodum dictum est, considerandum. Secundum partem autem hoc pacto: primum quidem quoniam assignatum genus rectè assignatum est. Nam si contrarium in contrario, propositum autem non est in eodem, manifestum quoniam in contrario erit, eo quod necesse est contraria in eodem genere,

nere, vel in contrarijs generibus esse. Et differentias quidem contrarias de contrarijs arbitramur prædicari. Vt de albo & nigro: nam illę quidem disgregatiuum, hoc autem congregatiuum visus: quare si de contrario contrariæ prædicantur, de proposito quæ assignatæ sunt prædicabuntur: quapropter quia & genus, & differentiæ rectè assignatæ sunt, manifestum quoniam definitio erit, quæ assignata est. An non necessarium est de contrarijs differentias prædicari, nisi in eodem genere sint contrariæ? quorum autem genera sunt contraria, nihil prohibet eandem differentiam de vtrisque dici, vt de iniustitia & iniustitia: nam illa quidem virtus, hęc autem vitium animæ. quare id quod est animę, differentia de vtrisque dicitur, eo quod & corporis est virtus & vitium: sed hoc verum quod contrariorum, aut contrariæ, aut eædem differentiæ sunt. si ergo de contrario contraria prædicantur, de hoc autem, non manifestum quoniam quæ dicta est de hoc prædicabitur. Vniuersaliter autem dicendo, si definitio est ex genere & differentijs, si sit contrarij definitio manifesta, & quæ propositi definitio, manifesta erit. Nam quoniam contrarium in eodem genere, vel in contrario. similiter autem & differentiæ, aut contrariæ de contrarijs, aut eædem prædicantur. dilucidum quoniam de proposito, aut idem genus prædicabitur, quod de contrario, differentiæ autem contrariæ, vel omnes, vel aliquæ, reliquæ autem eædem: aut contra, differentiæ quidem eædem, genera verò contraria, aut ambo contraria & genera & differentia, nã eadem esse ambo nõ contingit, si autem secus, definitio eadem contrariorum erit. Amplius, ex

casu-

casibus, & coniugatis. Necesse est enim conse-
qui genera generibus, & terminos terminis: ve
si oblatio est scientiæ amissio: & oblatæ: amit
tere scientiam erit, & oblatum esse, amissile sci
entiam: vno igitur quolibet eorum quæ dicta
sunt confesso, necesse est & reliqua confiteri. Si
militer autem & si corruptio, dissolutio substan
tiæ, & corrumpere, dissoluere substantiam, &
corruptiue dissolutiue: si corruptiuum, dissolu
tiuum substantiæ, & corruptio, substantiæ dissolu
tio. Similiter autem & in alijs. Quare vno quo
uis sumpto, & reliqua omnia conijcere oportet. Et ex similiter se habentibus adinuicem.
Nam si salubre est effectiuum sanitatis, & habi
le effectiuum bonæ habitudinis erit, & adiui
tiuum effectiuum boni: nam similiter vnumquod
que eorum quæ dicta sunt, ad suum finem se ha
bet: quare si vnius eorum definitio est effectiui
esse finis: & reliquorum eiusque, sic erit defini
tio. Amplius, ex eo quod est magis & similiter,
quod est similiter, quoties contingit construere
duas ad duo comparantem. Vt si magis hæc hu
ius quam ista illius definitio, ista autem quæ hu
ius, definitio est, & hæc quæ magis: & similiter
hæc huius, & ista illius. Si alterius, & reli
qua reliquæ. Vna autem definitio ad duo com
parata, aut duabus definitionibus ad vnum, ne
que quæ vtilis ea, quæ ex magis est consi-
deratio. Nam neque vnam duorum, neque duas
eiusdem definitiones possibile est esse. Sunt au-
tem opportunissimi locorum, & qui nunc dicti
sunt, & qui ex casibus, & qui ex coniugatis, quos
circa & oportet maxime detinere & prompte
habere nos. Vtilissimi enim ad plurima. Alio-
rum autem ij qui maxime sunt communes. Si

illi maxime reliquorum efficacissimi: vt inspi-
cere in singularibus, & in speciebus considera-
re, si conueniat definitio, eo quod vnimoda spe-
cies est: est autem vtilis hic locus ad eos, qui po
nunt ideas esse quemadmodum prius dictum
est. Amplius, si per metaphoram dixit nomen,
vel idem de eodem prædicauit vt diuersum: & si
quis alius communius & efficax locorum, illo
vtendum.

De constructione, & destructione prædicatorum loci. Cap. 2.

QVoniam autem difficilius est construere, & destruere terminum ex ijs, quæ postea dicentur, manifestum. Nam nosse ipsum, de sumere ab interrogatibus huiusmodi propo-
sitiones non facile, vt quod eorum, quæ iunt in assignata oratione hoc quidem genus, illud au-
tem differentia, & quod in eo quod quid est, ge-
nus & differentiæ prædicantur. Sine his vero im
possibile est definitionis syllogismum fieri: nam
ii quædam, & alia in eo quod quid est de re præ
dicantur, incertum vtrum ne quæ dicta est, an
alia eius definitio est, eo quod definitio est o-
ratio quod est indicans. Manifestum autem,
& etiam ex his, nam facilius vnum concludere
re, quam multa: interimenti quidem sufficit
vel, destruentes, interempturi sumus terminum:
at construenti omnia necesse est construere qui
sint, quæ in termino sunt. Amplius construen-
ti quidem vniuersaliter statuendum syllogismi,
nam oportet de omni, de quo non prædicari
te terminum, & etiam adhuc conuersi, de quo

oratio-

orationem, & nomen, si debeat proprius esse assignatus terminus:) destruenti vero non necesse ostendere vniuersaliter: sufficit enim ostendere, quod de quopiam eorum, quæ sub nomine sunt oratio non verificatur, & tametsi vniuersale oporteat destruere, non tamen conuerti necessarium, & in destruendo. nam, sufficit destruenti vniuersale, ostendere, quod de aliquo eorum, de quibus nomen prædicatur, oratio non prædicatur. at è conuerso non necessarium, vt ostendatur, quod de quibus oratio non prædicatur, neque nomen prædicetur. Amplius etiam, si omni ei inest, quod sub nomine est, at non soli, interempta est definitio. Similiter autem & circa proprium, & genus se habet. In vtrisque enim destruere quàm construere facilius est: de proprio quidem manifestum, ex ijs quæ dicta sunt: nam, vt plurimum in complexione proprium assignatur. quare destruere quidem est, vnum interimenti, construenti autem omnia ratiocinatione colligere necesse est: penè autem, & reliqua omnia quæcunque ad definitionem, & ad proprium conueniet dicit: nam, & omni oportet quod sub nomine est, construenti monstrare, quoniam inest: destruenti autem sufficit ostendere vni non inesse: si uero & omni inest, at non soli, etiam si destructum fit: perinde, ac & in definitione dicebatur. De genere autem quoniam construere quidem necesse est vno modo, qui omni ostendit inesse, destruenti autem dupliciter: nam siue nulli, siue alicui ostensum sit non inesse, interemptum est quod in principio. Item construenti quidem sufficit, quoniam inest ostendere, sed & quoniam, vt genus inest ostendendum: destruenti autem sufficit

sufficit ostendere non inesse, vel alicui, vel nulli videretur autem, quemadmodum in alijs, corrumpere quàm facere facilius, sic & in his, destruere quam construere. In accidente vero vniuersale quidem facilius destruere, quàm construere. Nam construenti quidem ostendendum, quoniam omni, destruenti autem sufficit ostendere vni non inesse. Particulare vero è conuerso, nam facilius construere, quàm destruere. Construenti enim sat est ostendere alicui inesse: destruenti autem ostendendum, quoniam nulli inest: manifestum autem qua de causa omnium facillimum est terminum destruere. plura enim sunt in ipso data multorum dictorum, ex pluribus autem citius fit syllogismus: nam verisimile in multis, magis quàm in paucis peccatum fieri. Amplius, ad terminum quidem contingit, & per alia argumentari, siue eum non propria sit definitio, siue non genus quod assignatur, siue non inest aliquod eorum quæ sunt in definitione, interempta sit definitio: ad alia autem neque ea, quæ ex terminis, neque alia contingit omnia argumentari. sola enim ea quæ ad accidens, communia sunt omnibus prædictis: inesse enim oportet vnumquodque eorum, quæ dicta sunt: si autem non, vt proprium inest genus nondum interemptum est genus: similiter autem & proprium non necessarium, vt genus inesse, neque accidens, vt genus, aut proprium, sed inesse tantum: quare non possibile ex alijs ad alia argumentari, nisi in definitione solum. Manifestum igitur, quoniam facillimum omnium est, terminum interimere, construere autem difficillimum: nam & illa oportet omnia ratiocinatione colligere, & quod insunt

sunt quæ dicta sunt, & quod genus, quod assignatum est, quodque propria definitio: & adhuc præter hæc quod indicat quid est esse uestio: & hæc probe oportet fecisse. Aliorum autem proprium maxime huiusmodi. Nam interimere quidem facilius, eo quod ex plurib⁹ plerunque fit. Construere autem difficillimum, quoniam multa oportet astruere, & adhuc quoniam soli ineſt, & quoniam conuertim prædicatur de re. Facillimum autem omnium construere accidens. Nam in alijs quidem non solum ineſſe, ſed, & quoniam ſic ineſt oſtendendum: in accidente vero, quoniam ineſt dumtaxat, ſufficit oſtendere. Deſtruere autem difficillimum eſt accidens, quia quam pauciſſima in eo data ſunt: non enim conſignificat in accidente quomodo ineſt. Quare in alijs quidem dupliciter interimere contingit, vel oſtendendo quod non ineſt, vel quod non ſic ineſt: in accidente vero non contingit interimere niſi oſtendendo quod non ineſt. Loci per quos copioſi erimus ad ſingula quæque problematum argumentati, fere ſufficienter annumerati ſunt.

Ariſtotelis libri ſeptimi finis.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER OCTAVVS.

SVMMA LIBRI.

De locis aptis ad inſtruendum interrogantem, & de locis pro Reſpondente, ac denique de Locis communibus interrogantis, & reſpondentis.

Loci ad inſtruendum Interrogantem.
Caput I.

POST hæc autem de ordine, & quonam pacto oportet interrogare, dicendum. Oportet autem primum quidem, eum, qui interrogare debet, locum inuenire, unde ſit argumentandum: ſecundum autem interrogare, & ordinare ſingula apud ſeipſum: reliquum vero & tertium dicere eadem ad alterum. Quòd autem inueniat locum, ſimiliter Philoſophi, & Dialectici conſentio: ſub inde vero illa ordinare, & interrogare, proprium Dialectici, ad alterum enim omne quod tale eſt, Philoſopho autem, & quæren-

ri per seipsum, nihil curæ est si vera quidé sint, & nota, per quæ syllogismus, & non ponat ea qui respondet, eò quod propinqua sint illis, quæ sunt ex principio, & præuideat quod subsecuturum est, sed forsasse & studiosè aget, quoniam manifestè notæ, & propinquæ sunt dignitates: ex illis enim scientifici syllogismi. Quo igitur unde oporteat sumere, dicti sunt prius, de ordine autem, & interrogatione dicendum. diuidendæ propositiones quæcunque sumendæ sunt ad necessarias, necessariæ autem dicuntur, per quas syllogismus fit. Quæ autem ad has sumuntur, quatuor sunt. Aut enim gratia inductionis, vt detur vniuersale, aut ad magnitudinem orationis, aut ad occultationem conclusionis, aut vt dilucidior sit oratio: præter has autem nulla est assumenda propositio, sed per has augere, & interrogare tentandum. (Sunt autem quæ ad occultationem, certaminis gratia, sed quia omne quod huiusmodi est, negotium ad alterum eò necesse est, & illis vti.) Necessarias igitur, per quas fit syllogismus, non statim præordinandum, sed abeundum ad suprema. Vt non posset quis contrariorum eandem disciplinam, si hoc voluerit sumere, sed oppositorum: positis enim hoc, & quoniam contrariorum eadem disciplina syllogismo colliget, eò quod ex oppositis, sunt contraria. Si vero illam non ponat, per inductionem sumendum proponenti in particularibus contrarijs. Nam aut per syllogismum, aut per inductionem necessarias sumendum, aut has quidem inductione, illas autem syllogismo. Quæcunque autem valde manifestæ sunt, illas quoque oportet præponere: nam immanifestius est semper in abscessu, & inductione, & secu-

turum est, & simul ipsas necessarias proponere, & qui non potest illo modo, sumere esse paratum, quæ vero ad has sumptæ sunt, accipiés quidem illarum gratia: vnaquaque autem earum hoc modo vtendum inducétem quidem a singularibus ad vniuersalia, & a notis ad ignota: nota autem magis quæ secundum sentum, vel simpliciter, vel multipliciter, vel multitudini. Occultantem verò, ratiocinatione præcolligere oportet ea, per quæ syllogismus eius quod ex principio est debet fieri & hæc, vt plurimū. Scire autem hoc, si quis non solum necessarias, sed & earum, quæ ad illas sunt vtiles aliquam syllogizauerit. Amplius, conclusiones non dicere, sed postea ratiocinatione colligere, subitas has sic, enim longissimè abscedet ab ea, quæ ex principio positione: vniuersaliter autem dicendo, sic oportet enim interrogare qui occulte interrogat, vt interrogata omni oratione, & eo dicente conclusionem, quæratur propter quid, id autem erit maximè per antedictum modum: nam sola vltima dicta conclusione, immanifestum quomodo accidit, eo quod non præuidit respondens ex quibus accidit, non per membra digestis prioribus syllogismis: minime autem per membra digeritur syllogismus conclusione cum non eius sumptiones ponuntur, sed cum illa sumuntur a quibus syllogismus fit. Vtile autem & non cōtinua postulata sumere, ex quibus syllogismi, sed vicissim ad aliam, & ad aliā conclusionem. Nam positis conuenientibus secta se inuicem, magis quòd accidit ex ipsis manifestum. Oportet autem & definitione sumere, in quibus possibile est, vniuersalem propositionem, non in ipsis, sed in coniugatis. Nam

decipiunt falsa ratiocinatione seipsos, quando in coniugato sumitur definitio, si non vniuersale concedunt. vt si oportet sumere, quod qui iuste petit appetit pœnam, sumatur autem, iuste appetitus esse pœnæ propter apparentem paruipensionem: manifestum autem, quoniam hoc sumpto, habebimus vniuersale quod prælegimus; at eis, qui in ipsis proponunt, sæpe accidit, vt abnuat respondens eo quod magis se habeat in ea re instantia. vt quòd non omnis qui iuste petit appetit pœnam: nam parentibus iuste petimus quidem, non autem pœnam appetimus. Forsan autem, non vera instantia est: nam à quibusdam sufficiens pœna est tristari solum, & facere pœnitere: verum tamen habet aliquid verisimile, vt non videatur irrationabiliter negare propositum: in iræ autem definitione, non similiter facile est instantiam inuenire. Præterea proponere par est, non vt propter idipsum, sed alterius gratia eum qui proponit: nam deuitant ea quæ ad positionem sunt vtilia. Simpliciter autem dicendo, quàm maximè facere dubium, vtrum quod proponitur, an oppositum sumere velit. Nam dubio existente quidnam ad positionem est vtile, magis quod sibi videtur ponunt. Amplius, per similitudinem interrogare. Nam & verisimile, & latet magis vniuersale, vt quem admodum scientia & ignorantia contrariorum eadem, sic & sensus contrariorum idem: aut conuersò. postquam sensus idem contrariorum & scientia: hoc autem est simile inductioni, non tamen idem: nam ille quidem à singularibus vniuersale sumitur, in similibus autem non est quæ sumitur vniuersale, sub quo omnia similia sunt. Oportet autem & ipsum sibimet quandoque

instan-

instantiam ferre. Nam insuspecte se habent respondentes ad eos, qui videntur iuste argumentari. Vtile autem dicere quod consuetum, & quæ dicitur tale. Nam pigre ceunt quod solitum est dimouere, instantiam non habentes: simul autem, & quia vtuntur & ipsi talibus, cauent ea dimouere. Amplius, non sedule agere, & si omnino vtile sit. nam aduersus sedule agentes, magis renituntur. Et vt in similitudine proponere, quod propter aliud aliquid proponitur, & non propter sei, sum vtile ponent magis. Amplius, non id proponere quod oportet sumere, sed cui consequens, id est ex necessitate. Nam, & magis concedunt, eò quòd non similiter ex hoc manifestum sit, quod consecuturum est, & sumpto hoc, sumptum est & illud. Et id vltimo interrogare, quod maximè vult sumere. Nam maximè prima renuunt, eò quòd plurimi interrogantium prima interrogant, circa quæ vel maxime student. Ad quosdam autem prima quæ vtilia sunt proponere. Nam prorsus maxime prima admittunt, nisi omnino manifestum sit quod secuturum est, in fine autem protergiunt: similiter autem & quicunque arbitrantur acuti esse in respondendo, ponentes enim prima, in fine recantant, tanquam nihil acciderit exijs quæ posita sunt: ponunt autem prompte confidentes habitui, & arbitrantes nihil se esse passuros. Amplius, prolongare, & interponere quæ nihil sunt vtilia ad orationem, quemadmodum speciographia vtentes. Nam cum sint plura, insumanifestum in quo falsum sit, quare & occultant quandoque interrogantes, in abscondo proponentes ea quæ per se proposita, non

ponerentur ad occultationem igitur, dictus est vtendum.

Pro Inductione Respondentis, loci alij. Cap. 2.

AD ornatum vero, inductione, & conclusione eorum, quæ affinia sunt. Inductio igitur quale quid est, manifestum: diuidere autem huiusmodi, vt scientiam scientia esse melioren, aut eo quod exactior est, aut quod melioris: & quod scientiarum aliæ quidem sunt contemplatiuæ, aliæ autem actiuæ, aliæ porro effectiuæ: nam vnumquodque talium coarctat quidem orationem, at non necessarium est, vt dicatur ad conclusionem. Ad dilucidationem autem exempla, & similitudines afferendum. Exempla autem accommodata, & ex quibus dicimus qualia Homerus, non qualia Chærilus. Sic enim elatius erit quod proponitur. Vtendum autem in differendo syllogismo quidem ad dialecticos magis, quam ad multitudinem: inductione vero contra, ad multitudinem magis, dictum est autem & de his prius. Est autem in aliqualibus quidem inducenti possibile interrogare vniuersale, in aliquibus vero non facile, eo quod non positum sit similitudinibus omnibus commune, sed quando oportet vniuersale sumere, sic in omnibus talibus esse dicunt. Id autem determinare difficillimum est, qualia sunt ea, quæ proferuntur huiusmodi, & qualia non, & propter hoc sæpenumero dissident in disputationibus, alij quidem dicentes, similia esse quæ non sunt similia: alij vero dubitantes quæ sunt similia, non esse similia. Quare tentandum in omnibus talibus,

ipsum nomina effingere, vt neque respondenti liceat dubitare, quod non similiter quod infertur dicitur, neque interroganti calumniari, vt similiter dicto eo quod plura eorum, quæ non similiter dicuntur, similiter videntur dici. Quando autem inducenti in pluribus non dederit vniuersale, tunc iustum est effagitare instantiam, non dicente autem ipso in aliquibus, sic non iustum est effagitare, in aliquibus non sic. Oportet enim inducentem prius sic instantiam effagitare. Effagitandum autem instantias non ex eo quod proponitur ferre, nisi vnum tantum sit huiusmodi, vt dualitas partium numerorum solus primus. Nam oportet, & eum, qui instat in altero instantiam ferre, aut dicere quod hoc solum tale est. Ad eos autem, qui instant vniuersali, non in eodem autem instantium ferunt, sed in æquiuoco, (vt quod habeat aliquis non suum colorem, vel pedem, vel manum, habebit enim pictor non suum colorem, & cocus pedem non suum,) diuidendo reuera in talibus interrogandum est. Nam latente æquiuocatione, bene videretur instare propositioni. Si autem non in æquiuoco, sed in eodem instans præcidat interrogationem, oportet auferentem id in quo instantia est, proponere reliquum, vniuersale faciendo, donec sumat quod vtile est. Vt in obliuione, & in oblitum esse, non enim concedunt eum qui amisit disciplinam, oblitum esse, eo quod transeunte re amisit quidem disciplinam, oblitus autem non est. dicendum autem auferenti id, in quo instantia est, reliquum, vt si permanente re amisit disciplinam, iccirco oblitum esse. Similiter autem, & contra instantes, quoniam maio-

ri bono, malus opponitur malum: proferunt enim quoniam sanitati minori bono: quam bona habitudo, maius malum opponitur: nam ægritudinem maius esse malum mala habitudine, auferendum igitur, & in hoc, in quo instantia est: nam ablato, magis ponet, vt quoniam minori bono maius malum opponitur, nisi conferat alterum ad alterum: quemadmodum bona habitudo ad sanitatem. Non solum autem instante hoc faciendum, sed & si fine instantia negat, eo quod præuideat aliquid talium. Nam ablato eo, in quo instantia est, compelletur ponere, eò quod non præuideat in reliquo, in aliquo non sic esse. Si autem non ponat, efflagitatus instantiam, non habebit assignare. Sunt autem huiusmodi propositionum, quæ in aliquo falsæ sunt, in aliquo autem veræ in his enim par est auferre, reliquum autem verum reliquere. Si autem in multis proponenti non ferat instantiam, postulandum est ponere. Nam dialectica est propositio, ad quàm sic in pluribus se habentem, non est instantia. Quando autem contingit idem & sine impossibili, & per impossibile syllogizare, demonstranti quidem & non differenti, nihil refert, vel sic, vel illo modo syllogismo colligere: differenti autem non est videndum per impossibile syllogismo. nam, si sine impossibile quidem syllogismo colligat, minime fiet, vt dubitentur, quando per impossibile syllogizant, (nisi valde manifestum sit falsum esse) non impossibile dicunt esse, quare non fit interrogantibus, quod volunt. Oportet autem proponere quæcunque in pluribus quidem sic se habent. Instantia autem, aut omnino non est, aut non in superficie est conspicere: nam qui

qui non possunt conspicere in quibus non sic tanquam verum quidem sit, ponunt. Non oportet autem conclusionem interrogationem fatere. Alioquin autem, eo renuente non videtur fieri syllogismus: nam, & sæpe cùm non interrogat, sed vt sequens infert, negant: & hoc facientes non videntur redargui ijs, qui non cõ spiciant quod accidit ex ijs quæ posita sunt: quando igitur non dicens quidem accidere, interrogabit, ille autem negabit, omnino non videtur fieri syllogismus. Non videtur autem omne vniuersale dialectica propositio esse, vt quid est homo? aut quot modis dicitur bonum? est enim dialectica propositio, ad quam est respondere, sic, vel non: ad dictas autem non est, quare non sunt dialecticæ huiusmodi interrogationes, nisi ipse determinans, vel diuidens dicat: vt putas ne bonum sic, vel non sic dicitur? nam ad talia facilis responsio, vel affirmando, vel negando: quapropter tentandum sic proponere huiusmodi propositiones. Simul autem, & indicium fortasse ab illo interrogare, quot modis dicitur bonum, quando hoc diuidente, & proponente, nullo modo concesserit. Quisquis autem multam orationem multo tempore interrogat, male interrogat. Nam, si respondeat quidem ei interrogatus quod interrogatur, manifestum quod multas interrogationes interrogat, aut frequenter eadem, quare aut nugatur, aut non habet syllogismum: nam ex paucis omnis syllogismos: si vero non respondeat quid, aut non increpat, aut discedit. Est autem argumentari difficile, & sustinere facile ipsas suppositiones. Sunt autem talia, & quæ natura sunt prima, & quæ postrema. Nam prima quidem

termi-

termino egent, postrema vero per multa terminantur volenti continuum sumere a primis, aut sophisticæ videntur argumentationes: impossibile enim demonstrare quidpiam est eum, qui non incipit à proprijs principijs, & connectit vsque ad vltima: definire autem nihil ducunt respondentes, neque si interrogans definieris, aduertunt. atqui non facto manifesto quid nam est quod propositum est, non facile est argumentari: maxime autem quod tale est circa principia accidit: nam alia quidem per hæc monstrantur, ipsa vero non contingit per alia, sed necesse est definitione talium, vnumquodque cognoscere. Sunt autem difficile argumentabilia, & quæ valde propinqua sunt principio. Non enim contingit plures ad hæc rationes inuenire, cùm sint pauca media, horumque & principiorum, per quæ necesse est monstrare ea quæ post illa sunt. Terminorum autem difficile argumentabiles ij omnium maximè sunt, quicunque vtuntur talibus nominibus, quæ primum quidem immanifesta sunt, simpliciterne dicantur, an multipliciter: adhuc autem quæ neque nota vtrum proprie, an secundum metaphoram de definito dicantur. Nam, quia obscura sunt, non habent argumenta, quia vero ignorātur si absque metaphora dicitur quod tale est, non habes quod increpet. Omnino autem omne problema quando difficile argumentabile, vel termino indigere arbitrandum est, vel est eorum quæ multipliciter, vel eorum quæ secundum metaphoram de definito esse dicantur, vel non longè a principijs, vel quia nō manifestum est nimirum nobis hoc idem, secundum quem dictorum modorum est, quod dubitationem præstat. Nam, cùm

ēm est manifestus modus, manifestum, quoniam, aut definire oportebit, aut diuidere, aut medias propositiones inuenire. Nam per hæc monstrantur vltima. In multis autem positionibus (non bene assignata definitione) non facile disputare, ac argumentari. Vt vtrum vni contrarium, an plura: definitis autem contrarijs aliquo modo, facile est ostendere vtrum contingat plura eidem esse contraria, an non, eodem autem modo, & in alijs definitione indigentibus: videntur autem, & in disciplinis quædam ob definitionis defectum non facile describi, vt & quoniam qua ad latus secat planum linea similiter diuidit & lineam, & locum: definitione autem dicta statim manifestum est quod dicitur. Nam eandem ablationem habent loca, & linea: est autem definitio ejus orationis hæc. Simpliciter autem prima elementorum, positis quidem definitionibus, vt quid linea, vel quid circulus, facillimum ostendere, verum non multis ad vnumquodque eorum est argumentari, eo quod non sunt multa media: si autem non ponantur principiorum definitiones, difficile: fortasse autē omnino impossibile. Similiter autem his, & in ijs quæ sunt circa orationes se habet, non igitur latere oportet, quando difficile argumentabilis est positio, quod passa est aliquid eorum quæ dicta sunt, quando autem erit ad dignitatem, & propositionem, maior labor disputare quam ad positionem. Dubitare autē possit quispiam, vtrum ponenda sint talia, an non: nam, si non ponat, sed poscat, & ad illa disputare maius præcipiet, quam quod in principio positum est: si vero ponat, credet ex minus credibilius si igi-

tur

tur oportet non difficilius problema facere ponendum, si autem per notiora syllogizare, non ponendum. An discenti quidem non ponendum, nisi notius sit exercitato vero ponendum, si verum solum videatur? quare manifestum, quoniam non similiter, & interroganti, & docenti existimandum esse ponendum. Quo pacto igitur interrogare, & ordinare oportet, penè sufficiunt quæ dicta sunt.

Loci pro respondente. Cap. 3.

DE responsione autem primum quidem determinandum, quodnam est opus bene respondentis, quemadmodum bene interrogantis. Est autem interrogantis quidem sic deducere orationem, vt faciat respondentem dicere inopinabiliora, quam ea, quæ propter positionem sunt necessaria: respondentis vero non propter se apparere, accidere impossibile, aut quod præter opinionem est, sed propter positionem: nam alterum fortasse peccatum, ponere primum, quod non oportet, & positum non seruare in aliquo modo. Quia autem sunt indeterminata ijs, qui propter exercitationem, & experientiam orationes faciunt (nam non eadem considerationes, & discentibus, & docentibus, & concertantibus, neque his, & ijs qui exercent se inuicem inspectionis gratia: nam discenti quidem ponenda sunt semper ea, quæ videntur, neque enim conatur falsum vllus docere, concertantium vero interrogantem quidem videri aliquid facere oportet omnino, respondentem autem nihil videri pati) & in Dialecticis congressionibus, quæ non concertationis gratia, sed experimenti, & inspectionis orationes faciunt,

nendum enucleatum est quo pacto oporteat coniectare respondentem, & qualia dare, & qualia non, ad bene, aut non, seruandam positionem: quoniam (inquam) nihil habemus traditum ab alijs, ipsi aliquid dicere tentemus. Necesse est autem respondentem sustinere orationem, ponendo aut probabilem, aut improbabilem positionem, aut neutram, & aut simpliciter probabilem, aut improbabilem, aut indeterminate, vt huic alicui, vel alij. Nihil autem refert quomodocunque dum ea probabilis, aut improbabilis sit: nam idem modus erit bene respondendi, vel dandi, vel non dandi quod interrogatum est: nam, cum improbabilis est positio, necesse est, & conclusionem probabilem fieri: cum vero probabilis, improbabilem: nam oppositum semper positionis interrogans concludet: si autem neque probabile, neque improbabile quod positum est, & conclusio erit talis. Quoniam autem bene syllogizans, ex probabilioribus, & notioribus propositum demonstrat, manifestum est, quod quando simpliciter est improbabile quod proponitur, non dandum est respondenti, nec quod non videtur simpliciter, nec quod videtur quidem, minus autem conclusione videtur. Nam, cum improbabilis est positio, probabilis est conclusio. quare oportet quæ sumuntur, probabilia esse omnia, & magis probabilia quam quod proponitur, si debet per notiora quod minus notum est concludi. quare si neque tale est quippiam eorum, quæ interrogantur, non ponendum est respondenti. simpliciter autem si est probabilis positio, dilucidum est, quoniam conclusio simpliciter im-

pro-

probabilis. ponendum igitur, & quæ videntur omnia, & eorum quæ non videntur, quæcunque minus sunt improbabilia conclusione: nam sufficienter sic videbitur discepratum esse. Similiter autem erit, & si neque improbabilis, neque probabilis est positio. Nam sic & quæ videntur omnia dandum, & eorum quæ non videntur, quæcunque minus sunt improbabilia conclusio nem: sic enim probabiliores accidit orationes fieri. Si igitur simpliciter quidem probabile, vel improbabile quod ponitur, ad ea quæ videntur simpliciter, comparatio faciendæ. Si autem non simpliciter probabile, vel improbabile sit, quod ponitur, sed respondenti, ad seipsum quod videtur, & quod non videtur indicando, ponendum vel non ponendum. Si vero alterius opinionem tuetur respondens, manifestum, quoniam ad alterius intelligentiam aspiciendo, ponere singula debet, & negare quare & qui curant extraneas opiniones, (vt bonum & malum esse idem, quemadmodum Heraclitus inquit) non dare non adesse simul contraria eidem, non quia non videntur eis hæc, sed quia secundum Heraclitum sic dicendum. Faciunt hoc autem & qui sursei, siunt abinuicem positiones, coniectant enim ac si is dicat, qui ponit, manifestum igitur, quæ coniectandum respondenti, siue simpliciter probabile, siue alicui positum est. Quoniam autem est necesse omne quod interrogatur, aut probabile, aut improbabile esse, aut neutrum, & ad orationem, aut non ad orationem attinere quod interrogatur, si sit quidem quod videtur. Non enim interimitur, posito eo, quod in principio: si vero non videtur, & non ad orationem, dandum quidem, & consignificandum

quòd

quòd non videtur, ad deuitationem absurditatis. Si vero sit ad orationem, & videatur, dicendum, quoniam videtur quidem, sed valde propinquum ei quod in principio est, & interimitur eo posito quod propositum est. Si autem ad orationem quidem, valde autem probabile postulatum, dicendum quod accidit hoc posito, at valde absurdum esse quod proponitur. Si vero neque probabile, neque improbabile, si nihil quidem ad orationem, dandum nihil determinando. Si autem ad orationem, consignificandum quod interimitur (posito eo) quòd in principio est. Nam, sic & qui respondet nihil videbitur propter hoc patisi quidem præuidens singula posuerit, & qui interrogat, assequetur syllogismum positis ab eo omnibus probabiliori bus conclusione. Quicunque vero non ex probabilioribus conclusione conantur syllogizare, perspicuum, quoniam non bene syllogizat. quare cum sic interrogant, non ponendum. Similiter autem & in ijs, quæ obscure, & multipliciter dicuntur, occurrendum est. Nam, quia dubium est respondenti non dissenti, dicere non dissco, & multipliciter dictum non ex necessitate confiteri, vel negare, manifestum, quoniam primum quidem nisi planum sit quod dicitur, non cunctandum vt dicat haud intelligo: nam lege ex eo quod non clare interrogantibus dat, occurrit aliquid difficile. Si autem notum quidem sit, multipliciter autem dictū, si in omnibus quidem verum vel falsum sit quod dicitur, dandum simpliciter quod dicitur, vel negandum: si vero in aliquo quidem sit verum, in alio quo autem falsum, significandum est quod multipliciter dicitur, & quia hoc quidem falsum, illud

sud autem verum. Nam, cùm posterius dixerit, manifestum si & in principio ambiguum animaduerterit. Si autem non præuiderit dubium, sed in alterum aspiciens posuerit, dicendum ad eum, qui in alterum ducit, quoniam nō ad id aspiciens dedi, sed ad alterum eorum. Nam pluribus existentibus quæ sub eodem nomine, vel eadem oratione sunt, facilis est ambiguitas. Si verò & dilucidum sit, & simplex quod interrogatur, aut sic, aut non, respondendum. Quoniam autem omnis propositio syllogistica, aut eorū aliqua est, ex quibus syllogismus, aut propter aliquam illarum, manifestum, quòd quandoque alterius gratia sumetur, ex eo quod plura similia interrogant. Nam, aut per inductionem, aut per similitudinem, plerunque vniuersale sumunt: singularia igitur omnia ponendum, si sint vera & probabilia. Ad vniuersale autem tentandum instantiam ferre. Nam sine instantia vel quæ sit, vel quæ videatur, prohibere orationem, proteruire est. si igitur multis apparentibus, non dederit vniuersale qui non habet instantiam, manifestum est, quoniā proteruit. Amplius, si neque contra argumentari habeat quòd non verum, multo magis videbitur proteruire, quamuis nec hoc sufficiat: nam complures orationes opinionibus contrarias habemus, quas difficile est soluere, velut Zenonis, quòd nō contingit moueri, neque studium pertransire: sed non propter id, quę sunt opposita his, non ponendum. si igitur qui neque contra argumentari habet, neque instare nō potit, dilucidum, quoniam proteruit: est enim in disputationibus proteruia, responsio præter dictos modos, syllogismi destructiua. Sustinere autem

& positionem, & definitionem, ipsum sibijpsi oportet præargumentando. Nam ex quibus interimunt interrogantes quòd proponitur, manifestum, quoniam ijs aduersandum. Inopinabilem verò suppositionem cauendum sustinere. Est autem inopinabilis multipliciter: nam, & ex qua absona contingit dicere: vt si omnia dicat aliquis moueri, aut nihil, & quæcunque peioris moris esse eligenda, & quæ contra consilijs, vt quod voluptas bonum, & iniuriā facere melius quam iniuriam pati: nam non vt rationis gratia sustinentem, sed, vt ea quæ videantur dicentem ob id sunt. Quæcunque verò orationum falsum syllogizant, soluendum interimendo id propter quod sit falsum. Nam nō si qui quoduis interimit soluit, ne quidem si falsum est quod interimitur: habere enim potest plura falsa oratio, vt si quis sumat sedētem scribere, Socratem verò sedere: accidit enim ex his Socratem scribere interempto igitur Socratem sedere, nihil magis soluta est oratio, quamuis falsum sit postulatum. sed nō propter id oratio falsa: nam si quis sit sedens, non scribens autē, non amplius in tali. apte accommodabitur eadem solutio, quare non id interimendum, sed sedentem scribere. non enim omnis qui sedet, scribit. Soluit igitur omnino, qui interimit id propter quod fit falsum: nouit autem solutionem, qui scit & propter id falsa oratio: quemadmodū in ijs quæ falso describuntur. non enim sufficit dicere, ne quidem si falsum sit quod interimitur, sed & id propter quod falsum assignandum. Sic enim erit manifestum vtrum præuidens aliquid, an non, facit instantiam.

Loci communes pro interrogante, & respondente.
Cap. 4.

EST autem orationem prohibere concludi, quadrupliciter. Nam aut interimendo id propter quod sit falsum, aut ad interrogantem instantiam dicendo: sæpe enim non soluit quidem: qui tamen interrogat, non potest longius producere. Tertium autem ad interrogata: accidit enim ex interrogatis quidem nō fieri quod volumus, eo quod nō bene interrogata sint, addito autem aliquo, fieri conclusionem. Si igitur non amplius potest producere interrogans, ad interrogantem erit instantia, si autem, potest, ad interrogata. Quartum autem, pessima est instantiarum quæ est ad tempus: nam quidam talibus instans ad quæ disputare pluris est temporis, quam præsentis exercitationis: instantiæ igitur, vt dictum est prius, quatuor modis fiunt. Solutio autem est earum quæ dictæ sunt, prima tantum: reliquæ autem prohibitiones quædam & impedimenta conclusionum. Inculpatio vero orationis, & secundum ipsam orationem, & quando interrogatur non eadem. Plerunque enim quod non bene disputatur oratio, is, qui interrogatur, est causa, eo q̄ non concedat ex quibus probe erat disputare ad positionem: nam non est in altero solo bene absolvere commune opus. Necessarium igitur quandoque ad dicentem, & non ad positionem argumentari, quando is qui respondet, & contraria interrogāti obseruat corroborās proteruientes igitur, altercatorias, & non dialecticas faciunt exercitationes. Amplius autē, quia exer-

exercitationis & experimenti gratia, & non dogmatis huiusmodi sunt orationes, perspicuum, quoniam non solum verum syllogizandum, verum etiam falsum, nec per vera semper, sed quandoque & per falsa: sæpe enim vero posito, interimere necesse est disputantem, quare proponenda falsa: quādoque autem & falso posito, interimendum per falsa: nihil enim prohibet alicui videri quæ non sunt, magis quam vera, quapropter ex ijs, quæ illi videntur, oratione facta magis erit suasus quam adiutus. Oportet autem eum, qui bene transfert, dialecticè, & non contentiosè transferre. Vt geometram geometrice, siue falsum, siue verum sit quod cōcludendum est: quales autem dialectici syllogismi, dictum est prius. Quoniam autē malus paries, qui impedit commune opus, patet quod & in orationibus: nam cōmune quippiā quod proponitur & in illis est præterquam in concertantibus: his autem non est eundem vtrisque finem assequi: nā plures vno impossibile est vincere. Differt autem nihil siue in respondendo, siue id interrogando fiat: nam & qui contendit interrogat, prauè disputat: & qui in respōdendo non dat quod videtur, neque suscipit quicquam quod vult interrogans interrogare. Manifestum igitur ex ijs quæ dicta sunt, q̄ non similiter inculpandum & secundum seipsam orationem, & interrogantem. Nam nihil prohibet orationem quidem pravam esse, interrogantem vero vt possibile est optime contra respondentem disceptare: nam contra prauos non possibile fortasse statim sumere quæ ex quibus, sed quales fieri possibile faciens syllogismi. Quoniam autem est indeterminatum

natum quando contraria, & quando ea, quæ sunt in principio sumunt homines (nam plerunque per seipsos dicentes contraria dicunt & abnuentes prius, dant posterius, eo quod interroganti & contraria, & quæ in principio, plerique obediunt) necesse est prauas fieri disputationes: causa autem est qui respondet hæc quidem non dans, illa autem talia dans: manifestū igitur, quoniam non similiter inculpandum & interrogantes, & orationes. Orationis autem secundum seipsas quinque sunt inculpationes. Prima quidem quando ex interrogatis non concluditur neque quod propositum est, neque omnino quicquam, cum sint vel falsa, vel inopinabilia, aut omnia, aut plurima, in quibus consistere debet cōclusio: & neque ablatis, quibusdam, neque additis, neque his quidem ablatis, illis vero additis, fit conclusio. Secundo autem, si ad positionem non fiat syllogismus, & ex talibus, & eo modo quo dictum est prius. Tertia vero si additis quibusdam fiat syllogismus: hæc autem sint deteriora ijs, quæ interrogatur, & minus probabilia conclusione, etiam si ablatis quibusdam, nam quandoque sumunt plura necessarijs: quare non eo quod hæc sunt fit syllogismus. Amplius, si ex inopinabilioribus, & minus credibilius conclusione, aut si ex veris, sed maiore opera indigentibus demonstrari, quam problema: non oportet autem ex omnibus problematis syllogismos existimare similiter probabiles esse, & suasibiles: natura enim statim sunt aliqua quidem faciliora, alia vero difficiliora eorum, quæ interrogantur: quare, si ex aliquibus vt fieri potest maxime probabilibus, coniecturam fecerit, dispu-

tatum bene est. Manifestum igitur, quoniam orationis non eadem inculpatio, & ad problema, & secundum se. Nam nihil secundum se quidem orationem prohibet esse vituperabilem, ad problema autem laudabilem: & contrarium è diuerso secundum se quidem laudabilem, ad problema autem vituperabilem: quando ex pluribus est facile cum probabilibus tum veris concludere. Erit autem quandoque oratio etiam concludens quàm non concludens deterior, quando illa quidem ex absurdis concludit, cum non sit tale problemas hæc autem indigeat talibus quæ sunt, probabilia & vera, & nondum ex assumptis sit oratio. Eos autem, qui per falsa verum concludunt, non iustum est inculpare. Nam falsum quidem semper necesse est per falsa syllogizare: verum autem est quandoque per falsa syllogizare, manifestum autem id ex analysi. Cum autem demonstratio sit alicuius dictæ orationis: si aliquid est aliud quod ad conclusionem nullo modo se habet, non erit ex illo syllogismus: si autem appareat, sophisma erit, non demonstratio. Est autem philosophemata quidem, syllogismus demonstrativus: epicherema autem, syllogismus dialecticus sophisticus vero, syllogismus contentiosus: aporema autem syllogismus dialecticus contradictionis. Si vero ex vtrisque quæ videantur, alia ostendatur, non autem similiter videantur: nihil prohibet quod ostenditur magis alicui videri. Sed si hoc quidem videatur, illud autem neutra parte: aut si hoc quidem videatur, illud autem non videatur similiter quidem manifestet vtique erit, & non: si autem magis al-

terum, sequetur quod est magis. Est autem quoddam & idem ad syllogismos peccatum, quando ostenditur per longiora quod contingit per breuiora, & quæ orationi adsunt. vt quod est opinio magis altera, quam altera: si quis petat ipsum quodque maxime esse, esse autem opinabile, ipsum quod vere est. quare quorundam magis esse ipsum: ad quod autem magis, magis dicitur esse: esse autem & ipsam opinionem veram: an erit accuratius, quam par sit exigens quædam? petitum est autem & ipsam opinionem veram esse, & ipsum quodque maxime est, ac si opinio vera certior sit, sed quæ nequitia maior, quam quæ facit circa id cuius est oratio, latere causam? oratio autem est manifesta vno quidem modo, & publicissimo, si sit concludens sic, vt nihil oporteat interrogare: vno autem & qui maxime dicitur: cum sumpta quidem sint ex quibus necessarium est conclusionem esse quæ quidem fiat per conclusiones conclusa, etiam si id omittatur quod valde probabile est. Falsa autem oratio vocatur quadrupliciter. Vno quidem modo quando apparet concludere quæ non concludit: vocatur autem apparens, litigiosus syllogismus. Alio modo, quando concludit quidem, non tamen ad propositum: quod accidit maxime in ijs quæ ad impossibile ducunt. Aut ad propositum quidem concludit, non tamen secundum propriam disciplinam: hoc autem est, si ea, quæ non est medicinalis, videatur esse medicinalis, aut geometrica, quæ non est geometrica, aut dialectica, quæ non est dialectica, siue verum, siue falsum sit quod accidit. Alio autem modo, si per falsa non concludit: hu-

ius autem erit quandoque quidem conclusio falsa, quandoque autem vera: nam falsum quidem semper per falsa concludit, verum autem possibile est & non per vera, vt dictum est prius. Quod autem falsa sit oratio, dicentis peccatum potius est, quam orationis: at ne quidem dicentis semper, sed cum lateat ipsum quod falsum orationem dixit aliquam: eo quod ab ipso suscipimus cum pluribus veris quippiam amplius: si ex ijs quæ maxime videntur assumit aliquid verorum (talis enim existet, verorum demonstratio est) oportet sanè positorum aliquid non esse omnino, quare erit huius demonstratio. Si autem verum concludat per falsa, & valde absurda, complurib⁹ detestior erit quæ falsa syllogizant: erit autem falsum, & quæ falsum concludit. Quare manifestum quod prima quidem consideratio orationis secundum seipsam est, si concludit: secundum autem, vtrum verum, an falsum: tertia vero ex qualibus quibusdam. Nam si ex falsis quidem opinabilibus autem, rationabilis: si autem existentibus quidem, sed inopinabilibus, praua: si vero & falsa & valde inopinabilia sint: manifestum quod praua, aut simpliciter, aut ad rē. Id autem, quod in principio & contraria quodammodo petet interrogans, secundum vtrumlibet quidem in analyticis dictum est, secundum opinionem vero nunc dicendum est. Petere autem videntur id quod est in principio quinque modis. Manifestissimo quidem & primo, si quis idipsum quod monstrari oporteat, petat: hoc autem in eo ipso quidem non facile latere potest: in synonymis autem, & in quibuscunque nomen & oratio idem signifi-

rat, magis. Secundò autem, quando quod particulariter oporteat demonstrare vniuersaliter quis petat: vt qui argumentatur quòd contrariorum vna disciplina, omnium oppositorum postulauerit vnam esse: nam videtur id quod oportebat, secundum se ostendere, cum alijs petere pluribus. Tertiò, si quis quid vniuersaliter est ostendere propositum, particulariter petat, vt si de omnibus contrarijs propositum est, de aliquibus postulet: videtur enim hic quod cum pluribus oportebat ostendere secundum se, extra petere. Rursus, si quis diuidens petat problema: vt si oportet ostendere medicinam sani & ægri, extra vtrunque postulet: aut si quis eorum, quæ sequuntur se inuicem ex necessitate, alterum petat: vt latus incommensurabile esse diametro, si oporteat ostendere quòd dimetiet lateri. Aequaliter autem & contraria petunt ei quod ex principio est. Nam primo quidem si quis opposita petat secundum affirmationem & negationem. Secundo autè contraria secundum oppositionem: vt bonum & malum idem. Tertio veto, si quis vniuersaliter postulans particulariter petierit contradictionē. Vt si quis sumens contrariorum vnam disciplinā, sani & ægri alteram esse petat: aut si hoc petēs, in vniuersali oppositionem tentet sumere. Rursum, si quis petat contrarium ei quod ex necessitate accidit per ea quæ posita sunt: & si quis ea quidem non sumat quæ opposita, at alia petat duo, ex quibus erit opposita contradictio. Differt autem contraria sumere tantillum ab eo quod est in principio: quoniam huius quidē est peccatum ad conclusionem (nam ad illam aspicientes, quod in principio est dicimus

mus petere) contraria autem sunt in propositionibus, eo quod ipsæ aliquo modo se habent adinuicem. Ad gymnasiam autem & exercitationem tallium orationum primum quidem conuertere assuescere oportet orationes. Sic enim & ad id, quod dicitur, copiosius nos habemus, & in paucis, plures scimus orationes: conuertere est transumentem conclusionē cum reliquis interrogationibus interimere vnum quippiam eorum, quæ dicta sunt: necesse est enim, si conclusio non est, vnam aliquam interimere propositionum, si quidem omnib. positis necesse erat conclusionem esse. Ad omnem autem positionem, & quod sic, & quod non sic argumentum cōsiderandum, & cum inueneris, solutionem statim quærendum. Sic enim simul accidet & ad interrogandum, & ad respondendum exerceri: & si ad nullum aliud habemus, aquā nosipsos sensim comparāda sunt quę attinent ad ipsam positionē argumenta: nā id ad cō gendum multam copiam præbet, & ad redarguendum magnum habet adimentum, quādo quispiam promptus est argumentari, & q sic & quod non sic: nam ad contraria accidit facere obseruationem, & ad cognitionem, & ea (quæ secundum philosophiam est) peritiam posse conspicere, & conspexisse quæ ab vtraque accidunt suppositione, non parnum instrumētum: reliquum enim horum, recte eligere alterum: oportet autem ad id, quod tale est, esse bono ingenio: & hoc est secundum veritatem bonum ingenium, posse bene eligere verum, & discernere falsum: quod qui nati sunt bene, possunt. Probe facere: nam qui amant, & qui odiunt, quod profertur facilè discernunt opti-

mum.

nium. Et ad ea, quæ sæpissime incidunt problemata, scire oportet orationes, & id maxime de primis positionibus. Nam in his facilidiunt sæpe qui respondent. Amplius, terminorum copiosos esse oportet, & probabilium, & primorum se habere promptos: nam per hæc fiunt syllogismi. Tentandum autem & ea, in quæ sæpissime incidunt disputationes, tenere. Non quemadmodum in Geometria ante opus est circa elementa exercitatum esse, & in numeris circa copiales prompte se habere, & multum refert ad hoc, & aliqui numerum cognoscere multiplicatum. similiter quoque & in orationibus promptum esse ad principia, & propositiones memoria scire oportet: nam perinde ac in memoriæ sensorio solum loci positi statim faciunt ipsas res memorare: & hæc faciunt ad ratiocinandum promptiorem, eo quod ad determinatas illas inspiciat secundum numerum. Propositionemque communem magis quam positionem in memoria ponendum. Nam principiorum & suppositionum copiosum esse mediocriter, difficile. Amplius orationem vnam plures facere assuescendum, vt ut ij, qui occultissime abscondunt. Tale autem erit, si quis quamplurimum abscedat ab affinitate eorum, de quibus est oratio: erunt autem priores orationum vniuersales maxime, quæ id pati possint, vt quoniam non est vna plurium disciplina: sic enim & in ijs, quæ sunt ad aliquid, & in contrarijs, & coniugatis est. Oportet autem & reminisci vniuersales facere orationes, tametsi fecerit disputans particulariter. Sic enim & plures licebit vnam facere: similiter autem & apud Rhetores in en-

thymematibus. Eundem autem quam maxime fugere, contra vniuersale ferre syllogismos. Et semper oportet considerare orationes, si in pluribus communibus disputantur. Nam omnes particulares in vniuersali disputate sunt, & ineſt in particularibus eius, quod est vniuersale, demonstratio, eo quod non est syllogizare quicquam sine vniuersali. Exercitatio autem facienda, inductiuarum quidem ad eadem, syllogisticarum autem ad experta. Et tentandum accipere ab ijs quidem qui in syllogismi. triti sunt, propositiones, ab ijs vero, qui in inductionibus, similitudines: in hoc enim vtrique exercitati sunt. Omnino autem exercitationis gratia disceptantibus tentandum afferre, aut syllogismum de aliquo, aut propositionem, aut solutionem, aut instantiam, siue recte quis dicat, siue perperam, vel ipse, vel alter, & ad quippiam vterque. Ex his enim facultas, exercitatio autem facultatis gratia. Et maxime circa propositiones, & instantias: est enim, vt simpliciter dicam, dialecticus, propositiuus, & instantiuus: est autem proponere quidem, vnum facere quæ sunt plura. Oportet enim vnũ omnino sumere ad quod est oratio: instare autem quod vnum est, facere plura. nam aut diuidit, aut interimit: hoc quidem dans, illud autem non dans, eorum quę proposita sunt. Non est autem cum omni disputãdum, neque contra quemlibet exercitandum. Nam necesse ad aliquos, prauas fieri orationes: ab eo enim qui omnino tentat apparere, diffugiendum. iustum autem omnino tentare syllogismo concludere, verũtamen non pulchrum, eo quod non oportet aduersus quoslibet facile cõsistere,

sistere, quandoquidem necesse est paruisoquin inde emergere: nam qui exercitati sunt, non possunt abstinere a disputatione, sine altercatione. Oportet autem & factas habere orationes ad huiusmodi problemata, in quibus cum pauciſſimorum copia eas ad quæ plurima vtiles habeamus, illæ vero sunt vniuersales, & ad quas in promptu quippiam adinuenire difficile est.

Aristotelis Topicorum libri octaui finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM Principis Elenchorum.

LIBER PRIMVS.

D. SEVERINO BOETHO INTERPRETE.

SVMMA LIBRI.

De intentione libri, & generibus disputationum: De Locis Sophisticarum in Dictione, & extra Dictionem, redargutionum: De Causis deceptionum, captionumq; sophisticarum: De veris, & falsis redargutionibus. De interrogatione tentatiua, & quid inter Contentiosum, Sophisticumq; interest: Demum deceptionibus Nugationis, & Solœcismi, occultationeq; Sophistica contra molestè respondentes.

Argumentum in cap. 1.

Syllogismorum alij sunt veri, alij apparent veri, & non

non sunt, quemadmodum & oratione talia euenisse verè, alia apparent, & non sunt: & corpus aliud pulchrum, aliud videtur esse, & non est, & aliud argenteum est, & aliud apparet, & non est. atque eo modo, quo longè distantes à rebus iudicant de illis, sic ignari artis syllogisticæ de syl. iudicant. ac præterea quandoque credimus sic esse in rebus, sicut in nominibus, unde decipimur per syl. sophisticum.

Quid intendit, & aliquem syllogismum sophisticum esse. Cap. I.

DE sophisticis autē redargutionibus, & de ijs quæ videtur redargutiones (sunt autem captiosæ ratiocinationes, at non redargutiones) dicamus opottet, incipientes secundum naturam à primis. quōd igitur hi quidem syllogismi, illi autem, cū non sint, vidētur, manifestū est. Nā quēadmodū & in alijs id fit per quandam similitudinē, sic & in orationibus se habet: etenim hi quidē habitum probe habēt, illi vero videntur, ex tubatumētes, & cōponētes seipsos, & pulchri: hi quidem ob pulchritudinē, illi aūt videntur seipsos fucantes. Et in animatis quoque similiter: nā & illorum hæc quidē argentū, illa vero aurū rectra sunt, illa non sunt quidē, apparent aūt secundum sensum: vt lithargyrina, & stannea, argentea, & felle tincta, aurea: eodem autem modo & syllogismus, & redargutio: hæc quidem est, illa vero non est, apparet autem propter imperitiam: nam imperiti velut distantes, à longe speculantur. Nam syllogismus quidem ex quibusdam est positis, vt colligamus aliquid aliud ex necessitate ab ijs, quæ posita sunt per ea, quæ posita sunt. redargutio autem syllogismus est, cum contradictione conclusionis: illi vero id quidem non faciunt. Videntur autem ob multas causas, quarum vnus locus aptissimus, & publicissimus per nomina. Nam quia fieri non potest, vt res ipsas ferētes disputemus, sed nominibus pro rebus, vtimur signis: & qū accidit in nominibus, in rebus quoque arbitramur accidere: quemadmodum ij, qui calculis supputant. id autem non est simile: nam nomina quidem finita sunt, & orationum multitudo, res vero numero infinitæ sunt, necesse est igitur plura eandem orationem, & nomen vnum significare: quemadmodum igitur & illi, qui non sunt prompti calculos sustinere, à scientibus decipiuntur, eodem quoque modo & in orationibus, qui nominum virtutis sunt ignati perfacile captionibus hallucinandum & ipsi disputantes, & alios audientes, ob hanc igitur causam, & eas, quæ dicendæ sunt, est syllogismus, & redargutio apparens, atque non existens.

Argumentum in cap. 2.

Præterea in disputando quidam faciunt elenchos apparentes, & non veri. quare sophistica scientia est apparens scientia, & non existens. qualiter autē fiat à vera disputandi, doctrinale scilicet, dialectico, tentativum, & litigiosum. disputatio doctrinalis est, quæ syllogizat ex propr. alicuius scientiæ propriis, & non ex his, quæ videntur respondens. & hæc est demonstratio

ferratio, quæ vertitur inter docentem, & discentem. dialectica est, quæ est collectiua contradictionum, tentatiua, quæ syllogizat ex his, quæ uidentur respondenti, & necesse est eum scire, qui simulat se habere scientiam. litigiosa est, quæ ex his syllogizat, quæ uidentur esse probabilia, & non sunt.

De generibus disputationum.
Cap. 2.

QVoniam autem quibusdam magis operæpretium est videri esse sapientes, quam esse, & non videri (est enim sophistica, apparens sapientia, non existens autem: & Sophista pecuniarum aucupator ab apparente sapientia, & non existente:) manifestum profecto est, quoniam necessarium est illis & sapientis opus videri facere magis, quam facere, & non videri. Est autem (ut vnum ad vnum dicamus) in vnoquoque opus sapientis, non mentiri quidem ipsum de quibus nouit, mentientem autem manifestare posse. Hæc autem sunt, hoc quidem in eo quod potest dare orationem, illud autem in eo quod sumere. Necesse est igitur illos, qui volunt sophisticè agere, dictarum orationum genus quærere. Operæ enim pretium est eis: nam huiusmodi potestas facit videri sapientes cuius sunt desiderium habentes. Quod autem tale orationum genus est, & quod talem appetunt potestatem illi, quos accusamus sophistas, manifestum est. Quot autem sunt species sophisticarum orationum, & ex quot numero potestas ea constat, & quot partes contingit esse negotijs, & de alijs, quæ subsequuntur ad hanc artem, nunc dicamus. Sumatur igitur

igitur ad disputandum, orationum genera quatuor doctrinales, dialecticę tentatiuæ, contentiosæ. Et doctrinales quidem sunt, quæ ex propijs principijs cuiusque disciplinæ, & non ex alijs, quæ uidentur respondenti colligunt: nam oportet credere eum, qui dicit. Dialecticæ autem, quæ ex probabilibus collectiuæ sunt cõtradictionum: Tentatiuæ vero, quæ ex ijs colligũt, quæ uidentur respõdenti, & quæ necessarium est enim scire qui simulat se habere scientiam, quomodo determinandum est in alijs. Porro contentiosæ, quæ sunt ex his, quæ apparent probabilia, apparentes syllogisticæ. De demonstratiuis autem in Analyticis dictum est: de dialecticis vero, & tentatiuis, & in alijs: de alijs autem, & contentiosis nunc dicendum.

Argumentum in cap. 3.

Quinque autem sunt termini, ad quos opponens sophista conatur respondentem ducere apparenter, sed non vere: ducit enim primò ad redargutionem, secundo ad falsum, tertio ad inopinabile, quarto ad solecismum, quinto ad negationem: nam vult videri redarguere respondentem, deinde sibi ostendere falsum, tertio quid dicat aliquid contra propriam opinionem, vel sapientum, quarto ipsum barbarismum construere, quinto, idem sæpe dicere. verum sciendum est antequam ad explanationem eorum terminorum veniamus modos sophisticè arguendi duos existere: quidam enim in dictione, & quidam extra dictionem sunt. in dictione sex, æquiuocatio, amphibolia, compositio, diuisio, accentus, & figura dictionis. æquiuocatio quid sit alias diximus. ex hac talis construitur paralogis-

mur, quicunque discunt, sunt sapientes: grammatici discunt, ergo sunt sapientes: discere enim hoc loco est æquinocatio; nam significat disciplinam dare, & disciplinam accipere, sic, quicunque surgebat, stans sedens surgebat: sedens igitur stat. & quicunque sanabatur, sanus est; sed laborans sanabatur: igitur laborans est sanus. minor est distinguenda: quando subiectum accipitur pro præsentibus, vel pro præteritis. quia tres sunt modi æquinocationis, & amphiboliæ. primus, quando nomen, vel oratio plura significat. secundus quando aliquid transumptiuè significat. tertius, quando dictio, vel oratio per se sumpta vnum significat, iuncta verò plura. de amphibolema tale est exemplum. quæcunque vellem me accipere, vellem, & me acciperent. sed pugnanter vellem me accipere. ergo vellem, quòd me acciperent. Fallacia compositionis est talis. quæcunque possibile est ambulare, possibile est, quòd ambulet. sed possibile est sedentem ambulare: ergo possibile est, quòd sedens ambulet, pro falsa. Et diuisionis scribitur talis paralogismus. quæcunque sunt duo, & tria, sunt paria, & imparia; sed quinque sunt duo, & tria: igitur quinque sunt paria, & imparia. Fallacia autem accentus habet talem paralogismum. quicunque dicit metuo, dicit se timere. sed nemo timens dicit metuo; ergo non timens timet. fallacia verò figuræ dictionis duos habet modos, primus, quando masculinum interpretatur fœmininum, & econtra. secundus, quando quid interpretatur quale, vel quantum.

Finis Sophistæ, & loci sophistici in dictione.

Cap. 3.

PRimum igitur sumendum est, quod coniectant qui in orationibus decretant, & coartercantur.

tercantur. sunt autem hæc quinque numero: redarguio, falsum, inopinabile, solœcismus, & quantum, quod est facere nugari eum, qui consuetudinem hoc autem est frequenter cogere idem facere, aut quod nō est, sed quod apparet quodque esse horum. Nam maximè volunt apparere redarguere: secundum autem falsum aliquid ostendere; tertium verò, ad hoc quod est inopinabile ducere: quartum, solœcismo vti facere: hoc autem est facere secundum locutionem barbarizare ex oratione respondentem: ultimum autem idem frequenter dicere. Modi autem redarguendi sunt duo: nam alij quidem sunt propter dictionem, alij verò extra dictionem. sunt autem ea quidem, quæ propter dictionem faciunt phantasiam sex numero: hæc quidem sunt, æquinocatio, amphibolia, compositio, diuisio, accentus, & figura dictionis. Huius autem modos, & ea quæ est per inductionem, & syllogismus: & si qua sumatur alia, & quod totidem modis, & eisdem nominibus, & eisdem orationibus, non idem significamus. Sunt autem propter æquinocationem huiusmodi orationes, vt quod discunt scientes: nam ea quæ memoriæ tradita sunt, discunt grammatici. Discere enim æquinocum est ad intelligere eum, qui vtitur disciplina: & ad accipere disciplinam. Ea rursus, quod mala bona sunt: nam quæ expediunt, bona sunt: mala autem expediunt. Duplex enim expediens est, & necessarium, quod accidit plerumque in malis (est enim quoddam malum, necessarium) & bona cumque expedientia dici malus esse. Amplius autem, eundem sedere, & stare, & ægrotare, & sanum esse: nam qui surgebat stat, & qui sanabatur, sanus est: surgebat au-

tem sedens,& sanabatur ægrotans: ægrotantem enim quamlibet facere, aut pati non unum significat, sed quandoque quidem qui nunc ægrotat, aut sedet, quandoque autem qui ægrotabat prius: veruntamen sanabatur quidem ægrotans, cum ægrotans: sanus est autem non cum ægrotans, sed ægrotans non nunc, sed prius. Propter autem amphiboliam sunt orationes tales: velle capere me pugnantes. Et putasne quod quis cognoscit, id cognoscit? nam & cognoscentem & cognitum contingit vt cognoscentem significare hac oratione. Si putas quod quis videt, id videt? videt autem columnam: quare colúna videt. Et putas quod tu dicis esse, id tu dicis esse? dicis autem lapidem esse: quare tu lapis, dicis esse. Et putas est silentia dicere? duplex enim est, & id, silentia dicere: hoc quidem eos, qui dicunt tacere, illud autem ea, quæ dicuntur. Sunt autem tres modi secundum æquinocationem, & amphiboliam: vnus quidem, quando nomen, vel oratio plura significat principaliter: vt aquila, vel canis. Alius autem quando solitis sumus sic dicere. Tertius vero, quando compositum plura significat, separatum vero simpliciter, vt scire literas: nam tunque fortasse vnum quidem significat, & scire, & literas: ambo autem plura, aut literas ipsas scientiam habere, aut literarum, aliud. Amphibolia igitur, & æquinocatio propter dictos modos sunt. Propter compositionem vero huiusmodi sunt: vt possibile est sedentem ambulare, & non scribentem, scribere: non enim idem significat, si diuidens quis dicat, & componens quod possibile est sedentem ambulare, & non scribentem scribere, & hoc identidem si quis

si quis componat non scribentem scribere, significabit profecto, quod habet potestatem, vt non scribens scribat si quis autem non componat, quoniam habet potestatem quando non scribit, vt scribat. Et discit nunc literas, si quis didicit quas scit. Amplius, quod vnum solum posse ferre, plura potest ferre: Propter vero diuisionem quod quinque sunt duo, & tria paria, & ampharia. Et quod maius æquale: tantundé enim est maius, & adhuc amplius: nam eadem oratio diuisa, & composita nō idem semper videbitur significare. Vt ego posui te seruum, existentem liberum. Et hoc quinquagiata virum, centum heros liquit Achilles. Propter accentum autem in ijs, quæ sunt sine scriptura, non facile fallacijs facere orationem: in scripturis autem & poematibus magis. Vt & Poetam defendunt nonnulli aduersus redarguentes quasi hic absurde locutum. Nec gemere aeria cessabit sumus ab vlmo, quod pentemimeri vsus sit, & aeria pro feminino. Soluunt enim id accentu: dicentes quod aeria accentum finalem lōgum habet, & non ad tumus, sed ab vlmo, vt epitheton debet referri, & id de Niso. & Euriale cum Rutulos vino somnoque sepultos intelligissent.

Cætera per terras, omnes animalia somno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.

Talia igitur propter accentum sunt. Quæ autem propter figuram dictionis sunt, accidunt, quando non idem vt idem interpretatur, vt masculinum, fœminium: vel fœminium, masculinum: vel quod inter hæc, est alterum horum:

vel rursus quale, quantum: vel quantum, quale: vel faciens, patiens: vel dispositum, facere: & alia ceu diuisum est prius. Nam est aliquid, quod non est eorum quæ sunt facere, vt eorum quæ sunt facere, aliquid dictione significare, vt valere. Similiter figura dictionis dicitur ei, quod est facere, vel ædificare, quamuis illud quidem quale quid, & affectum quodam modo significet, hæc vero facere aliquid: eodem autem modo & in cæteris propter igitur dictionem redargutiones ex his existunt.

Argumentum in cap. 4.

Fallacia extrad. Elench sunt septem. 1. fallacia accidentis deinde secundùm quid, ad simpliciter. tertia fallacia ignoratiæ elenchi. quartò fallacia petitionis principia. quintò fallacia consequentis, sextò fallacia non secundum causam, vt causæ. septimò fallacia secundum plurimas interrogationes, vt unam. fallacia accidentis fit, quando attributum datur rei subiectæ, & accidenti: vt, Coryscus est alter à Socrate. Sed Socrates est homo. igitur Coriscus est alter ab homine. fallacia secundum quid ad simpliciter est, quando non proceditur recte à dicto secundum quid ad dictum simpliciter; vt, Chimera est opinabilis: chimera igitur est. quando autem duo contraria æquè insunt suis, vt sanitas inest albedo media, & nigredo media: difficile est cognoscere fallaciam. fallacia autem ignorantiæ elenchi fit, quando omittitur aliqua particula posita in def. elenchi. Elenchus autem sive redargutio est contradictio unius, & eiusdem nominis, & rei simul, non synonimi, sed eiusdem ex his, quæ data sunt ex necessitate accidere, non cùmerato, quòd erat in principio secundum idem, & ad idem, & similiter, & in eodem

dem tempore. & hæc def. hoc pacto intelligitur. Elenchus est syl. probatiuus, & contradictorius positioni respondentis. unde omittens aliqua harum particularum paralogizat; vt, duo sunt duplum unius, & nō duplum trium; ergo sunt duplum, & non duplum. fallacia verò petitionis principij fit totidem modis, quot petitur princ. quoniam nescimus distinguere inter idem, & diuersum, sive inter notius, & ignotius. fallacia autem consequentis fit, quando credimur consequentiam conuerti, quæ non conuertitur: vt, si mel est; rubeum est. si igitur rubeum est; mel est. mel, & plumbum; terra est madida; igitur si terra est madida; plumbum. sed fallacia non causæ, ut causæ, fit, quando illud, quod non est causa, accipitur tanquam causa ad conclusionem inferendam, tanquam causæ illationis, & habet fieri in syl. ad impossibile: vt, omne contrarium corruptioni est generatio. sed vita est contraria corruptioni, & vita, & anima sunt idem: ergo vita est generatio. conclusio autem est falsa; ergo aliqua propositio, paralogizat. huius fallaciæ non sunt simpliciter, sed ad propositum in syllogizati. & hæc fallacia dicitur in interrogantem, & respondentem, & argumenta sunt non ad causam, vt causam. fallacia autem secundum plures interrogationes, ut unam fit, eo quòd una existimatur, & damus unicam responsionem, cum plures dare oporteret; vt, sunt ne illa bona, aut non bona? demonstrato uno bono, & uno malo, ostenditur hanc fallaciam committi; cui aliquis credit terminum numeri pluralis definiri, ut singularis, veluti, si cæcus est non videns, tamen aptus natus ad videndum, & credat cæca esse non videntia apta nata ad videndum. si quæratur utrum ista sint cæca, an videntia, ostenso uno cæco, & alio videnti, & dicatur cæca, vel videntia, committitur fallacia.

De loco redargutionum sophisticarum extra dictionem. Cap. 2.

EArum vero, quæ extra dictionem sunt captionum species, sunt septem. Vna quidem propter accidens, secunda autē propter id, quod simpliciter, vel non simpliciter, sed aliquo modo, aut vbi, aut quando, aut aliquid dicitur: tertia autem propter redargutionis ignorantiam: quarta vero propter consequens: quinta autem propter id quod est in principio sumere: sexta propter id quod non est causa, vt causam ponere: septima vero propter plures interrogationes vnam facere. Propter igitur accidens captiones sunt, quando similiter quodcunque existimabitur rei & accidenti inesse: nam, quia multa eidem accidunt, non est necesse omnibus prædicatis & ei de quo prædicantur illa omnia inesse: nam omnia sic erunt eadem, quemadmodum sophistæ dicunt: vt si Coriscus est alter ab homine, ipse est alter à se, est enim homo; aut si à Socrate alter, Socrates autem homo, ab homine alterum dicunt esse cōsessum, eò quod accidit (a quo dixit alterum esse) hunc esse hominem. Propter id autem, quod hoc quidem simpliciter, illud autem aliquo modo: & non præcipue, quando quod in parte dicitur, vt simpliciter dictum sumitur: vt si non ens opinabile, quod non ens est: non enim est idem esse quiduis, & esse simpliciter. Aut rursum, quoniam quod est non est, si eorum quæ sunt quippiam non est, vt si non est, homo: nam nō idem est non esse quiduis, & non esse simpliciter: apparet autem, eò quod perquam propinquum est

est dictione, & parum differat esse quiduis, ab eo quod est esse, & non esse quiduis ab eo quod est non esse. Similiter autem propter id, quod est aliquo modo, & simpliciter: vt si Indus, cum sit totus niger, albus est dentibus: albus igitur & non albus est. Aut si ambo aliquo modo, quod simul contraria inerunt: tale autem in quibusdam quidem, cuilibet facile est considerare. Vt si sumens Aethiopem nigrum esse: dentibus dicat quod albus: si ergo ibi albus quod niger, & non niger, putabit disputasse syllogizare, cum perfecerit interrogationem. In quibusdam vero latet frequenter, in quibuscunque cum aliquo modo dicatur, simpliciter videtur sequi: & in quibuscunque non facile est considerare vtrum eorum præcipue sit assignandum. Fit autem tale in quibuscunque similiter sunt oppositæ: nam videntur vtrumbo, aut neutrum dandum esse simpliciter prædicari: vt si dimidium quidem album, dimidium vero nigrum, vtrum album, an nigrum? Quæ autem sunt propter id, quod non determinatur quid est syllogismus, aut quid redargutio, fiunt propter omissionem orationis. Nam redargutio est contradictio vnius, & eiusdem non nominis, sed synonymi, sed eiusdem ex ijs quæ data sunt ex necessitate, non connumerato eo quod erat in principio, secundum idem, & ad idem, & similiter: & in eodem tempore. Hoc autem modo fieri potest, vt quis falsum dicat de aliquo: quidam autem omittentes aliquid eorum, quæ dicta sunt, apparent redarguere: vt quod idem duplum: & non duplum: nam duo vnius quidem dupla, tria autem non dupla. Aut si eiusdem idem duplum, & non duplum, sed non secundum

dum idem: nam secundum longitudinem duplum, secundum latitudinem non duplum. Aut si eiusdem, & secundum idem, & similiter, sed non simul. quare est apparens redargutio. Trahat autem aliquis hanc & in eas, quæ sunt propter dictionem. Quæ autem propter id, quod in principio erat, sumuntur, fiunt quidem sic & tot modis quot modis contingit quod in principio est petere: videntur autem redarguere eo quod non possit quis inspicere idem & diuersum. Quæ vero propter consequens est redargutio, ideo est quod putent conuerti consequentiam. nam si cum hoc est ex necessitate, illud sit, & cum illud est, putant & alterum esse ex necessitate: vnde & quæ ob opinionem ex sensu fiunt deceptiones fiunt. nã sæpe esse mel, sel suspicati sunt, eo q̃ sequitur flauus color mel. Et quia accidit terram, pluuia madidam fieri, ét si fit madida, opinantur pluisse: id autem non necessarium est. In rhetoricis quidem quæ secundum signum fiunt demonstrationes, ex consequentibus sunt: nam uolentes ostendere quod adulter, quod consequens est, accipiunt, quod comptus, aut quod uidetur noctu errabundus. pluribus autem hæc quidem insunt, prædicatum tamen non inest. Similiter autem & in ratiocinatiuis: vt est Melissi oratio, quod infinitum est vniuersum: sumens autem vniuersum ingenitum (nam ex nihilo nihil fieri) quod autem factum est ex principio fieri: frigitur non factum est, principium non habet vniuersum, quare infinitum non necesse est autem hoc accidere, non enim si omne quod factum est, principium habet, etiam quicquid principium habet, factum est: quemadmodum neque si febricitans calidus,

calidus, etiam calidum necesse est febricitare. Quæ uero propter non causam, vt causam, cum assumitur, quod non causa est, tanquã pro illud fiat redargutio: accidit autem tale, ad impossibile syllogismus: necessarium enim est his aliquid interimere ex ijs, quæ posita sunt: si ergo enumeretur in necessarijs interrogationibus ad id, ad quod accidit impossibile, ui deiungitur propter id sæpe fieri redargutio, vt quod non est anima, & vita idem: nam si generatio corruptioni est contrarium, & alii corruptioni erit, quædam generatio contrarium: mors autem corruptio quædam, & contrarium uitæ, quare uita generatio, & uiuere generari: hoc autem impossibile: non ergo idem anima, & vita. Nequaquam collectum est, nam accidit (tametsi quispiam non idem dixerit uitam & animam) impossibile: sed solum contrarium vitam quidem morti, cum sit corruptio, corruptioni autem generationem. Incolligibiles igitur simpliciter non sunt huiusmodi interrogationes, sed ad propositum incollectiles: & uerò plerunque non minus ipsos interrogantes quod tale. Propter igitur consequens, & propter non causam orationes huiusmodi fiunt. Quæ autem propter id, quod est duas interrogationes unam facere, quando latet plures esse, & perinde ac vna sit, assignatur responsio vna. In aliquibus autem facile est uidere quod plures, & quod non danda vna responsio: vt vtrum terra mare est an cœlum? in aliquibus uero minus, & quasi una sit, aut confitetur (eo quod nequeunt respondere ad interrogatum) aut redargui uidentur: vt putas hic & hæc est homo? quare cum aliquis percussetit

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit hunc, & hunc percutiet hominem & non homines. Ant rursum quorum hæc sunt quidem bona, illa autem non bona: omnia hæc bona, an non bona? nam vtrumuis dixerit ea quidem vt aut redargutionem, aut falsum apparens videatur facere: nam dicere eorum, quæ non sunt bona aliquid esse bonum, aut eorum, quæ bona sunt non bonum, falsum. Quandoque autem assumptis quibusdam, redargutio etiam fit vera: vt si quis concedit similiter & vnum & plura dici alba, & nuda, & cæca: nam, si cæcum est quod non habet visum, natum tamen habere, & cæca erunt quæ non habent visum, nata autem habere: quando igitur hoc quidem habet visum, illud autem non habet, ambo erunt vel videntia, vel cæca, quod est impossibile.

Argumentum in cap. 5.

Omnes syl. sophistici differunt a vera elenchi, quoniam sunt absque modo. quare paralogismus fallaciæ æquivocationis amphibologiæ, & huiusmodi non constituitur ex his, quæ sunt eadem secundum rem, & nocent: nam licet in amphibolia, & æquivocatione sit eadem vox; non tamen eadem res, in vera vero dictionis non est eadem vox, sed similis, & in fallacia compositionis, divisionis, & accentus, non est eadem vox, neque res, quare illi peccant contra verum elenchum, sic fallaciæ extra dictionem, & fallaciæ accidentis paralogizantur, peccant contra elenchum; quoniam ex extrema unum ut cum medio, sed non inter se, quod non fit in elencho, qui est syl. propositionis, & contradictionis, sic differunt paralogismi fallaciarum secundum quid ad simpliciter, & vltimi

mi ab elenchi à vero elencho; quoniam in illis non est affirmatio, & negatio eiusdem de eodem, nec sequitur conclusio necessaria. sic paralogismi petitionis principij, & non causæ, ut causæ; quoniam in primis assumitur id, quod erat in princ. in secundis conclusio non sequitur ex propositione non causa, sic fallacia consequentis, non sicut fallacia accidentis, & a vero elencho deficit. sic fallacia consequentis, quæ est pars fallaciæ accidentis. sic fallacia secundum plures interrogationes, vt vnam; propositio enim plures non est propositio, cum sit eadem def. vt vnius hominis, & bominis, sed in elencho desideratur propositio vna. nunc videamus quomodo decipiamur.

Omnes sophisticas redargutiones in ignorantiam redargutionis revocatum iri.

Caput 5.

AVt igitur sic diuidendum apparentes syllogismos, & redargutiones: aut omnes recidendum ad redargutionis ignorantiam, ijs, qui hanc principium faciunt: fieri enim posse, vt omnes resoluamus dictos modos ad redargutionis definitionem. Primum quidem sine collectile fuerint, oportet enim ex ijs, quæ posita sunt, accidere conclusionem, &, vt ita dicam, ex necessitate, atque non apparere. Deinde & secundum partes definitionis: nam earum, quę sunt in dictione, hæ quidem sunt propter duplex, vt æquiuocatio, & oratio, & similis figura: consuetum enim id omnia, vt & aliquid quippiam significare. Compositio autem, & diuisio, & accentus eo quod non eadem est oratio, aut nomen quod differens: oportebat autem

autem & id esse, quemadmodum & rem eandē, si debebat redargutio, vel syllogismus esse: vt si tunica, non vestis syllogizetur, sed tunica: nam verum est & illud, sed non syllogizatum est: sed adhuc interrogatione indiget, quod idem significat ad eum qui quærit propter quid. Quæ vero secundum accidens definito syllogismo manifesta fiunt: nam eandem definitionem oportet syllogismi & redargutionis fieri, attamen & adiungere contradictionem: nam redargutio syllogismus est contradictionis. Si igitur non est syllogismus accidentis non fit redargutio: non enim si cum hæc sint, necesse est illud esse id autem est album esse propter syllogismum: neque si triangulus duobus rectis tres angulos habet æquales, & accidit ei figuram esse, vel primum, vel principium, quod figura, vel primum, vel principium tale est: nam non quatenus figura, vel primum, vel principium, sed quatenus triangulus demonstratur similiter, & in alijs. Quare, si redargutio syllogismus quidam, non erit quæ secundum accidens redargutio. Verum propter hoc & astutiores & omnino scientes ab insciis redarguuntur: nam secundum accidens syllogismos faciunt contra sapientes: qui vero non possunt dividere, aut interrogati concedunt, aut cum non dant arbitrantur dedisse. Quæ vero propter id quod aliquo modo, & simpliciter, quoniam non de eodem affirmando, & negatio est: nam aliquo modo albi, aliquo modo non album, & simpliciter albi, simpliciter non album negatio est: si igitur cum datur aliquo modo esse album, quis vt simpliciter dictum accipiat, non facit redargutionem, apparet autem

propter

propter ignorantiam ipsius, quid est redargutio. Manifestissimæ autem omnium, quę prius dictę sunt propter redargutionis definitionem, quare & sic nuncupatæ sunt: nam propter rationis omissionem phantasia fit, & diuisis hoc pacto, commune in omnibus his ponendum est orationis omissio. Quæ vero propter id quod sumitur quod erat in principio, & non causa vt causa ponitur, manifestæ sunt per definitionem: nā oportet conclusionem accidere, eo quod hæc sunt, quod non erat in non causis: & rursum nō enumerato eo quod erat in principio, quod non habent eæ quæ sunt propter petitionē ciusquod in principio. Quæ vero propter consequēs particula sunt accidentis: nam consequens accidens differt autem ab accidenti, quoniam accidens quidem est in vno solo sumere, vt idē esse album, & mel, & album, & cygnum: quod autē propter consequens, semper in pluribus: nam quæ vni & eidem sunt eadem, & sibi inuicem videntur esse eadem: propter quod fit ea quę propter consequens redargutio: est autem non omnino verum, vt si sit album secundum accidens: nam & nix & cygnus albo idem: aut rursum in Melisso oratione idem esse accipit factū esse, & principium habere, aut æqualia fieri, & eandem magnitudinem accipere. Quoniam enim principium habet quod factum est, & quod habet principium, factum esse peculiar, tanquam ambo eadem sint, eo quod principium habent factum esse & finitum. Similiter autem & inijs, quę æqualia facta sunt, si eandem magnitudinem, & vnam sumentia æqualia fiunt: & quæ æqualia facta sunt, eandem & vnam magnitudinem sumunt: quare

con-

consequens sumit. quòd igitur propter accidens redargutio, in ignorantia redargutionis est: manifestum, & quòd ea, quæ est propter consequens: inspiciendum autè est id & alias. Quæ verò propter id, quod est plures interrogationem vt vnam facere, in eo sunt quòd non enucleamus, siue non diuidimus propositionis orationem: nam propositio vnum de vno est: nam idem terminus vnius solius rei, & simpliciter rei: vt hominis, & vnius solius hominis similiter autem & in alijs. Si igitur vna propositio est, quæ vnum de vno postulat, & simpliciter erit propositio talis, interrogatio. Atqui quoniam syllogismus ex propositionibus est, redargutio autem syllogismus, & redargutio erit ex propositionibus: si igitur propositio vna de vno, manifestum quoniam & hæc in redargutionis ignorantia: nam apparet esse propositio, quæ non est propositio. si itaque desit responsionem vt ad vnam interrogationem, erit redargutio, si autem non deficit, sed apparet, apparens redargutio. Quare omnes labi cadunt in redargutionis ignorantiam, qui quidem dicti sunt propter dictionem, quia est apparens contradictio, quod erat proprium redargutionis, alij autem propter syllogismi terminum.

Argumentum in cap. 6.

Per fallacias amphibologiæ, & æquivocationis decipimur; quia nescimus distinguere inter multiplex, & non multiplex per fallacias compositionis, & diuisionis; quoniam nescimus distinguere inter orationes compositas, & diuisas: per fallaciam accentuum &

nescimus distinguere dictionem accentu acuto à grauj: per fallaciam figuræ dictionis; quia nescimus dicere quid simile, & quid dissimile; est enim fallacia in dictionne in qua fit magis deceptio, cum alius disputando, quàm per se ipsum considerando, per fallaciam accidentis; quoniam nescimus, quando extrema adeo copulantur cum medio, vt inter se vniantur, & quoniam fallacia consequentis est pars fallaciæ accidentis; ideo etiam per eam decipimur, quoniam nescimus distinguere inter accidens, & consequens per fallaciã ignorantiæ elenchi. & secundum quid ad simpliciter decipimur; eo quòd nescimus discernere dictum secundum quid, & dictum simpliciter inter apparentes contradictiones, & veras; per fallaciam petitionis principij decipimur; propterea quod nescimus distinguere notum ab ignoto. per fallaciam non causa, vt causæ; quia nescimus distinguere propositionem, quæ falsa aliquid ad illationem conclusionis, & eam, quæ non. per fallaciam secundum plures interrogationes vt vnam decipimur; eò quod credimus interrogationem plures esse vnam responsionem.

Causa deceptionum, captionum sophisticarum. Cap. 6.

Deceptio autem fit in ijs quidem, quæ propter æquiuocationem, & orationem, eo quod non potest quis diuidere id, quod multipliciter dicitur: nam quædam non est promptum diuidere, vt vnum, & ens, & idem. In ijs autem, quæ sunt propter compositionem, & diuisionem, eo quod nihil putatur differre compolita & diuisa oratio, ceu euenit in pluribus. Similiter autem & in ijs quæ sunt propter accentum: non enim aliud videtur significare intensa, & remissa oratio in aliquo,

aut non in pluribus. Earum uero, quæ sunt propter figuram ob similitudinem dictionis: difficile est enim diuidere, quę similiter, & quæ aliter dicuntur: nam fermè qui hoc potest facere in procinctu est, vt uideat uerum: maximè autem scient innuere, quod omne, quod de aliquo prædicatur, arbitramur idipsum aliquid esse, & vt unum intelligimus: nam vnum, & substantiam maximè uidetur sequi id, quod est aliquid, & ens. Quære in ijs, quæ sunt propter dictionem, hic locus ponendus: primum quidem magis deceptio aggignitur in ijs, qui cum alijs conferunt, quam qui per seipsos: nã ea, quæ cum alio est, consideratio per orationem est, quæ autem per seipsos, non minus per ipsam rem. Deinde, & per seipsos decipi accidit, quando in oratione facit considerationem: præterea deceptio quidem ex similitudine, similitudo autem ex dictione. In ijs autem, quæ sunt propter accidens, eo quod non potest dijudicare idem & diuersum, & unum & multa: neque quibus prædicatorum omnia quę & rei accidunt. Similiter autem & in ijs quæ propter consequens sunt: pars enim quædam accidentis est consequens. Amplius & in multis apparet, & postulatur hoc pacto, si hoc ab illo non separatur, nec ab altero separatur alterum. In ijs uerò, quæ sunt propter omissionem orationis, & in ijs quæ sunt propter id quod alio modo & simpliciter, eo quod propter parum deceptio est. nam quasi nihil consignificet quid aut aliquo modo, aut simpliciter, aut alicubi, aut nunc uniuersaliter concedimus. Similiter autem & in ijs, quæ quod in principio est sumunt, & in non causis, & quæcunque

quæcunque plures interrogationes vt vnam faciant: in omnibus enim his est deceptio, ob id quod propter parum: nam non exactè discerni potest, neque propositionis, neque syllogismi terminum, propter prædictam causam.

Argumentum in cap. 7.

Syl. sophisticorum quidam sunt apparentes, & non existentes, alij uerò existentes, sed non conuenientes regulæ: sunt syl. peccantes in materia, & syl. tentationis, qui monstrat ignorantiam respondentis: nihilque enim procedere ex probabilibus, & tamen non procedit ex probabilibus simpliciter: itaque peccat in materia. differunt tamen syl. peccantes in materia a syl. qui peccant in forma: quoniam peccantes in materia monstrant ignorantiam respondentis, non peccantes in forma. conueniunt tamen: quia peccantes in materia fiunt per eadem prin. hoc est per eandem conclusionem cum peccantibus in forma, si quidem eadem concl. quæ inferitur per syl. peccantem in forma fit prin. in syl. peccante in materia, in fallacijs, quæ ducunt ad solœcismum facilè apparet de sœcln. et haec syl. sophisticus peccans in forma sit elenchus apud aliquos: non tamen simpliciter.

Ex quibus locis captiones falsi.
Caput 7.

QVoniam autem habemus propter quæcunque fiunt apparentes syllogismi, habemus & propter & quæcunque sunt sophistici syllogismi, & redargutiones. dicto autem sophisticam redargutionem, & syllogismum, non solum apparentem syllogismum, aut

redargutionem non existentem quidem, sed & existentem quidem, at apparentem accommodatam rei. Sunt autem illæ, quæ non secundum rem redarguunt, & quę monstrant ignoranter. Est autem quod quidem erat proprium tentatiuæ. Est autem tentatiua, pars dialectices: illa autem potest syllogizare falsum propter ignorantiã eius qui dat orationem. Sophisticæ autem redargutiones, tametsi colligant contradictionem, non faciunt manifestum, si ignorat: nam & scientem impediunt hisce orationibus. Quod autem illas habeamus hac via, manifestum est: nam propter quæcunque apparet audientibus, vt interrogata syllogizare, propter hæc & respondenti vtique videatur. quare erunt syllogismi falsi per hæc aut omnia, aut aliqua: nam quod non interrogatus arbitratur dedisse, & interrogatus quoque ponet. Verum in quibusdam simul accidit & interrogare quod decet, & apparere falsum: vt in ijs, quæ sunt secundum dictionem, & fóllæcismum. Si ergo syllogismi contradictionis propter apparentem redargutionem sunt, manifestum est quod propter tot erunt & falsorum syllogismi, propter quot & apparens redargutio: apparens autem propter particulas veri: nam eum quodcunque defuerit, apparebit redargutio, vt quod propter non accidens: propter orationem, quæ ad impossibile: & quæ duas interrogationes vt vnam facit propter propositionem: & pro eo quod per se, quod propter accidens, & huius particulã quod propter consequens. Amplius, non in re, sed in oratione accidere: deinde pro vniuersali contradictionẽ, & secundum idem, & ad idem, & similiter propter id, quod in aliquo vel

vel propter vnumquodque horum peccat. Amplius, propter id, quod est non connumerato quod in principio, quod in principio sumere. Quare habemus secundum quot sunt captiosæ ratiocinationes: nam secundum plures non erunt, secundum autem eas, quæ dictæ sunt, erunt omnes. Est autem sophistica redargutio non simpliciter redargutio, sed ad aliquem, & syllogismus similiter. Nam, si non sumat id quidem quod est propter æquinocum vnum significare, & quod propter similitudinis figuram solum hoc quidem, & in alijs similiter, neque syllogismi. neque redargutiones erunt, neque simpliciter, neque ad eum, qui interrogatur: si autem sumant, ad eum, qui interrogatur erunt, simpliciter autem non erunt: non enim vnum significatum simpserunt, sed apparentem apud illum quidem.

Argumentum in cap. 2.

Quode per eadem principia (vel sophistici peccant in materia, & in forma, sed nullæ artes res considerant, vt simili enim sunt elenchi sophistici, & infiniti ad nullam artem pertinent: nec dialectica considerat nisi illos, qui communiter ex terminis secundæ intentionis, siue fiunt dialectici, siue sophistici.

De veris, & falsis redargutionibus.

Caput 2.

PRopter quæcunque autem redarguunt, qui redargutionibus vtuntur, non oportet tenere finere, sine omnium, quæ sunt, scientia!

id autem non unus artis, nam infinitæ fortasse sunt scientiæ: quare manifestum, quoniam & demonstrationes, redargutiones quidē sunt, & ueræ: nam quæcunque est demonstrare, est & redarguere eum, qui ponet contradictionem ut rivt si commensurabilem diametrum posuerit redarguet quis demonstratione, quod incommensurabilis: quare omnium oportebit esse scientiam: nam aliæ quidem sequuntur propter ea quæ in geometria sunt principia, & eorum conclusiones: aliæ autem propter ea quæ sunt in medicina: aliæ denique propter illa, quæ sunt aliarum disciplinarum. Sed & falsæ redargutiones similiter infinitæ erunt. Nam secundum vnamquamque artem est falsus syllogismus: vt secundum geometriam geometricus, & secundum medicinam medicinalis: dico autem secundum artem, secundum illius principia. Manifestum est igitur, quod non omnium redargutionum, sed earum, quæ sunt secundum dialecticam, sumendi sunt loci. Nam si communes sunt ad omnem artem & potentiam, & eam quidem, quæ est secundum vnamquamque disciplinam redargutionem: scientis est considerare siue cùm non est, apparet: siue cùm est & quare est. eam autem, quæ ex communibus est, & sub nulla atte cadens dialecticorum. nam, si habemus ex quibus probabiles syllogismi in quemlibet, habebimus ex quibus redargutiones: redarguitio namq; est syllogismus contradictionis quare aut unus, aut duo syllogismi contradictionis, redargutio est. Habemus igitur propter quæcunque omnes huiusmodi sunt: si autem hæc habemus, & solutiones habemus: nam illarum instantiæ, solutiones sunt. Habemus autem

autem propter quæcunque & apparentes fiunt apparentes autem non cuilibet, sed talibus: insi, ista enim sunt, si quis consideret illa, secundum quæcunq; apparent quibuslibet. Quare manifestum est, quoniam dialectici est posse sumere propter quæcunque fit per communia, vel quæ est redargutio, vel quæ apparet redargutio, vel dialectica, vel apparens dialectica, vel tentatiua.

Argumentum in cap. 9.

Verum apud antiquos oratio quædam disputatur ad nomen, i. cum opponens, & respondens, intellectu dumtaxat ad diuersos sensus, alia disputantur ad intellectum, si scilicet ad eundem sensum, sed hæc diuisio est non bona; quoniam eadem oratio disputatur ad nomen, & ad intellectum: possunt enim eodem tempore inducere intellectus ad diuersa, & diuersa ad idem. & quoniam aliquæ sunt orationes, quæ nec ad nomen, nec ad intellectum disputantur, sed omnes orationes multipliciter disputari videntur ad nomen non multiplices autem ad intellectum. quòd uero non est, quoniam eadem oratio disputetur ad nomen in ordine ad respondentem, qui circa orationem multiplicem; aliam ad intellectum, quam sit intellectus opponentis, sed contingit non dare; ergo potest oratio multiplex fieri, vt non disputetur ad nomen. deinde oratio non disputatur ad nomen, nisi ex defectu contradictionis. sed oratione existente multiplici non est defectus contradictionis: veluti, si quis respondens dicat, quod non sit possibile tacentem dicere: deinde opponens hoc petit negant, quemcunque dico possibile est dicere tacentem dico: ergo tacentem possibile est dicere; hoc loco est disputatio ad nomen ex parte defectus contradictionis. Præterea orationes non mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiplices uerè possunt disputari ad nomē: aliquis enim potest credere, quod nomen Triangulus plura significet. Vnde accipietur aliàs a respondente, & aliàs opponente. quare verba Antiquorum falsa extant. Nec oratio disputatur ad nōmen utrisque dissentientis multiplex: quia non tenetur, nec debet docere.

Orationes ad nomen, & intellectum non bene diuidi. Cap. 9.

NOn est autem differentia orationum, quam quidam dicunt esse, has quidē ad nomen, illas vero ad intellectum. Inconueniens enim est opinari alias quidem esse ad nomen orationes, diuersas vero ad intellectum, & non eadem. Quid enim est non ad intellectum, nisi quando non vtimur nomine (qui putat interrogare) eo, ad quod is, qui interrogatus dedit idem autem id est & ad nomen. Et ad intellectum autem, quando ad quod dedit intelligens. Si autem aliquis (plura significante nomine) vnum putet significare, & interrogans, & interrogatus (vt forte ens & vnum plura significant) sed & respondens, & interrogans Zeno vnū putans esse interrogauit, & est oratio quod vnum omnia) hæc ad nomen est, aut ad intellectū interrogantis disputata. Si verò aliquis multa putet significare, manifestum q̄ oratio illa non est ad intellectum. Primū igitur circa hmōdi orationes, est ad nomen, & ad intellectum, quæ quæque plura significant: deinde circa quālibet vtrā nam non in oratione est ad intellectum esse, sed in eo quod respondens se habet aliquo modo ad ea, quę dantur: deinde ad nomen con-

git omnes eas esse: nam esse ad nomen hoc in loco, est esse non ad intellectum: nam, si omnes sunt quædam aliæ, quę neque ad nomen, neq; ad intellectum: illi vero dicunt oēs, & diuidunt vel ad nomen, vel ad intellectum esse omnes, aliàs autem non. Attamen quicunque sunt syllogismi propter id, quod multipliciter: horum aliqui sunt secundum nomen: nam absurdè dicatur secundum nomen esse omnes, qui sunt propter dictionem: sed sunt quædam captiones non in eo quod respondens ad eas se habeat aliquo modo, sed quia talem interrogationē oratio ipsa habeat, quæ plura significet. Et omnino inconueniens est de redargutione differere, & non prius de syllogismo: nam redargutio syllogismus est. quare oportet & de syllogismo prius, quam de falsa redargutione: nam talis redargutio, apparens syllogismus contradictionis. Quare aut in syllogismo erit causa, aut in contradictione: nam adiungere oportet contradictionem, quandoque autem in vtroque erit apparēs redargutio: est autem de eo, quod est elentia dicere, in contradictione, non in syllogismo. De eo autem, quod est, quod non habet aliquis dare, in vtrisque: de eo vero quod est, quod Homeri poema est figura, per circulū, est syllogismo: quæ autem in neutro est, verus est syllogismus. Verum vnde sermo prouenit inquirenda mus: vtrum quæ in disciplinis sunt orationes ad intellectum sint, an non? & si cui videtur plura significare triangulus, & dedit non eam figuram de qua concludebat, quoniam non recti, vtrum ad intellectum illius disputatio hæc, an non? Amplius, si plura quidem significat nomen, ille autem non intelligit, neque

quæ putat, quomodo is non ad intellectum disputat? aut quomodo oportet interrogare eum, qui non dat diuisionem? siue interroget aliquis si est silentia dicere, an non? an est quidem vt non, an est vt sic? si autem dat aliquis aliquo modo, ille autem disputat, vtrum non ad intellectum disputat, quamuis oratio videatur eorum esse, quę ad nomen sunt? Non igitur est genus aliquod orationum ad intellectum, sed illiæ quidem ad nomen sunt: & huiusmodi, non omnes, non quod redargutiones, sed neque apparentes redargutiones: nam sunt & non propter dictionem apparentes redargutiones, vt quæ propter accidens, & reliquę. Si autem postulet diuidendum, quod dico quidem silentia dicere: hęc autem sic, illa vero non sic, id prius recto primum, absurdum postulare: nam quando quoque non videtur interrogatum multiplicium se habere, atqui impossibile est diuidere, qui non putat. Deinde docere, quid aliud est manifestum enim faciet quonam pacto se habet ei, qui neque considerat, neque fert, neque opinatur quod aliter dicitur, quia & in non duplicibus quid prohibet hoc facere: vt putas quales sunt vnitates binarijs in quaternarijs? sunt autem hi binarij quidem inexistentes, illi autem non sic: & putas contrariorum vna est disciplina, an non? sunt autem contraria hæc quidem nota, illa autem ignota: quare videtur ignorare, qui hoc postulat, quod aliud est discere quam disputare: & quod oportet quidem docentem non interrogare, sed eum manifesta docere, illum autem interrogare.

Arg-

Argumentum in cap. 10.

Caterum triplex existit disputatio, demonstrativa scilicet, dialectica, & tentativa. In demonstrativa qui docet, non interrogat: in dialectica qui disputat, interrogat, in tentativa quæritur experimentum de scientia, vel ignorantia respondentis. Sed cum litigiosa disputatio constet ex apparenter probabilibus, dialectica ex uere probabilibus; disputatio tentativa est litigiosa, sic syl. tentativus est litigiosus; sed non falsigraphus, qui procedit ex propriis principijs artium particularium, & tales non sunt sophisti sed ij, qui videntur esse per propria artium principia, & non sunt. Idem porro est syl. sophisticus, & litigiosus, sed dicitur litigiosus ratione quod finis est victoriæ apparens: sophisticus quoniam finis est apparens sapientiæ. Litigiosus autem sic se habet ad dialecticum, vt falsigraphus ad demonstrativum: litigiosus enim paralogizat ex principijs dialecticæ, falsigraphus ex principijs demonstrativæ, sed falsigraphus non potest ad plures artes applicari, siquidem sit ex propijs alicuius artis: litigiosus autem potest.

De interrogatione tentativa: & quid inter Contentiosum, Sophisticumque interest. Caput 10.

AMplius affirmare, vel negare, qui postulat, id non monstrantis est, sed experimentum scientis: nam tentativa, dialectica quædam est, quapropter de omnibus inspicit, & explorat non scientem, sed ignorantem, atque simulantem. Qui igitur secundum rem cõsiderat communia,

munia, dialecticus est: qui autem id apparentes facit, sophisticus. Et syllogismus contentiosus & sophisticus, vnus quidem est apparens syllogismus, circa ea de quibus dialectica tentatiua est, quamuis vera fit conclusio: nam eius, quod est propter quid, hallucinatorius est: & quæcunque cum non sint, secundum cuiusque disciplinam captiosæ ratiocinationes videntur esse secundum artem. Nam pseudographiæ non existentiosæ (secundū enim ea, quæ sub arte [illegible], captiosæ sunt ratiocinationes) neque si aliqua est pseudographia circa verum, vt Hippocratis quadratura quæ per lunulas, sed vt Bryssonis quæ desinit circulum: & tametsi quadretur circulus, quia tamen non secundum rem, ideo sophisticus, quare & qui de his quidem apparens syllogismus, contentiosa est oratio nam apparens est secundum rem, quare falsax & iniusta. Quemadmodum enim ea (quæ in certamine est) iniuria, quandam speciem habet, & est quædam iniusta pugna, sic in contradictione, iniusta pugna contentiosa est: nam & illic qui omnino vincere volunt: omnia tentant: & hic qui contentiosi sunt. Qui igitur victoriæ ipsius gratia, tales sunt, contentiosi homines, & litium amatores videntur esse: qui autem gloriæ gratia, quæ in diuitijs est, sophistici sunt: nam sophisticæ est: (vt dicimus) pecuniarium quæstum aliua ab apparente sapientia: quapropter demonstrationem apparentem appetunt. Et his eisdem orationibus quidem sunt litium amatores & sophistæ, sed nō propter eadem: & oratio quidem eadem erit sophistica, & contentiosa, sed non propter idem: sed quatenus quidem est ob victoriam apparentē, contentiosa: quatenus vero

vero est ob sapientiam, sophistica: nam sophistica est quædam apparens sapientia, non autē existens. Contentiosa vero est quodam modo se habens ad dialecticam, vt pseudographa ad geometricam: nam ex eisdem contentiosa, differendi modo, capitose decipit, vt & pseudographa, geometrice: sed hæc quidem non contentiosæ, quia ex principijs & conclusionibus, quæ sunt sub arte pseudographiam facit: quæ autē ex ijs est, quæ sunt sub dialectica circa alia quidem contentiosam esse, manifestum est: vt quadratum quidem quæ per lunulas, non contentiosa: Bryssonis autē contentiosa, & illa quidem non est transferre nisi ad geometriam solam, eo quod ex proprijs fit principijs: hanc autem ad plures quicunque nesciunt quid est posse in vnoquoque, & quid impossibile: nam geometrabitur, aut vt Antiphon quadrauit, vel si quis non dicat melius esse post cœnam deambulare per Zenonis rationem, non mediocris: communis enim est. Si ergo omnino similiter se habeat contentiosa ad dialecticam, vt pseudographa ad geometriam, non ex illis vtique erit contentiosa.

Argumentum in cap. 11.

Dialectica porrò non est alicuius generis determinati vllius conclusionis ostensiua, nec qualis est Medica, aut Geometrica; sed interrogat. Atque hæc quoque omnia communiunt: idiotis enim communis tractatio: omnes sapientes, & idiotæ vti dialectica possunt: nam omnes inuestigant, quid verum, & quid falsum.

Ora-

Orationes dialecticorum tentatiuorumque, non esse ad determinatum genus. Cap. 11.

NVnc autem non est dialecticus circa genus aliquod determinatum, neque demonstratiuus vllius, neque talis qualis vniuersalis: neque neque omnia sunt in uno aliquo genere: neque si sint possibile est sub eisdem principijs esse, ex quæ sunt. Quare & nulla ars earum, quæ aliquā naturam monstrant, interrogatiua est: nam non possibile est utramuis partium dare. Syllogismus enim non fit ex utrisque: dialectica autem interrogatiua est (si aūt monstraret quid illud, nihil & omnia) veruntamen prima, peculiariaque principia non interrogat: nam si non daret non haberet ex quibus amplius disputaret ad instantiam. Talis autem est tentatiua: nam tentatiua non talis est, qualis est geometria, sed qualem vtique haberet non sciens aliquis fieri: enim potest ut periculum sumat, & is qui nescit rem, de eo qui nescit: si quidem & dat non ex quibus scit, neque ex proprijs, sed ex consequentibus: quæ omnia talia sunt quæ scientem quidem nihil prohibet nescire attem-: nescientem autem necesse est ignorare: quare manifestum, quoniam nullius determinati tentatiua disciplina est, eo quod de omnibus est: nam omnes artes vtuntur quibusdam communibus. Ideoque omnes illiterati quodam modo utuntur dialectica, & tentatiua. Nam omnes usque ad aliquid conantur diiudicare eos, qui pronunciant: hæc autem sunt communia: nam illa nihil minus sciunt ipsi, quamuis uideantur longe ex tra dicere. Redarguunt igitur omnes nam

nam sine arte quidem eo participant, cuius artis similiter est dialectica & arte syllogistica tentatiua, dialecticus. Quoniam autem sunt multa qui dem hæc, & de omnibus non, talia autem ut nata quædā sint, & genus, sed vt negationes, alia autem non talia, sed propria sunt ex illis, de omnibus experimentum possibile est sumere, & arguere quandam, & non talem esse quales quæ demonstrant, eo quod contentiosus non est omnino sic se habens, vt pseudographos: nam non fit captiosus ex determinati cuiuspiam generis principijs, sed circa omne genus erit is qui contentiosus. Loci igitur sophisticarum redargutionum hi sunt, & quod dialectici est considerare de his, & res eas posse facere, non difficile uidere. Nam quæ circa propositiones est disciplina, omnem habet hanc speculationem. & redargutionibus quidem apparentibus dictum est.

Argumentum in cap. 12.

Verùm ad victoriam parandam in disputando, docendus est is, qui disputat ad falsum, vel ad inopinabile, vel ad negationem, vel ad solœcismum, vel ad vnum argutionem. ad falsum quinque habeat opponens. primo occultè interroget respondentem. secundo multa interroget: in multo enim sermone multa sunt peccata. tertio laudet solutiones respondentis. quarto seuerat ad rem, ad quam est idoneus. quinto dicat se non differere, ut ad falsum perducat. Sed ut ad inopinabile trahat, quinque inspiciat: primo cuius sectæ sit respondens, & contra eam opinionem plurium proponere. secundo videat contrarietates eum, quæ est in nominibus, & dicit: non enim eadem volunt, & illi eadem homines. tertio, si respondens quid dicat secun-

dum

dum materiam; ducatur ad contrarietatem, quæ est secundum legem: vt, iustitia bona est secundum legem, non tamen secundum naturam. Quarto opponens consideret contrarietatem, quæ est inter plures, & sapientes: nam sapientes aiunt magis obediri oportere legibus, quàm patri, & iniuriam ferre, quàm alteri nocere. Quinto opponens interroget ea, quæ habent vtranque partem probabilem; veluti vtrum sit magis seruiendum deo, quàm legibus.

Loci sophistici interrogationum ad falsum, aut inopinabile. Cap. 12.

DE aliquo est falsum quippiam ostendere, & oratione ad inopinabile docere. Hoc autem fuit secundum propositum sophisticæ intentionis, primum quidem ex eo quod interrogat quodam modo, & per interrogationem accidit maxime: nam id ad nullum determinatum interrogare propositum, venatiuum est illorum: temere nanque dicentes peccant magis: temere autem dicunt, quando nihil habent propositum. Et id, interrogare multa (quamuis id determinatum sit ad quod disputant) & id, ea quæ videntur, dicere se postulare facit quandam idoneitatem, vt ad inopinabile ducat aut falsum. Et si interrogatus affirmet, aut neget illorum aliquid ducere ad ea ad quæ promptus est argumentari; potest tamen nunc minus nocere per hæc quam prius: nam repetunt aliquid ad id quod in principio. Elementum autem deueniendi ad falsum aliquod, aut inopinabile, nullam statim se interrogare positionem, sed affirmare ob id se interrogare, quod discere velit: nam locum argumentationis, considerans facit.

facit. Ad falsum autem ostendendum proprius locus sophisticus est ducere ad talia, ad quæ assentiant orationibus: est autem bene, & non bene id facere, quemadmodum dictum est prius. Falsum vt ad inopinabilia ducat considerare vt quo genere est qui disputat, deinde interrogare quod pluribus illi dicunt inopinabile: est enim singulis quibusque aliquid tale: Elementum autem horum sumere singulorumque quamque positiones in propositionibus. Solutio vero & horum competens fertur, ostendere propter orationem accidit inopinabile: semper autem id quoque vult qui contendit. Amplius autem ex voluntatibus & manifestis opinionibus: nam non eadem volunt, & dicūt: illi dicunt quidem decoratissimas orationes, volunt autem ea, quæ videntur prodesse: vt bene mori magis q̄ voluptuose viuere dicunt oportere: & egere iuste magis quam diuitijs affluere graue: volunt autem contraria. Eum igitur, qui dicit secundum voluntates, ad has manifestas opiniones ducendum: cum vero, qui dicit secundum has, ad absconsas: vtrouis enim modo necessarium est inopinabilia dicere: vnam quæ manifestum, aut immanifestas opiniones dicunt contraria. Plurimus autem est locus faciendi inopinabilia dicere, quemadmodum Euthicles in Gorgia scriptus est, discens: & veteres autem omnes arbitrati sunt accidere propter id quod secundum naturam & secundum legem contraria: contraria enim esse naturam & legem dicunt: & iustitiam secundum legem quidem esse bonum, secūdum autem naturam non bonum: oportet igitur ad eum quidem, qui dicit secundum naturam, secundum legem

obuiare, ad eum vero, qui secundum legem; ad naturam ducere. nam vtroque modo dicere contingit inopinabilia: erit autem secundum naturam quidem ipsis verum, secundum autem legem quod multitudini videtur: quare manifestum quod & illi, quemadmodum & qui nunc redarguere, aut inopinabilia dicere respondentem, conabantur efficere. Quædam autem interrogationum habent vtrinque inopinabilem responsionem, vt vtrum sapientibus, an patri oporteat obedire: & expedientia facere, an iniusta: & an iniuriam pati eligibilius quam nocere. Oportet autem ducere ad ea, quæ multitudini, & sapientibus sunt contraria, nam si dicat aliquis ut ij qui circa orationes, ad ea quę multitudini: si autem ut multi ad ea quę ijs qui in oratione. Dicunt enim hi quidem ex necessitate beatum iustum esse, multitudini autem inopinabile est regem infelicem esse. Est autem ad ea, quæ sic sunt, inopinabilia ducere, idem ei quod est ad eam quæ est secundum naturam, & secundum legem contrarietatem, ducere: nam lex opinio multitudinis, sapientes autem secundum naturam, & veritatem dicunt: & inopinabilia quidem ex his oportet quærere locis.

Argumentum in cap. 23.

Ad nugationem vero ducet respondentem apponenti sophista, si supponat nomen in oratione semper idem significare vt, duplum significat duplum dimidij, quare si in oratione dicatur duplum dimidij erit nugatio. Ad solœcismum autem ducet, si videat aliqua solœcismorum esse vera, alios apparentes. de quibus

apparentibus verè sint duo exempla. primum. Cæcilianus dicit ficus esse secundæ declinationis masculini generis, si quis igitur diceret ficus mauritanas apparentes, ducerentur ad solœcismum. At verò maximè possimus ducere respondentem ad solœcismum, si neutro genere utuntur quo masculino: neutrum enim in aliquibus convenit cum masculino. deinde si opponens aliquando mutet locutionem, vt hanc, lapis est, in hãc, lapidem esse.

De captionibus nugationis, & solœcismi. Cap. 23.

DE eo quidem, quod est facere nugari, quidnam dicimus nugari, iam monstrauimus: omnes autem tales orationes id volunt efficere, si nihil referat nomen & orationem dicere: duplum autem, & duplum dimidij idem est: si igitur duplum est dimidij duplum, erit dimidij dimidij duplum: & rursum si pro duplo, dupli dimidij ponatur, ter erit dictum dimidij dimidij dimidij duplum. Et putat est concupiscentia delectationis? hæc autem est appetitus delectationis: est igitur concupiscentia appetitus delectationis delectationis. Sunt autem omnes huiusmodi orationum in ijs, quæ sunt ad aliquid quæcunque non solum genera, sed & ipsa, ad aliquid dicuntur, & ad idem & vnum assignentur: vt appetitus, alicuius appetitus: & concupiscentia, alicuius concupiscentia, & duplum alicuius duplum, & duplum dimidij, & in quibuscunque quæ, cum substantia non sint, ad aliquid omnino eorum sunt, quorum sunt habitus, aut affectus, aut aliquid huiusmodi, in oratione ipsorum de illis prædicatorum

declaratur; vt impar est numerus medium habens: est autem numerus, impar: est igitur numerus, numerus medium habens. Et si finium cauitas naris est, est autem naris sima: erit ergo naris, naris caua. Apparent autem facere non facientes quandoque, eo quòd non interrogant si significet aliquid per se dictum duplum, an nihil: & si aliquid significat, vtrum idem an diuersum: sed conclusionem dicunt statim, & apparet propter nomen idem, esse idem, & significare. Solœcismus autem quale qui l est, dictum est prius: est autem & hoc facere, & non facientem videri facientem, & non videri: quemadmodum Leuinus dixit, si Venus masculinum est, nam qui dicit almam, solœcismum quidem facit secundum illam, non apparet autem alijs: qui autem almum, apparet autem, sed non facit solœcismum. Manifestum igitur, quoniam & ars quædam hoc potest facere, eo quòd multæ orationes non colligentes, solœcismum videntur colligere, vt & in redargutionibus. Sunt autem omnes pene apparentes solœcismi propter hoc: & quando casus neque masculinum, neque fœmininum significat, sed neutrum: nam hic quidem masculinum significat, hæc autem fœmininum, hoc vero neutrum vult significare: sæpe autem significat & illa vtraque, vt quid est hoc? Calliope, lignum, Coriscus. Masculini igitur & fœminini differunt casus omnes neutri hi quidem, illi autem non: cum datur igitur hoc, sæpe colligunt quasi dictum sit hunc: similiter autem & alium casum pro alio ponunt. Captiosa autem ratiocinatio fit eo quod hoc commune sit plurium casuum: nam hoc significat quan-

quandoque hic, quandoque autem hunc: oportet autem vicissim significare, cùm est quidem hic: cum esse autem hunc: vt est Coriscus, esse Coriscum: & in fœmininis nominibus similiter, nam in omnibus similiter est, & esse faciens differentiam. Et quodam modo in his similis est solœcismus ijs redargutionibus, quæ propter id quod non similia, aut propter figuram, similiter dicuntur: nam quemadmodum fit in rebus, sic hic in nominibus accidit solœcismum facere: nam homo, & album & res, & nomen est: manifestum igitur, quoniam solœcismum tentandum est ex dictis casibus colligere. Species igitur sunt hæ contentiosarum orationum, & partes specierum, & modi, qui dicti sunt.

Argumentum in cap. 14.

Si autem velis ducere ad redargutionem respondentem; primum propositiones absque ordine dicas adeo, vt credat ex his nihil posse concludi: Deinde multa interroga: difficile profectò est eodem tempore multa consistere posse. Postea sessionem respondentem. Præterea iratum redde: turbati enim & irati veritatem obscurè cognoscunt. Tandem occultes tuum propositum. Verùm si propterea sit respondens; si negatiua propositionem affirmatiuam; interroga de negatiua, & si negatiuam; de affirmatiua, secundò sæpè credat plures vnius vniuersalis singulares; inser universalem perinde ac si omnes singulares concessisset. Tertiò si cupis, vt qua propositio concedatur à respondente; eam interroga, & contrariam simul: saltem enim contraria reddet eam probabiliorem: nam oppo-

sita iuxta se posita magis eluceſcunt. Et ſi fatuus ſit reſpondens, vnde aliquod concederet improbabile i laudabile eius ſententiam aut vide, an dixerit quadam contraria. Sed ſi reſpondens ſit ſubtilis, cauti, ac prudens; proſer aliquod multiplex, & perpetuo in alio ſenſu accipe, quam accipiat reſpondens. Secundo, ſi præuideris ſolutionem rei; non inſtabis aduerſus eius ſolutionem dei. Tertio transfer te ad propoſitum, in quo poſſis arguere, quemadmodum Ixeopirca qui cū niſi ſyrā omnia muſica inſtrumenta ignoraret, ea nō illi proponerentur, inter alia inſtrumenta ſemper ſyram extollebat. Quarto, ſi reſpondens flagitet concluſionem inferendam; eam taceto. Quinto non oportet te interrogare concluſionem, neque propoſitiones ſed eis velati conceſſis uti.

De occultatione ſophiſtica, & contra moleſte reſpondentes.
Cap. 14.

Differt autem non parum ſi ordinētur, quodam modo ea quæ interrogationem ſunt, vt lateat quemadmodum in dialecticis: deinceps igitur ex ijs, quæ dicta ſunt, hæc primum dicenda. Eſt autem ad redarguendum, vnum quidem prolixitas: nam difficile ſimul multa conſpicere. Ad prolixitatem vero quæ adducuntur elementis, vtendum. Vnum quidem feſtinatio, nam tardiores minus præuident: amplius autem ira & contentio: nam conturbati minus poſſunt obſeruare omnes. Elementa autem iræ. Manifeſtum quoque eum facere qui vult iuſta agere, & circa omnia impudentem eſſe.

Amplius, permutatim interrogationes ſumere, ſiue ad idem plures habeat aliquis oppoſitiones, ſiue quod ſic, & quod non ſic: ſimul enim accidit aut ad plura, aut ad contraria facere obſeruationem. Omnino autem omnia, quæ ad occultandum dicta ſunt prius, utilia erant ad contentioſas orationes: nam occultare latendi gratia eſt, latere autem deceptionis. Ad eos autem, qui tenuunt quæcunque opinantur eſſe ad orationem, ex negatione interrogantem, ceu contrarium velit, aut etiam ex æquo interrogationem facere: nam cum dubium eſt, quod vult ſumere, minus inſolescunt. Et quando in partibus dederit quiſpiam ſingula inducenti, vniuerſale ſæpe non interrogandum eſt, ſed vt dato vtendum: nam quandoque putant & ipſi dediſſe, & audientibus quoque apparet propter inductionis memoriam, veluti perinde atque non interrogauerit vanè. Et in quibus non nomine ſignificatur vniuerſale, ſimilitudine tamen vtendum eſt ad id quod expetit: nam latet ſimilitudo plerunque. Et ad ſumendam propoſitionem, contrarium oportet comparando interrogare vt ſi debeat ſumere, quoniam oportet per omnia parti obedire, vtrum per omnia opotteat obedire parentibus, an per omnia non obedire? & ſæpe id, vtrum multa concedendum an pauca? magis enim ſi neceſſe, videbimur eſſe multa? appoſitis enim multa ſe contrarijs, minora & maiora apparent, & peiora, & meliora hominibus. Valde autem & ſæpe facit videri redargui, maxime ſophiſtica calumnia interrogantium, cum nihil colligentes non interrogationem faciunt id qđ eſt vltimum, ſed concludentes dicunt, veluti colli-

gentes, non igitur hoc & hoc. Sophisticum autem est & cum ponitur inopinabile, quod oportet postulare respondere, proposito eo quod videtur ex principio, & interrogationem talem sic facere verum sibi videtur? nam necesse est si fit interrogatio ex quibus syllogismus, aut redargutionem, aut inopinabile fieri: cum alterquidem, redargutionem, cum autem non detur, neque dare videtur, fatetur inopinabile: cum vero non detur, videri autem fatetur, redargutionis simile. Amplius, quemadmodum in thetoricis, & redargutionibus similiter contrarietates considerandum, aut ad eas, quæ ab eodem sunt dictæ, aut ad eos, quos confitetur bene dicere, aut agere. Amplius, ad eos, qui videntur tales, aut ad similes, aut ad plurimos, aut ad omnes. Quemadmodum autem respondentes interpe cum redarguuntur faciunt duplex, si debeat accidere redargutio, & interrogantibus utendum quandoque illo, contra instantes: si sic quidem accidat, sic autem non quoniam si sumpserit, vt facit Cleophon in Mandrobulo: oportet etiam absistentes, ab oratione reliqua argumentorum diuidere, & respondenti (si præsciverit) prius instare, & prædicere. Argumentandum autem quandoque & ad aliud ab eo quod dictum est, illud sumentibus: si non ad id quod propositum est habeat aliquid argumentari: quod Lycophron fecit dum propositum esset, ex arte lyram commendare. Ad eos autem, qui exigunt ad aliquid argumentari, postquam videtur oportere assignare causam, dictis autem quibusdam obseruabilibus quod vniuersaliter accidit in redargutionibus, vt dicat contradictionem, vt quod affirmauit negare, aut quod negauit affirmare: sed non quòd contrariorum eadem disciplina, vel non eadem: non oportet autem conclusionem vt propositionem interrogare, quædam autem neque interrogandum est, sed ut cõcessis vtendum. Ex quibus igitur interrogationes, & quomodo interrogandum in concertatorijs exercitationibus, dictum est.

Aristotelis Elenchorum libri 1. finis.

ARISTOTELIS ELENCHORVM LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

De vtilitate sophisticarum orationum, & apparata ad eas diluendas. De solutione sex vltimorum eorum extra dictionem, Negationis, & Solæcismi. De oratione facili, difficili, & acuta. Epilogus præmo. Octo præcedentium, & duorum præsentium librorum.

ARGVMENTVM in cap. 1.

Sophisticorum argumentorum solutionem aggrediamur: siquidem utile fuerit ad philosophiam: nam qui scit distinguere multiplex, is quanam res ab oratione differat cognouit. deinde per solutionem eorum innotuit, ne decipiamur. reddit præterea laudabilem eum, qui paralogismos soluit: exercitatum enim præ se ferat. Nec qui percipit errata paralogismorum, soluit: multum enim interest inter cognitionem & solutionem.

De

De utilitate cognoscendi sophisticas orationes, & apparatu ad eas diluendas. Cap. 1.

DE responsione autem, & quomodo oportet soluere & quid, & ad quam utilitatem orationes hmõi prosunt, post hæc dicendum. Vtiles ergo sunt ad philosophiam pp duo. Primũ quidẽ, qa eæ, quæ vt plurimum pp dictionẽ fiũt, melius habere faciunt ad id, quotupliciter quod ens dicitur, & ea quæ similiter, & quæ aliter in his accidunt, & in nominibus. Secundum autem ad eas, quæ per seipsum inquisitiones fiũt: quidem qui ab alio facile captiose fallitur, & id nõ sentit, & ipse quoque a se id patitur persæpe. Tertium vero, & reliquum adhuc, ad gloriam, quod circa omnia exercitatus esse uidebitur, & in nullo se inexperte habere: nam si is, qui in orationibus est consocius, orationes vituperatas nihil habeat quod determinet de vitiositate earum, dat suspitionem quod videri velit insolescere, non quia verum sit, sed propter impudentiam. Respondentibus autem, quomodo oportebit obuiandum sit aduersum huiusmodi orationes, manifestum: siquidem recte dicimus prius ex quibus sunt captiosæ ratiocinationes, & (quæ inferendæ sunt) superabundantius sufficienter possibilissimus. Non est autem idem sumentem orationem videre, & soluere vitiositatem, & interroganti posse occurrere celeriter. Nam quod scimus, sæpe transpositum ignoramus. Amplius autem

autem quemadmodum in alijs, id quod citius & tardius, ex exercitatione fit magis, sic & in orationibus se habet: quare si manifestum quidem sit nobis, immediati autem simus, priuamur opportunitatibus frequenter. Accidit autem quandoque sicut in linearum descriptionibus: nam & illic soluentes quandoque componere verum non possumus, sic & in redarguendo accidit connectere, soluere tamen orationem impotes sumus.

Argumentum in cap. 2.

Mutanda igitur solutione argumentationum sophisticarum aduertamus quales sint argumentationes tales producit oportere eorum solutiones. sed argumenta videntur, & non sunt: videtur. n. Sophista arguere, & non arguit. quare qui soluit, debet videre ut soluat. sed & omnem det operam, vt soluat: non auditoribus redarguatur, neque videatur ignorare solutiones paralogismorum obiectorum. itaque distinguat orationem multiplicem, si opus fuerit, priusquam concludat disputans: etenim oratio multiplex non distincta est vitiosa. Et, quemadmodum interrogatio plures desiderat plures responsiones: sic oratio multiplex. Et, quamquam in vtroque sensu oratio est vera; tamen est distinguenda: sicut etiam quæstio plures, quamuis in vtroque sensu vera, est distinguenda; sic oratio multiplex. Hoc autem primum cauet respondens ab interrogatione. primum arguens proponat respondenti aliquam interrogationem probabilem, quam probabilem non sentiat non concedat absolutè: ne ad inopinabile videatur duci. nec omnino neget, sed dicat. Mihi videtur. deinde

deinde si proponat aliquod inopinabile; dicat etiam. Mihi videtur. Postea, si disputator velit probare aliquid negatum à respondente dicat, quod petit principium: nam auditoribus rectè eum respondisse videbitur. Præterea, si arguens citet aliquam sententiam antea prolatam à respondente: vt ei sit familiaritudo; dicat respondens illam non accepisse in tali sensu. Tandem respondens taceat, nec respondeat, si interrogatio fuerit imperfecta, quamuis esset. Estne homo animal non? Vt verò respondens interrogationi plures contra agat; quinque aduertat. primum, si plura proponantur, quæ si habeant vt antecedens, & consequens, quorum vnum cogatur concedere; id concedat, pro quo arguens potiores habet rationes, vel plures: vt, currit homo, an animal? respondens dicat animal potius, quàm hominem: cum multò facilius sustineri possit. secundum, si arguens de duobus, quæ respondens contraria dicat, & arguens asserat alterum habere contrarium, & alterum minimè; dicat respondens vnum habere contrarium nominatum, & aliud absque nomine: & hac de causa videri absque contrario. Tertium, si arguens proponat conclusionem eam, quæ videatur auditoribus vera, respondens non eam neget, sed eam, quæ & conuertitur, & negatur. Quartum, si proponantur respondenti ea, quæ aliquibus concedantur, & ab aliquibus negantur; dicat respondens causa in alio accepisse sensu. Quintum, si respondens percipiat arguentem velle aliquam proferre interrogationem; dicat ad quod propositum velit interrogare. Quare non remouebit ab interrogatione.

De apparenti solutione respondentis.
Cap. 2.

PRimum igitur, quemadmodum syllogizare dicimus, opinabiliter quãdoque magis quã vere, eligere oportere: sic & soluendum quandoque magis opinabiliter quàm ad veritatem: nam omnino aduersus contentiosos est reluctãtum, non vt ad eos, qui redarguunt, sed qui redarguere apparent: non enim dicimus eos syllogizare: quare vt non videantur, emendandã tentãdi redargutio est contradictio non æquiuocã; ex quibusdam, nihil opus est diuidere ad amphibola & æquiuocationem: non enim facit syllogismum: sed nullius alterius gratia dilendum est, nisi quia conclusio videtur redargutioni similis. Non ergo redargui, sed videri redargui cauendum est, eo quod interrogat amphibola, & quæ propter æquiuocationem fiunt, & quæcunque alia huiusmodi cauillationes, quæ & veram redarguitionem adumbrant, & redarguentem atque non redarguentem incertum reddunt: nam (quia licet in fine cum conclusam fuerit dicere se, non idipsum quod affirmauit negare, sed æquiuoce aut amphibolice, quamuis quam maxime contingit in idem ferat) incertum, si redargutus est: incertum enim, si vera nunc dicit: si vero diuidens interrogasset æquiuocum, aut amphibolum, non incerta esset redargutio, quoniam requiruntur (nunc quidem minus, prius autem magis) contenti ipsi, sic vel non respondere eum qui interrogatur fieri potest. Nunc autem, quia non bene interrogant inquirentes, necesse est vt respondeat

spondeat aliquid is, qui interrogatus est, emendans vitium interrogationis: quia diuisio sufficienter, vel sic, vel non, necesse est dicere respondentem. Si autem aliquis putet secundum æquiuocationem redargutionem esse, quodam modo non erit respondentem effugere quin redarguatur: nam in ijs, quæ oculis subiecta sunt, necessarium quod affirmauit negare nomen, & quod negauit affirmare. Enimuero ut diluunt quidam, nihil prodest: nam non Coriscum aiunt esse musicum, & nõ musicum, sed hunc Coriscum musicum, & hunc Coriscũ non musicum, eadem namque erit oratio Coriscum, ei, quæ est hunc Coriscum musicum esse, vel non musicum: quod simul affirmant, & negant. sed fortasse non idem significant: nam, de illic nomen, quare in aliquo differt. Si autem hoc quidem simpliciter dicendo Coriscum designet illi autem addat aliquem, aut hunc, labefactum est. nihil enim magis quam alterum: vtrolibet enim nihil differt. Non sic igitur, sed quia incertus quidem est qui non determinate: ambiguitatem, vtrum redargutus est vel nõ redargutus, datum autem est in orationibus dividere: manifestum, quod non determinando dare interrogationem, & quidem simpliciter, peccatum est: quoniam & si non ipse, tamen oratio redargutæ similis est. Accidit autem sæpe videntes amphiboliam torpescere diuidere, eo quod ereba talia proponantur, ne ad omnes videantur molesti esse: deinde non putantibus propter id fieri orationem sæpe profecto accurrit inopinabile: quapropter quia datum est, diuidere haud cunctandum, quemadmodum dictum est prius. Si autem duas interrogationes

gationes non vnam facit quisquam interrogationem, non propter equiuocationem, vel amphiboliam fiet captiosa collectio, nonne redargutio an non? quid enim differt interrogare, si Callias & Themistocles musici sint, quam si amborum vnum nomen esset existentibus diuersis? nam si plura significat quam vnum, plura interrogauit: si igitur non rectum est ad duas interrogationes vnam responsionem censere sumere simpliciter, manifestum quoniam nulli eorum, quæ æquiuoca sunt, conuenit respondere simpliciter, nec si de omnibus quidem verum, sit veluti censent quidam: nihil enim differt hoc: quam si interrogasset, Coriscus & Callias vtrum domi sint, an non sint domi? siue ad sinanibo, siue non adsint: vtrunque enim plures propositiones. Non enim si verum est dicere, interrogatio propter id vna: possibile est enim ad decies millenas interrogatas quæstiones, omnes sic vel non, verum est dicere: attamen non est respondendum vna responsione, interimitur enim disputatio: id autem simile est si idem nomen imponatur diuersis. Si igitur non oportet ad duas interrogationes vnam responsionem dare, manifestum quoniam nec in æquiuocis sic vel nō dicendum: neque enim qui dixit respondet, tametsi dixit: sed id admittunt quodam modo in disputationibus, eō quòd lateat quod accidit. Quemadmodum igitur diximus, quod redarguriones quædam videntur esse cum non sint: eodem quoque modo & solutiones quædam videntur esse, quę nō sunt, quas diximus quandoque operę pretium magis adhibere, quam veras in contentiosis orationibus, & inea (quæ ad duplex est) occursione? Respon-

dendum

dendum autem in ijs, quæ videntur, esto, dicendo. nam & sic minime fiet redargutio. Si vero aliquid quod inopinabile sit cogatur dicere: hic maxime addendum videri: sic enim neque redargutio, neque inopinabile videbitur fieri. Quia autem quo vsque petitur quod est in principio, manifestum putant omnino (si sint propinquæ) interimendum, & non concedenda esse vlla perinde ac si quod in principio est petat. Et quando aliquid tale postulauerit quisquam quod necessarium quidem est accidere ex positione, sit autem falsum vel inopinabile, non dicendum: nam quæ ex necessitate accidunt: eiusdem videntur esse positionis. Amplius, quando vniuersale non nomine sumitur, sed similitudinem: dicendum quod non sic datum est, neque vt proposuit, sumit: nam propter id sit sæpe redarguitio: cum autem prohibeatur his, ad id quod non bene ostendum est redeundum, obsistendum autem secundum dictam determinationem. In ijs igitur quæ proprie dicuntur nominibus, necesse est respondere, vel simpliciter, vel diuidendo. Quæ autem subintelligentes proponimus, vt quæcunque non plane, sed truncatim interrogantur, propter id accidit redarguito, vt pulchre quicquid est Athenienſium? sic similiter autem & in alijs? at qui homo est animal, sic. possessio igitur animalium, homo. Nam hominem animalium esse dicimus, quia animal est: & Lysandrum Lacedæmoniorum, quia Lacedemonius est. Manifestum igitur, quoniam in quibus obscurum est, quod proponitur, non simpliciter concedendum.

Quando vero duobus existentibus, cum hoc

quidem est ex necessitate alterum esse videtur: cum vero alterum est, hoc non ex necessitate. In interrogatio vtroque, oportet quod minus est dare. Nam difficilius est colligere de pluribus. Si autem argumentetur quod huic quidem est contrarium, illi autem non est: si oratio vera sit, contrarium esse est dicendum, at nomen alterius positum non esse. Quoniam autem quædam quidem eorum quæ dicuntur plures cum qui non concedit falsum dicere aiunt, quædam autem non: vt quæcunque ambigunt, (vtrum enim corruptibilis, vel immortalis sit anima animalium, non exploratum est multis) in quibus igitur incertum est vtro modo soleat dici quod proponitur: vtrum in ijs, quæ sunt vt sententiæ? vocant enim sententias, & veras opiniones, & totas negationes, vt diametrum incommensurabilis est. Amplius, de quo verum dubitatur transferens quispiam nomina maxime latebit in illis: nam, quia incertum est vtro modo se habet verum, non videbitur sophistice agere. propter id autem quod dubium, non videbitur fallum dicere: nam metaphora faciet orationē sine redargutione videri. Amplius, quæcunque interrogationum persensit aliquis, prius instandum est, & prædicendum: nam sic maxime interrogantem prohibebit.

Argumentum in cap. 2.

Duplex est solutio, vera. s. & non vera. Vera est manifestatio argumentationis secundum communem modum, per quem ea argumentatio dicitur fallose. Sed syl. falsus est duplex: alter enim peccat in materia,

veritate, alter in forma. Qui peccant in materia, sunt qui habent vtranque, vel alterā prop. falsam. In solutione per interemptionem vnius propositionis, vel vtrarumque falsæ existunt. Qui vero peccant in forma, solvuntur in petitionem consequentiæ, vel per distinctionem, dum sit in ipsis multiplicitas. Multum vero differt solvere orationem statim, vel prædicendo. est enim difficile prædere quid statim. sed per exercitationem est facile. hæc quidem sit in hoc secundo lib. At verò, cum fallacia aliæ sint in dictione, aliæ extra; prius solvamus paralogismos fallaciarum in dictione. vnde paralogismorum aquivocationis, & amphiboliæ quidam habent propositiones et multiplices, & non conclusionem, quidam conclusionem multiplicem cum altera prop. sed propositio multiplex aliquando est vera in vno sensu, & falsa in alio; aliquando vera in vtroque, & aliquando falsa. quapropter omnis oratio multiplex in principio est distinguenda, ac præterea concedenda in sensu vero, negenda autem in falso. Si igitur multiplicitas latet respondentem, & concedat orationem multiplicem, nec eam distinguat; si arguens tacet adeo, quod possit multiplicitatem percipere; corrigat solutionem. Et asserat accepisse se propositionem prius confessam in sensu vero. Paralogismi compositionis, & divisionis solvuntur, si ostendamus non eandem esse propositionem compositam, & divisam velut si dicamus. Quo vidisti percussum, hic percussus est. sed oculo vidisti hunc percussum. ergo oculo hic percussus est. Et, quo percussus est hic, hoc vidisti. sed baculo percussus est, igitur baculo tu vidisti. Solutio est. Non est idem videre, oculis illum, qui percussus est, et videre illū, qui percussus est baculo, unde minor est distinguenda. Aliud exemplum. Si duæ naues in Piræo existentes erunt Sicilia. Distinguun-

tur Eus: potest enim referri ad Virum, & Siciliam. Paralogismi autem accentus non difficulter soluuntur: non enim sunt multæ deceptiones in accentu. Exemplum. Bonum est virum iustum pendere, & bonum est virum iustum non pendere. Solutio. Non idem significat pendere media breui, & media longa. Paralogismi uerò in figura dictionis soluuntur negando consequentiam: non enim sequitur ob uocis conuenientiam idem significatus, uel modum significandi, uel contrà: ueluti si dicemus. Contingit unum idem uere, & pari. Vel. Quicquid heri habuisti, & modò non habes, amisisti. Sed heri habuisti decem digitos, & modo non habes. igitur decem digitos heri amisisti. Solutio. Negando est consequentia: mutatur enim substantia, siue quid in quantum. Alia legantur exempla, quæ omittimus: ut, quicquid homo non habet, id non dat. Sed unum solum denarium non habet: igitur unum solum denarium non dat. Et. Tu uidisti solo oculo equum. Sed solum oculum non habes. Videtur equum per id, quod non habet. Dicebant. Aliquid hæc simul stare, hic habet, unum solum, & hic habet plura: sed non, hic solum habet unum, & hic habet plura. Et si non habet unum solum oculum, habet tantum unum solum oculum, quo videt equum. Sed hæ solutiones non valent: oppositis enim earum dictis, adhuc possunt paralogismi solui. Perspicuum igitur fit, quo modo paralogismi in dictione soluantur: soluuntur enim per oppositum: nam, si respondens concesserit propositionem compositam, ex qua opponens aliquid contrà inferat; dicat se eam concessisse in sensu diuiso. Sic in aliis fallacijs si opponens argumentum in unum sensum, respondens dicat se alio intellexisse.

De

De recta solutione loci. Cap. 3.

QVoniam autem recta solutio est manifesta tio falsi syllogismi, ob quamcunque interrogationē accidat falsum, (falsus autem syllogismus dicitur dupliciter: nam, aut si collectum est falsum, aut si cum non est syllogismus, videtur esse syllogismus,) erit, & quæ sit dicta est solutio, & apparentis syllogismi, & quam videtur esse interrogationum correctio, quare contingit orationes syllogizantes quidem interimere, apparentes autem diuidendo soluere. Rursum autem, quoniam syllogismus orationum, hæ quidem veram, illæ autem falsam habent conclusionem, eas quidē, quæ secūdum conclusionem sunt falsæ duobus modis contingit soluere: nam, & eò quòd interimitur aliquid eorum, quę interrogata sunt, & quòd ostenditur conclusio; non sic se habet. Eas uero, quæ secundum propositiones, quòd interimitur quiddam solum, nam conclusio uera est. Quare uolentibus soluere orationem, primum quidem inspiciendum syllogizat, an non syllogizat: deinde, vtrum uera sit conclusio, an non uera, quatenus uel diuidentes, uel interimentes soluamus: iterum interimentes hoc modo, uel illo, quemadmodum dictum est prius. Differt autem plurimum, & interrogantem, & non interrogare orationem? nam præuidere quidem difficile est, per otium autem temporis videre facile. earum igitur, quæ propter æquiuocationem, & amphiboliam redargutionem, alia quidem habent aliquam interrogationem plu-

ra significantem, aliæ autem conclusionē multipliciter dictam, vt in ea quidem, quæ est silentia dicere, conclusio est duplex, in ea vero, quæ est non conscire scientem. vna interrogationū amphibola est. Et duplex quidem quandoque est ens, quandoque non est ens, & quandoque significat duplex, hoc quidem ens, illud vero non ens. Quibuscunque igitur in sine est multiplex, nisi prius sumpserit contradictionē: non fit redargutio, vt in eo quod est cæcum videre: nam sine contradictione non fit redargutio. Quibuscunque vero in interrogationibus non necesse est prænegare quod duplex est: nam non ad hoc, sed propter hoc fit oratio. In principio igitur ad duplex, & nomen: & orationem sic respondendum, quod est, vt sic, est autem vt non, vt de eo, quod est silentia dicere: quod est vt sic, est autem vt non, & quæ expediunt, agendum: sunt autem quæ sic, sunt autem quæ non nam expedientia dicuntur multipliciter. Si autem lateat, in fine addendo interrogationi corrigendum est, ne silentia dicere? non tamen eos qui silent. Et in ijs autem, quæ se habent quidem multipliciter in propositionibus, similiter non putas consciant, quod sciunt sic, sed non sic scientes: non enim est idem, quod non est conscire, atque sic quidem non esse scientes. Et omnino obluctandum est, tametsi simpliciter colligatur, quod non rem quam dixit negauit, sed nomen, quare id non est redargutio. Manifestum autem, & eas, quæ sunt propter compositionem, & diuisionem, quomodo soluendum: nam, si diuisa, & compositæ orationis aliud significat, cum concluditur, contrarium dicendum. Sunt autem huiusmodi omnes

nes oratione secundum compositionem, & diuisionem. Putasne quo vidisti tu hunc percussum, illo percussus est hic? & quo percussus est, illo tu vidisti? Habet quidem aliquid etiam dubitarum quæstionum, quamuis sit propter compositionem: nam non est duplex, ob id quod est secundum diuisionē: non enim eadem oratio sic diuisa, & composita: siquidem ora, & ora secundum accentum prolata significant aliud, sed sic in scriptis quidem idem nomen, cum ex eisdem elementis scriptum sit, & similiter: & illic autem iam signa facisit, prolata non eadem, quare non duplex quod propter diuisionem est: manifestum autem, quoniam non omnes redargutiones propter duplex, sicut quidam dicunt. Diuidendum igitur, & qui respondet, non bene est enim dicere videre oculis, percussum: & dicere oculis percussum videre. Et Euthydemi oratio. Iuratne vidisti tu nunc existentes in Pyræo naues, cum in Sicilia sis? Vt rursus, putasne malum sutorem bonum esse? sit autem quis bonus sutor malus: quare sutor malus? Putasne, quorum scientia bona, bona esse disciplinas, mali autem bona disciplina, igitur bona disciplina malum: attamen & malum, & disciplina malum, quare mala disciplina malum. Putasne verum dicere nunc, quoniam tu factus es? factus es ergo nunc. An illud significat diuisum? verum enim dicere nunc, quod tu factus es, sed non nunc tu factus es. Putasne, vt potes & quæ potes, sic & ipsa facies? non cytharizans autem habes potestatem cytharizandi, cytharizabis igitur non cytharizans. An non huius habet potestatem, vt non cytharizans cytharizet? sed

cùm non facit hoc, vt faciat. Soluunt autem quidam id, & aliter: nam si dedit, vt potest facere, non dicunt accidere non cytharizantem, cytharizare: non enim omnino, vt potest facere dari est facere, nõ idem autem esse, vt potest, & omnino, vt potest facere. Sed manifestum, quòd non bene soluunt: nam orationum omnium, quæ propter idem, eadem solutio: eadem autẽ non accommodabitur ad omnes, nec omnino ad interrogatas, sed est ad interrogantem, & nõ ad orationem. Propter accentum autem orationes non sunt, neque in iis, quæ scribuntur, neque in ijs, quæ dicũtur, præterquam si quæ paucæ fiũt, vt hic, putàsne est quod habitas domum? sic. nunquid ne est quod habitas, negatio eius est quod habitas? sic, dicebas autẽ ne esse quod habitas domum, negas igitur te habitare domum. Quomodo autem soluendum est, palam: non enim idem significat grauiter, & acute prolatum. Manifestum autem, & in ijs, quæ sunt propter id quod vt eadem dicuntur ea, quę non sunt eadem, quo pacto obsistendum, eo quod habemus genera prædicamentorum: nam hic quidem dedit interrogatus non esse aliquid eorum, quæ quid est significant: ille uero ostendit quidem esse aliquid eorum, quæ sunt ad aliquid, vel quantitatis. videntur autem quid est significare propter dictionem, vt in hac oratione: Putàsne contingit idem simul facere, & fieri? non, at uero uidere, simul & uideri idem & secundum idem contingit. Putàsne est aliquid eorum quæ sunt pati, facere? non. nonne igitur secatur, uritur, operatur similiter dicuntur, & omnia quidem pati significat? rursum autem currere, videre similiter sibiuicem

cem dicuntur, veruntamen uidere operari aliquid est, quare & pati aliquid, simul etiam, & facere. Si autem aliquis illic dans continere simul idem facere, & pati uidere, & videri dicat possibile, nondum redargutus est, si non dicat uidere facere aliquid, & uideri pati: indiget enim hac interrogatione, sed ab audiente opinatur datum esse, cum & secare facere aliquid, & secari fieri aliquid dedit, & quæcunque alia similiter dicuntur: nam reliquum ipse addit, qui audit, veluti similiter dicens, illud autem dicitur quidem non similiter, videtur autem propter dictionem. Idem autem accidit hic quod in æquiuocationibus: putare enim in æquiuocis inscius orationum, quã dixit negare rem, non nomen: ideoque adhuc indiget interrogatione si ad unum aspiciens dicat æquiuocum, sic enim dante, erit redargutio. Similes autem, & hę orationes illis, si quod quis habens, postea non habet, amisit: nam unum solum amittens calculum, non habebit decem calculos. Ad quod non habet quidem prius habens, amisit? quantum autem habet, vel quot, non necesse est tot amittere. Interrogans igitur quod habet colligit in eo quot: nam decem: aliquot: si igitur dixisset à principio, si quot quis non habet prius habens, putasne amisit tot? nullus utique dedisset, sed aut tot, aut horum aliquid. Et quoniam dabit aliquis quod non habet, non enim habet unũ solum calculum. An non dedit quod non habuit, sed ut non habuit? nam solum, non quod significat, neque quale, neque quantum, sed, ut se habet ad aliquid, vt quod non cùm alio. Quemadmodum si dicat, putasne quod non ali

quis

quis habet dabit? non annuente autem, interroget si dabit quis aliquid cito, qui non habet cito? assentiente autem colligat quòd dabit quis quod non habet, & manifestum, quoniam non syllogizauit: nam cito non est quod dare, sed hoc modo dare, quo autem modo non habet, dabit aliquis, vt quod dele habiliter habet, mœste dabit. Similes autem, & huiusmodi orationes. Putasne quam non habet, manu percutiet quis? aut quem non habet, oculo videbit? non enim habet vnum solum oculum. Solutio autem quidam dicentes, & quod habet vnum solum oculum, & aliud quidlibet qui plura habet: quidam autem, & vt quod habet accepit, dedit enim vnum solum hic calculum, & hic habet (dicunt) vnum solum ab hoc calculum accepit enim ab hoc, ergo vnum solum habet hic calculum: alij autem statim interrogationem interimentes, quia contingit quod non accepit habere, vt vnum accipientem siquis corrumpatur in acceptione, habere acre. Sed quod dictum est prius, hi omnes non ad orationem, sed ad hominem solum. Nam si esset hæc solutio, dantem oppositum non possibile esset facere, quemadmodum & in alijs, vt si est quidem quod est, est etiam quod non est solutio, si simpliciter det dici, concluditur: si autem non concludit, non erit solutio, in prædictis autem (omnibus datis) non dicimus fieri syllogismum. Amplius autem, & hæ sunt ex huiusmodi orationibus. Putasne quod scriptum est, scriptit quod scriptum est autem nunc, quia sedes, falsa oratio: erat autem vera cum scribebatur: igitur simul scribebatur falsa, & vera. Nam falsam, vel veram orationem, vel opinionem esse, non quia

sed tale significat: nam eadem ratio, & in opinione. Et putas quod discit discés, hoc est quod discit? discit autem aliquis quod est tarde celeriter. Non igitur quod discit, sed vt discit dixit. Et putas quod ambulat aliquis, pessundat? ambulat autem totam diem. An non quod ambulat, sed quando ambulat dixit. nec cum scyphũ quis bibat, quod bibit, sed ex quo? Et putas quid quis sciuit inueniens, vel discens sciuit? quorum autem hoc quidem inuenit, illud autẽ didicit, ambo hęc neutrum. An hæc quidem omnes, quod autem nõ omne? Et quoniam est quis alterius homo à se, & ab vnoquoque? Nam homo, & omne cõmune, non hoc aliquid, sed quale quid, vel ad aliquid, vel aliquo modo, vel huiusmodi aliquid significat. Similiter autem, & hoc, Coriscus & Coriscus musicus, vtrum idẽ alterum? Nam hoc quidem hoc aliquid, illud autem quale quid significat, quare non est idem exponere. Exponere autem non facit verum hominem, sed in ipsum quid est concedere: non enim erit hoc aliquid esse id, quod Coriscus & id quod homo est, neq; si quis expositum sum id quidem, quod hoc aliquid esse dicat, sed idem quod quale, nihil refert: nam erit à multis vnum quiddam, vt homo: manifestum ergo, quoniam non dandum hoc aliquid esse quid quod communiter prædicatur de omnibus, sed hoc quantũ, aut quale, aut ad aliquid, aut ad alia quid talium significare. Omnino autem in quæ propter dictionẽ sunt orationibus, semper per compositum erit solutio, quàm propter quod est oratio, vt si propter cõpositionẽ oratio, solutio dividendo: si autem propter diuitionem compo

rsum si propter accentum acutum,

grauis,

grauis, erit solutio: si vero propter grauem, acutus. Si autem propter æquiuocationē est, oportet oppositum nomen dicendo, soluere: vt si animatum accidit dicere negando non esse, manifestum quod est inanimatum: si vero inanimatum dixit, hic autem animatum colligat, dicendum quod est inanimatum. Similiter autem, & in amphibologia. Si autem secundum sinuliter dictionis, oppositum erit solutio: putas ne quod non habet, dabit aliquis? An nō quod non habet, sed vt non habet? vt vnum solum calculum, putas ne quod scit discens, vel inueniens scit? attamen non quæ scit: & si quod ambulat pessundat, non tamen quando. Similiter autem, & in alijs.

Argumentum in cap. 4.

Nunc accedamus ad paralogismorum extra dictionem solutiones. Solutio paralogismorum ex fallacia accidentis compositorum est vna scilicet negatio consequentiæ: non enim est necesse, vt, si propositiones maneant, vel diuidantur eam medio inter se idem esse dicant in conclusione ut. Tu scis, bonum. sed bonum est, quod cupis interrogare: ergo tu scis id, quod cupis interrogare. Et, Cognoscis Coriscum. Sed Coriscus est veniens. Quare cognoscis venientem. Solutio est horum: quoniam est variatio appellationis. Et, hæc statua tua est opus, & est tua. Ergo hæc statua est opus tuum. Solutio: indebitè arguitur à diuisis ad coniuncta. Antiquorum verò solutio erat hæc, quod non est inconueniens aliquem cognoscere, & ignorare: sed est aliquem cognoscere, & ignorare secundum idem. Verùm huiusmodi solutio vetita non existit: non enim con-

uenit eandem orationem plures habere defectus, vade non solui poterit ea antiquorum ratione.

De diluendis argutijs accidentis. Caput 4.

AD illas vero, quæ propter accidens, vna quidem solutio est ad omnes: nam, quia indeterminatum est, quando dicendum de re, cùm sibi aliquam accidenti ineſt, & in quibuſdam quidem videtur, & dicunt, in aliquibus autem nō dicunt neceſſarium eſſe: dicendum igitur concedentes similiter ad omnes quod non eſt neceſſarium: habere autem oportet quo refellat dicendo id, periode eſt vt. Sunt autem omnes huiuſmodi orationes propter accidēs: putas ne quid ſcio, quod debeo te interrogare? Age cognoſcisne venientem, aut coopertum? Statua hæc tuum opus eſt? An tuus canis pater? Sunt paucies pauca, paura? manifeſtum eſt enim in omnibus his, quoniam non neceſſe eſt, quod de accidente dicitur, & de re verum eſſe. Alijs enim ijs, quę ſecundum ſubſtantiam ſunt differentia, & quæ vnum ſunt, omnia videntur eadem ineſſe: bono autem non idem eſt bonum eſſe, & venturum eſſe interrogare, neque venienti, aut cooperto, & venientem eſſe, & Coriſcum. quare non ſi cognoſco Coriſcū, ignoro autem venientē, eundem cognoſco: & ignoro, neque ſi hoc eſt meum, eſt autem opus, meum eſt opus, ſed poſſeſſio, vel res, vel aliud quippiam: eodem autem modo, & in alijs. Solent autem quidam interimentes interrogatio nem: dicunt enim contingere eandem rem cognoſcere, & ignorare, ſed non ſecūdum idem: veniente igitur non noſcentes, Coriſcum autem

tem noscentes, eundem quidem cognoscere, & ignorare dicunt, sed non secundum idem. Attamen primum quidem, quemadmodum iam diximus, oportet earum, quæ propter idem sunt orationum eandem esse solutionem: id autem non erit si quis non in cognoscere, sed in quod est esse, aut aliquo modo se habere ipsum quod approbant, sumat, (vt si hic est pater, est autē tuus,) nam tametsi in quibusdam id verum est, & contingit idem cognoscere, & ignorare, tamē hic nihil commune habet quod dictum est. Nihil autem prohibet eandem orationem plures vitiositates habere, sed non omnis peccati manifestatio, solutio est. Nam possibile est ostendere quempiam, quòd falsum quidem syllogizauit, propter quod autem non ostendere, (vt Zenonis orationem quod non est moueri:) quare, & si quis conetur colligere, vt ad impossibile, peccat, & si millies syllogizet: non enim est hæc solutio. nam erat solutio manifestatio syllogismi falsi, propter quod falsus: si igitur non syllogizauit, quamuis aut verum, aut falsum conetur colligere, illius manifestatio, solutio est. Fortasse autem, & id in quibusdam nihil prohibet accidere, verum in his nec hoc debitur: nam & Coriscum quod Coriscus cognoscit, & venientem, quod veniens. Contingere autem idem cognoscere, & non, vt quod album quidem cognoscere, quod autem musicum, non cognoscere: sic enim idem & non cognoscit, sed non secundum idem, venientem autem & Coriscum, & quod veniens, & quod Coriscus cognoscit. Similiter autem peccauit, & qui soluunt, quoniam omnis numerus paucus, vt ij quos diximus: vtpote qui cum non

non conclusum est, id omittentes, verum conclusum esse dicunt, omnia enim esse, & multum, & paucum dicentes, peccant. Quidam autem, & duplici soluunt syllogismos, vt quoniā huius est pater, aut filius, aut seruus. Attamen manifestum quoniam si eo quod multipliciter dicitur, apparet redargutio, oportet nomē vel orationem proprie esse plurium: hunc autem esse huius filium, nemo dicit proprie, si dominus est filij, sed propter accidens compositio est, (putasne est hoc tuum? sic. est autem hoc filius, tuus igitur filius,) quia accidit esse & tuum, & filium, sed non tuum filium. Et esse aliquid malorum bonum, nam prudentia est disciplina malorum. Hoc autem horum esse non dicitur multi, licet, sed possessio: siquidem fortasse multipliciter: nam, & hominem animalium dicimus esse, sed non possessionem, & si quid ad mala dicitur, vt aliquem: propter id malorum est, sed non hoc malorum: propter id igitur quod aliquo modo, etiam simpliciter apparet, quanquam contingit fortasse bonum esse aliquid malorum dupliciter, non tamen in oratione hac, sed magis, si quod municipium, sit bonum mali: fortasse autem neque sic, non enim si bonum est, & huius, bonum huius simul: verum neque hominem dicere animalium esse, dicitur multipliciter: non enim si aliquid significamus accentes, id dicitur multipliciter: nam & dimidium dicentes versus da mihi, Ilida significamus: vt, iram pande dea.

Argu-

Argumentum in cap. 5.

Solutio autem paralogismorum secundum quid ad simpliciter fit in genere, si consequentiam negemus: cum non idem sit dictum simpliciter, & dictum secundum quid: consideremus quoque contradictionem, si sumatur in propositionibus secundum quid, & in conclusione simpliciter. Exemplum. Quod non est, opinabile est. Ergo quod non est, est. Aliud. Aliquid, quod est, non est homo, ergo aliquid, quod est, non est. Aliud. Socrates iurat se periurare. Ergo vere iurat. Solutio est negando consequentiam: iurare enim & periurare non est recte iurare simpliciter, sed secundum quid. Aliud. Qui suadet furtum, dissuadet non furtum. ergo qui suadet, is dissuadet. Aliud. Diuitiæ bonæ sunt bene vti: mala autem vti, ergo diuitiæ sunt bona, & mala. Aliud. Iustum est magis eligendum, quàm iniustum. ergo mori iustè est magis eligendum, quàm iniustè. Solutio. Mori est magis eligendum quo ad agere, quàm iniustum: sed non quo ad pati. Paralogismos autem ignorantia Elenchi omnes solutis, eo quòd omittunt aliquam conditionum necessariam ad contradictionem: vt. De Cerisco scis, quòd est veniens, & ignoras, quòd sit ille musicus: ergo tu scis, & ignoras. Paralogismus vero petitionis principij non solumtur, si arguenti dicas, petat principium. At vero paralogismi fallaciæ consequentis solumtur omnes negando consequentiam: licet prima consequentia sit bona: non tamen est necesse, vt & bona sit seruanda, quemadmodum enim ex arguimus à destructione antecedentis ad destructionem consequentis, vel à positione consequentis ad positionem antecedentis. Paralogismus autem secundum non causam vt causam solumtur si dicamus quòd pro-

propter propositionem superfluam non sequitur impossibile. Paralogismi vero secundum plures interrationes vt quam solumtur, si dicamus ad paralogismi huius fallaciæ non esse respondendum vna responsione: cum interrogatio fuerit plures. Sed plures dentes: nam, quamquam propositio, qua habet terminum æquinocum, est vera in vtroque sensu, vel falsa in vtroque, & vera in alio: tamen non dari debet vna solutio simpliciter, scilicet confirmando, vel negando: ducerentur enim apparenter ad paralogismi metam. Idem dicendum est de interrogatione plures: vt sunt ne illa bona, an mala? & digito ostendo hoc bonum, & illud malum, si respondeatur mala esse. Ergo bonum est malum: si bona esse. ergo malum est bonum. Itaque dicere oportet. hoc est bonum, & illud malum.

De solutione sex vltimorum locorum extra dictionem. Cap. 5.

QVA, vero quę sunt propter id, quod præcipue illud autem, vel qua, vel vbi, vel aliquo modo, vel ad aliquid dicitur, & non simpliciter solvendum est, considerando conclusionem ad contradictionē si cōtingit horum aliquid passas esse: Nam contraria, & opposita, & affirmationē, & negationem: simpliciter quidem impossibile esse eidem, qua autem vtrunque, vel ad aliquid, vel aliquo modo, vel hoc quidem qua, illud autem simpliciter nihil prohibet, quare si hoc quidem simpliciter illud autem qua, nondum est redargutio. Hoc autem in conclusione considerandum, ad contradictionem. Sunt autē huiusmodi orationes omnes id habētes: putaſne contingit quod non est esse? attamen non est aliquid id, quod non est. Similiter autem, &

quod non est erit: nam, non erit aliquid cùm sunt. Nunquid contingit eundem simul bene iurare, & peierare? Nunquid possibile est simul eidem, suadere & dissuadere? An neque esse quid, & esse, idem? quod autem non est, non si est quid, etiam est simpliciter. Neque si bene iurat id quidem, & qua, necesse est & bene iurare: namqui iurat se peieraturum, bene iurat peierans hoc solum, at non bene iurat. Neque qui dissuadet, suadet, sed secùdum quid suadet. Similiter autem ratio est, & de eo quod est mentiri eundem simul, & verum dicere, sed propter id, quod non est facile inspicere vtrum quis assignet simpliciter veracem esse, vel mendacem, difficile apparet. Prohibet autem eundem nihil simpliciter quidem esse mendacem, qua autem veracem, vel alicuius esse veracem autem non, similiter autem, & in ad aliquid, & vbi, & quando: omnes enim huiusmodi orationes propter id accidunt. Putasne sanitas, vel diuitiæ bonã? attamen insipienti, & non recte vtenti non bonum ergo bonum, & non bonum. Est ne sanum esse, vel potestatem habere in ciuitate bonum? veruntamen est quandoque non bonum: idem igitur eidem bonum, & non bonum. An nihil prohibet quod simpliciter est bonum, huic non esse bonum? at huic quidem bonũ, at nõ nunc, vel non hoc in loco bonum. Putasne quod non vult sapiens, malum? amittere autẽ non vult bonum, malum igitur bonum. Non enim idem est dicere malum est bonum, & amittere bonũ. Similiter autem, & quæ de fure est oratio, non enim si malum est fur, etiam capere est malum, ergo vult malum, sed potius bonum: nam capere bonum est. Et ægritudo malum est, sed non amittere ægritudinem malum. Putasne iustum iniusto, & quod iuste eo quod iniuste magis eligendum est? sed mori iniuste magis est eligendum. Putasne iustum est sua habere quenque? quæ autem aliquis adiudicabit secundum opinionem suam & si sit falsa, sua sunt ex lege, idẽ igitur iustum & iniustum. Et vtrum oportet iudicare eum, qui iusta dicit, an qui iniusta? at vero eum, qui iniuriam passus est, iustum est abunde dicere, quæ passus est, ea autem erãt iniusta. Non enim etsi pati aliquid iniuste eligendum, id quod est iniuste eligibilius, quàm quod iuste, sed simpliciter quidem quod iuste: hoc autem nihil prohibet si iniuste, an iuste? & habere sua quenque iustum, aliena autem non iustum. Iniustum vero hoc iustum esse nihil prohibet, vt quod sit secundum opinionem iudicantis: non enim si iustum est hoc modo vel huic, & simpliciter iustum est. Similiter autem, & quæ iniusta sunt, nihil prohibet dicere ea iustum esse: non enim si dicere iustum est, necesse est iusta esse, sicut nec si est vtile dicere, vtilia: similiter autem & in iniustis, quare non si quæ dicuntur iniusta, qui dicit iniusta conuincitur: dicit enim quæ dicere est iusta, simpliciter autem & quæ pati iniusta. Ijs autem, quæ propter definitionẽ fiũt redargutiones, quemadmodum dictum est prius, obsistendum considerantibus conclusionem ad contradictionem, vt si idem, & secundum idem, & ad idem, & similiter, & in eodem tempore. Si vero in principio interroget, nõ consistendum, (quoniam impossibile est idem esse & duplum, & non duplum,) sed dicendum, nõ sic vt forte sit redargnere consitentem. Sunt autem omnes hæ orationes propter hoc. Putas qui

nouit, quodq; quod quamque cognouit reni: & qui ignorat similiter: cognoscens autē quis Coriscū quod Coriscus, ignorabit quod musicus; quare idem cognoscit, & ignorat. Puta sue quadricubitum tricubito maius? fieri enim potest ex tricubito quadricubitum secundum longitudinem: maius autem minore maius, idem igitur eodem secundum idem maius, & minus. Illa vero, quæ fiunt propter id, quod petunt, atq; sumunt quod in principio. si interroganti quidem manifestum sit, non dandum, neque si probabile sit dicentem esse veracem: si autem lateant, ignorantiam ob vitiositatem talium orationum ad interrogantem retorquendnm, tanquam non redarguentem: nam, redargutio sine eo est, quod in principio, deinde datum est, non vt eo vteretur, sed vt ad illud colligeret cōtrarium, vt in non semotis redargutionibus. Et eas, quæ propter consequens sunt coniectæ, in ipsa oratione monstrandum: est autem duplex sequentium consequentia, aut enim vt particulare sequitur vniuersale, vt hominem animal, (postulant enim si hoc cum illo, & illud esse cum hoc,) aut secundum oppositiones: nam si huic est illud consequens, & oppositio oppositum propter quod, & Melissi oratio. nam, si genitum est, habet principium: ingenitum postulat non habere principium, quare si ingenitum est cœlum, & infinitum, id autem non est, è conuerso enim cōsequentia. Quæcunq; autem præter id, quod additur aliquid colligitur, considerādum si (eo sublato) accidit nihil minus impossibile: deinde id manifestandum, & dicendum quod dedit non tanquam videretur, sed vt ad orationem, quo vero vsus est, nihil ad orationem.

tionem. Ad eas autem, quæ plures interrogationes vnam faciunt, statim in principio determinandum est. Nam interrogatio vna est, ad quā vna responsio est, quare neque plura de vno, neque vnum de pluribus, sed vnum de vno affirmandum vel negandum. Sicut autem in æquino eis quandoque quidem ambobus, quandoque neutri inest, quare eum non simplex est interrogatio, simpliciter respondentibus nihil accidit pati, similiter & in his, quando igitur plura vni, vel vnum pluribus inest, vel non inest, simpliciter dari, & hoc peccato peccanti nihil contrarium accidit. Quandoque autem huic quidem inest, illi autem nō, aut plura de pluribus, & est, vt insint ambobus, est autem, vt non insint rursum, quare id cauendum. Vt in his orationibus, si hoc quidem est bonum, illud autem malum, quod verum est dicere, quoniam hæc bonum, & malum: & rursum, neque bonum, æque malum, non enim inest vtrunque vtrique, quare idem bonum & malum, & neque bonum, neq; malum. Et si vnumquodq; ipsum sibi idem est, & alijs diuersum: quoniam non alijs eadem, sed sibi, & diuersa eisdem, ipsa sibimet diuersa & eadem. Amplius, si bonum quidem malū sit, malum autem bonum, duo vtrique sicut. Et duorum & inæqualium vtrunq; ipsum sibi esse æquale: quare æqualia, & inæqualia ipsi sibi. Insidiantur aūt hæ orationes, & in alias solutiones: nā ambo, & omnia, plura significant, non igitur idem præter nomen accidit affirmare, & negare. id autem non erat redargutio, sed manifestum, quoniam, si non vna interrogatio plures sant, sed vnum de vno affirmet, aut neget, id non erit impossibile.

Argumentum in cap. 6.

Ad paralogismos autem soluendos negationis negetur illud principium, quod est. Sophisticum enim significat idem per se sumptum, & iunctum cum alio: non enim verum videtur, præsertim in relatiuis, & passionibus: nam duplum per se sumptum significat & sit dimidium: nullum verò cum dimidio, non sic similiter nasum significat, sed quando cum naso coniungitur: non significat nasum. Si autem melius negationes uitare; addatis determinationem, siue nomen ad adiectiuum. Porrò ut soluamus paralogismos ducentes ad solecismum; respondent, argumenti rectè arguati: incongruum enim non est uerum, neque falsum sit. Quod uerò dicis esse hoc est, sed lapidem uerè dicis esse ergo lapidem est.

Dilutiones negationis, & solœcismi. Cap. 6.

IN illis autem, quæ deducunt ad idem frequenter dicere, manifestum quod non dandum eorum quæ ad aliquid dicuntur significare aliquid separatas per se prædicationes, vt duplum, sine eo quod est dimidij quid inesse apparet: nam & decem in deficientibus vno ad decem, & facere in non facere, & omnino in negatione affirmatio, non tamen si quis dicat hoc non esse album, dicit idem album esse. duplum autem neque significat aliquid fortasse, quemadmodum, neque quod in dimidio. quod si forte significat, attamen non idem & coniunctum, neque scientia in specie, vt si est medicina scientia, ipsum quod commune illud

illud autem erat scientia scibilis. In ijs autem quæ per se ostenduntur prædicatis, id dicendū, quod non idē est seorsum, & in oratione quod ostenditur: nam cauum communiter quidem idem significat in simo, & curuo, addito autem nihil prohibet hoc quidem nasō, illud autē cruū significare, & nihil differt dicere, nasus simus, & nasus cauus. Amplius, nō dāda est dictio secundū rectū, talium enim est: nam nō est simum nasus cauus, sed nasi hoc vt passio, quare nihil est absonū, si nasus simus est nasus habēs cauitatem nasi. De solœcismis autem propter quid apparent accidere diximus prius, quo modo autem soluendum, in ipsis orationibus erit manifestum. Omnes enim huiusmodi volunt construere. Putas quod dicis quippiam vere esse, etiam est illud vere? dicis autem quippiam lapidem esse, est igitur quippiam lapidem. An facere lapidem non est dicere quod, sed quem non hoc, sed hunc? si igitur dicat aliquis, putas quem vere dicis est istum? non videtur Romane loqui quemadmodum neque si dicat, putas quā dicis esse, est iste? lignū autem dicere iste, sol quęcunque masculinum, neque fœmininum significant, nihil refert: quare etiam non fit solœcismus, si quod dicis esse, est illud: lignū autem dicis esse, est igitur lignum istud: lapis autem & iste, masculini habes declinationem. Quod si quis dicat, putasne iste, illa est? deinde rursum, quid autem nonne iste est Coriscus? ita dicat est igitur illa, nō collegit solœcismum, si Coriscus etiam non significet idem quod illa: nō dat autē qui respondet, sed oportet hoc prainterrogare, si autem neque est, neque dat, non colligit neque in eo quod

est esse aliquid, neque ad eum qui interrogatus est. Similiter igitur oportet, & illic lapidem significare istc, si autem neque est, neque datur, non dicenda conclutio: apparet autem eo quod dissimilis casus nominis, similis appareat. Putasne verum est dicere, quoniam ista est id quod esse ais eam, esse autem ais aspidem, est igitur ista aspidem. An non necesse est, si non ista, aspidem significat, sed aspis, aspidem autem istam, neque si quem dicis esse istum est iste: dicis autem istum, esse Cleonem: est igitur iste Cleonem, non enim est iste Cleonem: dictum est enim, quoniam quem dico iustum esse, est iste non istum, neque enim Romane dicetur quo pacto interrogatio dicta. Putas, istud scis, istud autem est lapis, scis igitur lapis. An non idem significat istud in eo, quod est, putas istud scis, & in hoc, istud autem lapis: sed in primo quidem hunc, in posteriore autem hic. Putasne cuius scientiam habes, scis illud? scientiam autem habes lapidis scis igitur lapidis. An huius quidem, lapidis, dicis, hunc autem lapidem? datum est autem cuius scientiam habes illud scis, non illius, sed illud, quare non lapidis, sed lapidem. Quod igitur huiusmodi orationes non colligunt solœcismum, sed apparent, & propter quid apparent, & quomodo est obsistendum illis, est manifestum ex ijs quæ dicta sunt.

Argumentum in cap. 7.

Nunc ad ea soluenda, quæ dignæ sunt, ut soluantur, & quæ minimè digna existant, & ad ultimum fallacissimum veniamus, ac primum, quæ orationes facilè soluta

soluta faciles, & quæ difficiles. Faciles autem sunt omnes, quæ fiunt secundum æquivocationem. Vnde omnes ferè quæ sunt secundum dictionem, faciles existunt, ac ridiculæ: ut, nisi sedens ferebatur grabatum: verbum Grabatum duplicem habet significatum, scilicet per gradum, & gradiendo. Difficiles verò sunt orationes de quibus sapientes variè sentiunt: ut verbum Ens Zeno credebat unum significare, alij verò multa. Sed quæ acutio solubilis existat, ea duplex est, acris, scilicet & non acris. Acris sive soluta difficilis ea est, quæ maximè dubitare facit, ne responderis per errorem. Hæc verò duplex est, peccans videlicet in materia, & peccans in forma. Orationes verò peccantes in materia sunt acriores, sive difficiliores ad solutionem, quàm peccantes in forma: si quidem peccantes in forma non decipiunt nisi eos, qui Logicam nesciũt. Sed peccantes in materia peritissimos decipiunt. Ac non solum acris est talis oratio, sed acerrima, quando ex propositionibus valde probabilibus hæc conclusio infertur valde improbabilis: minus verò acris, quando propositiones non valde probabiles existunt, tamen aliquo modo probantur, & unum concludunt aperte falsum. Interrogationes præterea sunt peccantes in forma, quæ dubiæ sunt, utrum sint syllogisticæ, an non: minus verò, quæ apertissimè videntur non esse syllogisticæ. Quare orationum in forma peccantium aliæ sunt dignæ, ut soluantur: aliæ non, uelut illæ, in quibus nulla est propositio, præter quam conclusio sequatur. Sed solutione digna est ea, quæ nos omnia distinguere, syllogistica ne sit, an non.

Verùm modo soluendi variæ sunt: aliquando enim fit solutio ad orationem ipsam, aliquando ad hominem, ostendimus ei non rectum ordinem præmisisse propositionibus, uelut in studio, ac fatuo euenit syllogismo. Quinque propositiones improbum habent ordinem. Aliquando

quando fit solutio ad tempus, quando respondens solvere nescit: attamen contrerit tempus multis verbis. Pessima verò est solutio illa, quæ plus desiderat tempus, quàm disputatio.

De oratione facili, difficili, & cauta. Cap. 7.

OPortet autem intelligere, quoniã omnium orationum aliæ quidẽ sunt faciles conspici, aliæ autem difficiliores, propter id, quod & in aliquo subdole decipiunt audientem, cũ frequenter exdẽ illis exiũt: nam eandem orationem oportet vocare, quæ propter idẽ fit, eadem autem oratio alijs quidem propter dictionem, alijs autem propter accidens, aliis vero propter aliud videbitur esse: quia vnumquodque trãslatiuum non similiter est manifestũ. Quemmadmodũ igitur in ijs, quę sunt propter quinquationẽ, (qui modus videtur esse ineptissimus,) captiosarum ratiocinationum: hæc quidem & quibuslibet sunt manifesta, (nam & orationes pœnè ridiculosæ sunt omnes propter dictionẽ: Vt vir ferebatur curru in scalas, vbi venit seruus apud Cererem? Et boreas pursusne? nõ certe, perdit enim pauperem, & ementẽ. Et vita bonum ante parietẽ? neutra: sed ferro ambę. Putasne est Euarchus, non certe, sed Apollonides. codẽ autem modo, & aliarum ferre quã plurimę,) illæ autem & peritissimos videntur latere. signum autem horũ, quoniã contendũt sæpe de nominibus, ut vtrum idem significent de omnibus ens & vnum an aliud: aliis enim videtur significare ens & unum: alii autem Zenonis orationem, & Parmenidis soluunt, eo quod multipli-

multipliciter dicant unum dici, & ens. Similiter autem & propter accidens, & aliorum singulum quodque, aliæ quidem orationes erunt faciles videri, aliæ uero difficiliores, & sumere in quo genere, & utrum redargutio, an non redargutio, non facile similiter in omnibus est.

Est autem acuta oratio, quæ dubitare facit maxime, mordet enim hæc maxime: dubitatio autem est duplex, hæc quidem in syllogizantibus, quam eligat quis interrogationum, illa autem in contentiose sustinentibus, quomodo dicat quis propositum. Quapropter in iis, quæ syllogizant, acutiores orationes inquirere magis faciunt: est autem ea, quæ syllogizat quidem oratio acutissima, si ex quam maximè apparentibus, quam maxime probabile interimit: nam, cum una oratio sit transposita contradictione, omnes similiter habebit syllogismos: semper enim ex probabilibus similiter probabile interimet, aut construet: quapropter dubitare necessarium est. Maxime igitur talis acuta, quæ ex quo conclusionem facit interrogationibus: secunda autem, quæ ex omnibus similibus: hæc enim similiter facit dubitare, quæ interrogationum interimenda est, id autem difficile est: nam interimendum quidem, quid autem interimendum dubium. Contentiosarum autem acutissima, quæ primum statim dubia est utrum syllogizat, an non, uel utrum propter falsum, uel diuisionem solutio: secunda autem aliarum quæ manifesta quidem quod propter diuisionẽ, uel interemptionem est: non tamen explorata, per cuius interrogationum interemptionem, uel diuisionem, soluenda est, scilicet utrum propter conclusionem, an propter aliquam interrogationum

gationum ideſt. Quandoque igitur non ſyllogizans oratio facilis eſt, ſi ſint ualde inopinabilia uel falſa quæ ſumuntur: quandoque autem nō digna deſpiciuntur: quando deeſt aliqua talium interrogationum, de qua oratio, & propter quā eſt, & non fuerit illam, & colligit inepta eſt ratiocinatio. Quando autem eorum, quæ extrinſecus non deſpicienda ullo modo: ſed ortio quidem tota, interrogans autem non probe interrogauit. Et eſt tāe ſoluendum quandoque quidem ad orationem, quandoque autem ad interrogantem, & interrogationem, quandoque uero ad neutrum horum: ſimiliter & interrogandum & ſyllogizandum eſt, & ad poſitionem, & ad reſpondentem & ad tempus: quando fuerit pluris temporis egens ſolutio, quam præſentis temporis, (quo diſputatur) ad ſolutionem.

Argumentum in cap. 8.

Diximus igitur ex quot fallacia fiant deceptiones, & quo pacto reſpondendus ducatur ad metam, & de cautellis, ac de ſolutionibus, & quæ nam utilis ſit, & quæ non, & quo modo ſoluantur apparenter, & quo modo non. Et in Topicis diſſerimus de prædicatis, de propoſitionibus, ac de problematibus quot ſint prædicatorum, & quæ conſiderandā ſint in omni problemate diſputando, ac tandem de modo oppōendi & reſpondendi dialectice. Logicam uero exercitationem, quam inuenerunt primi, inuenta ampliora, ſudoris, impoſitamq; acceperunt, ſed temporis tractu perfectior eſt reddita: primum enim inuenta fuere principia communia, quæ quamquam parua ſint, tamen uim habent excellentiorem, ac difficulter inueniuntur. Quæ

uero poſtea inuenta ſunt facile poſſes addere: noſtris autem temporibus nihil de Logica ſcriptum reperiebatur niſi quædam inordinata, & propterea facilis videbatur enim niſi quædam habebat annotationes, ac omnes abſque demonſtratione ulla. De ſyllogiſmis uerò ſophiſticis nihil antea fuit traditum.

Epilogus octo præcedentium, & duorum præſentium librorum. Cap. 8.

EX quot igitur, & ex quibus fiunt ils, qui diſputant, captioſæ ratiocinationes, & quo modo oſtendemus, falſum & inopinabilia dicere faciemus: amplius autem ex quibus accidit ſyllogiſmus, & quomodo interrogandū, & quis ordo interrogationum, inſuper autem ad quid ſunt utiles huiuſmodi omnes orationes, & de reſponſione ſimpliciter omni, & quomodo ſoluendum eſt orationes, & ſyllogiſmus dicta ſint de omnibus a nobis: hęc reliquum autem eſt de eo quod a principio erat propoſitum, ad memoriam reuocantes, quippiam de ea re ſub breuita dicere, & finem imponere dicti. Præ ceteris igitur, inueniendi facultatem quandam ratiocinatiuam de propoſito ex ii, quæ ſunt quam probabiliſſima: id enim opus eſt dialecticæ ſecundum ſe & tentatiuæ. Quia autem præſtruitur quis ab ea propter ſophiſtices uicinitatem, ut non ſolum experimentum poſſit ſumere dialectico more, ſed etiam quaſi ſcientifico: propter id non ſolum dictum negotiis officium poſuimus orationem poſſe ſumere, ſed etiam ut orationem ſuſtinentes tuemur poſitionem, per quam probabiliſſima ſimili modo: cauſam autem

tem diximus huius, quia & propter id Socrates interrogabat, sed non respondebat: cõfitebatur enim se non scire. Manifestũ autem est in priori bus ex quot, & ad quod ilerit, & unde idonei eximus horum: adhuc autem quomodo interroganda, uel ordinanda quæstio omnis, & de responsionibus, & solutionibus quę sunt ad syllogismos, patefactum est autem, & de aliis quęcunque huiusce disciplinę sunt orationes: præter hęc autem, & de captiosis ratiocinationibus pertractauimus quemadmodum diximus iam prius: quod igitur nacta sunt finem sufficiẽter ea, quę proposuimus, manifestum. Operæpretium autem est nos non latere quidnã accidit circa hoc negotium: nam eorum, quę inueniuntur omnium, quę quidem ab aliis sunt pta sunt prius, elaborata paulatim incrementa sumunt ab aliis, qui postmodum accipiuntque sumere ab initio comperiuntur, paruũ in primo autem omnino nihil habnimus priuc aliud to, eo (quod postea ab aliis fit) accrementorum mum enim fortasse principium omnium, vt dicitur, quare & difficillimum: quanto enim potestate validissimum, tanto mole minimum, difficillimum est uideri: eo autem comperto, facile est adiicere, coaptareque reliquum. Quod & circa rhetoricas orationes accidit, pene autem, & circa alias artes omnes: nam qui principia inuenere, omnino ad exiguum quid perduxerunt: qui autem nunc celebriores habentur uendicantes a multis, uelut ex successione particulatim colligentes, sic auxerunt. Titias quidem post priores, Thrasymachus vero post Titiam, Theodorus autem post hunc, & multi multas coadunauere partes. quapropter nihil mirum

rum, si in amplum quidem creuerit ars. Huius autem negotii non hoc quidem erat exploratum, illud autem non erat, verum nihil ipsius prorsus erat: nam eorum, qui circa litigiosas orationes erant mercenarii, similis quidem doctrina, Gorgiæ negotio: orationes enim hi quidem rhetoricas, illi autem interrogatiuas docebant ediscere, in quas sæpius incidere solebant alternatim vtrorunque adinuicem orationes: quapropter velox quidem, vtpote, quæ sine arte erat doctrina discentibus ab aliis: non enim artem, sed quæ ab arte sunt dantes, arbitrati sunt loqui erudite, perinde, ac si quis disciplina dicat se tradere, vt non doleant pedes: deinde sutoriã quidem non docebat, neq; vnde possint compara ri talia. det autem quamplurima genera omni modorum calceorum, hic profecto profuit ad usum, artem autem nõ tradidit. Et de rhetoricis quidem erat multa, & antiqua dicta: de syllogis mis autem omnino nihil habnimus priuc aliud quicquam quod diceremus, quàm mora perqui rentes multo tempore insudauerimus. Si autem uidetur ex considerationibus nostris (ut ex iis quæ sunt ex principio) hęc habere disciplina sufficienter supra alia negotia, quæ ex traditio ne inducta sunt, reliquum erit omnium vestrum, uel eorum qui audierunt hoc opus, omissa quidem artis, uenia dignari: inuenta autem, multa prosequi gratia.

Aristotelis Elenchorum librorum Finis.

INDEX, AC LOGICVM LEXICON VERBORVM, ET RERVM DIFFICILIVM EX BOETHI, SIMPLICII, AMMONII, IO. GRAM. ET ALEX. SENTENTIA.

A

A B, C, litteras scribit Aristot. loco terminorum; etenim A. significat maiorem terminum, B. medium, C. minorem. car. 215

Alterutricem sunt 3. distinctis sunt inter se. 121

Accidens dicitur pluribus modis. 28. duplex. 28.

Accidens quid sit. 88

Accidentia omnia appellat, quæ rei insunt euenientia præter rem, sive ea sit substantia, sive aliud prædicamentum. car. 91.

Accidens duplex est, q. neque definit. neque proprium, neque genus, sed radicitus, & ex illo, quod

continuit inesse, & non inesse. 191
Accidentia conditionata. car.48
Accident, & proprium quibus conueniant, & differant. 50
Accidentis, & differentia conuenientia, & discrimen. 44
Accidentis problema quãdo destruendum. 613
Per Accidens. s. non essentialiter 224. aliquando significat respectiuè. car.81
Actio est, secundum quam in id, quod subijcitur, agere dicimur, ut secans quia in eo, quòd secet, secans dicitur. 127
Actio duplex alia animæ & alia corporis. 126. & quomodo differant.
Actionis proprium est in motu esse. 127
Actionis naturalis proprietas est passionem ex se in id, quod subijcitur inferre. 127
Actu, hoc est, re vera: ut pagina 25. & 46. species actu adest subiecto.
Actu est, dum fit, vel factum est, id potentia antequàm fiat, vel faciat. 191
Adesse, id est, reperiri & inesse ut pag. 48. species adest subiecto.
Aequinocum quid sit. 17
Aequinoca quæ appellantur. 54
Affirmatio, & negatio, in sententia affirmativa, & negativa. 146
Affirmatio. i. sententia affirmativa, quomodo capit. 61
Affirmare, vel negare idem est, quòd affirmativè, vel negativè significare. 178.179
Affirmationi nulla opponitur negatio. 156. 157.
Affirmativa propositio universalis convertitur in particularem affirmativam. ut omnis homo est animal, & aliquod animal est homo. 205.206
Affirmatio quæ est, omnis homo est iustus quæritur, utrum sit contraria negationi quæ est, nullus homo est iustus, aut affirmationi, quæ est, omnis homo est iniustus. 193.195
Affirmatio, vel negatio præsens, vel præterita altera est vera, & altera falsa. Præterquam in universalibus absque notatione, sed quæ in futuro dicuntur, si singulares sint. 159.161.
Agere, & pati recipit contrarietatem, & magis, & minus 103. patiri recipit contrarietatem, & magis, & minus. 103
Aliquod est nota particularis affirmativa. 211
Ad aliquid. i. relativa, sunt respectiva. 91
Ad aliquid alia sunt, ut dominus, & seruus, & alia dicuntur, ut habitus alicuius habitus dicitur. 91
Ad aliquid quæ sunt quatuor habent proprietatem, ut ipsis insit contrarium, suscipiant magis, & minus, & conuertãtur inter se, & finul sint natura. 12
Alterum. i. diuersum. car.24
Alteritas idem est, quòd diuersitas. 24
Ambulatiuum, sanatiuum &c. est id, quod potest ambulare, & sanare. car.192
In Amphibolia, & æquinocatione adest eadem vox, sed non eadem res. car.312.313.
Angulares, uocat Arist. eas propositiones, quæ opponuntur ad modum contrariarum, vel contradictariarum. 174
Antecedentia. i. supera. car.16
Apposite, vel separatè esse, & non esse mediante copula affirmata, vel negata. 204
Assignatio idem quod determinatio est, vel definitio 15. vel descriptio 16.
Assignare idem est, quod definire, demonstrare. car.54
Asperum dicitur, cuius partium una alteri supereminet. 136
Asperitas, & similia sunt qualia. 122

C

C. Minorem terminũ denotat. 215
à Casu, & fortuna non est scientia. 256.228
à Casibus, & contingentis loci. 691.711
Casus.i.modus, ut 732.per plures casus.
Causa sunt quatuor, scilicet formalis, efficiens, finalis, & materialis. 556.557
Causa formalis dicitur quod quid erat esse. car.556.557.
Ex Causato an sequatur causa. 573.574
Causa efficiens, quæ aliquid primò movet. 556. 557.
Causa materialis est, quæ cũ sit, necesse est aliud esse. 558
Causa finalis dicitur, per quam eadem alia demonstrantur. 556. 558. 559. et quomodo differt ab efficiente.
Si Causa sit necessaria, & non sufficiens, ab effectu ad causam valet demonstratio 560.562
Cognoscendi modi sunt tres. car.453.454.
Cognoscendi ordo duplex. car.453.454.
Communitas unius naturalis est. 135
Communiter, i. secundum accidens commune. 24
Comparabilium quid eorum sit eligibilius 644. 644.649.653.655.
Circa comparationem scientiæ, & aliorum habitum intellectualium ponuntur duæ conclusiones. 533.532
Complexio.i. compositio, copulatio, & connexio. 56
Compositio, i. copulatio. car.42.
Compositio aliquando significat orationem affirmativam. 145.348
Conclusionis unius demonstrabilis unum est medium. 574.575.577
Conclusiones quot, vel quæ. car.304
Conclusionum contrariarũ contraria sunt principia. 528.530
Conclusiones de inesse sunt ambæ propositiones de inesse, de necessario sunt

est altera necessaria. car.248.249
Conclusio demonstrationis est necessaria. 463
Conclusio pro ignorãtia privæ negationis quadrifit. car.499. 500
Conceptus animi qui sint, ac duo existunt simpliciter, vt homo: & complexi adeo, quòd veritatem, vel falsitatem ostendant; vt homo currit. car.145
Consequentia alia sunt essentialia, & alia accidentalia; & accidentalium alia propria, & alia communia, & communium alia secundum opinionem, quæ sunt veluti probabilia, alia secundum veritatem, quæ sunt demonstrativa. car. 313
Consequitur, idest, comitatur. 44
Consistere significat esse, existere: vt pag. 50. nunquàm consistunt, id est nunquàm sine illis existit subiectum.
Consistentia, idest attinentia circa hæc. 3
Construere, idest conficere, componere, & confirmare. 126. & concludere. 328
Contingens appellat id Aristo. quo non existente necessario, ipso autem posito inesse, nullum ponitur impossibile. 252. 253.
Contingens est duplex, id scilicet quod ratò natum, & contingens ad vtralibet partem. 207. 209.
Contingens aliud est natum, quòd in pluribus evenit; vt hominem canescere: aliud est indefinitum, & non magis ad esse, quàm ad non esse determinatum; vt, animal ambulare contingit, & id convertitur in oppositam qualitatem; vt animal non ambulare contingit. Sed contingens natum convertitur in contingens verè; vt, hominem non canescere in senectute. 252.253.254
Contingere, & non contingere affirmat, & negat, in prop. contingentibus, ut esse, & non esse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se. 256
Contingens, & necessarium opponuntur. 253. 255.
Contingens prop. est possibilis, quæ si ponatur esse; nullum sequitur impossibile, ideſt, est ad vtrumlibet, quod potest esse, & non esse. 254. 256.
Contradictorium est, ut omnis homo est albus non omnis homo est albus. 154
Contradictorię oppositæ, quæ sint. 105
Contrariorum alio media tur, alia immediata, car. 104
Contrarię aliquo modo, & omnino. 156
Contrarium immediatorum alterum semper inest. 104
Contraria possunt in se complecti sex modis. car. 631
Contrariorum mediorum potest fieri regressus. car. 105
Contraria, & relativa quomodo differant. car. 104
Contraria quinque habent proprietates. 105
Conueniemer, ideſt recte. car. 91
Cõuersum, ideſt reciproce vt paz. 47
Conuersum prædicari. 47
Conuerti dicitur maior, & minor terminus, dum inter se reciproce prædicantur: vt, homo est risibilis, & risibile est homo. 73
Ad Conuertentia dicuntur, ideſt mutuo conuertuntur. 91

D

Decipimur per fallacias amphibologiæ, & æquivocationis. 816. 817. & quomodo per fallaciam accentus. 818 per fallaciam figuræ dictionis. 818 & consequentis, &c. 816
Dedactio quomodo fiat. car. 443.
Definiens datur æquivocationem, & metaphoram. 571
Definitio duplex, alia quid nominis, alia quid rei. 255. 554
Definitio quid rei quædam

dam dicit quid tantum, quædam propter quid, quædam quid, & propter quid. 555. 556
Ad Definitionem speciei specialissimæ sentiuntur duo conditiones. car. 564. 566.
Definitionis loci. 722. 742 747. 752.
Demonstratio quid sit. 3
Demonstratio est syl. facientis scire. 456. 457
In Demonstratione via sunt dignitas, scilicet passio, & subiectum.
Demonstratio constat ex propositionibus per se. car. 469. 840.
Demonstratio quia, & quid dupliciter differt. car. 436. 457. 489.
Demonstratio constat ex primis, veris immediatis, prioribus, notioribus, causisque conclusionis. 456. 457
Demonstratio circularis, quando facienda. 563
Demonstratio circularis non datur. 461
Demonstratio idem significat quandoque, quod conclusio. sic demonstrari, ideſt concludi. 247
Demonstratio vniuersalis in potior particulari. car. 515. 518. 519.
Demonstratio alia vniuersalis, & alia particularis, alia affirm. & alia negatiua alia ostensiua, & alia ad impossibile. 514. 515
Demonstratio ex necessariis, & per se. 469. 480
Demonstrationem ut cognoscamus, ex quibus fiat septem præcepta sunt obseruanda. 472. 473.
Demonstratio affirmativa potior negatiua, ut pater quinq; rationibus. car. 520. 521
Demonstrationes Mathematicæ sunt omnium certissimæ. 480. 492
In Demonstratiua scientia differt à dialectica. 484. & 85.
Denominativa quæ dicuntur. 54. sunt coniugata. 54.
Denominativè dicuntur, ideſt denominantur. 102.
Densum, asperum, & lene sunt positiones. 92
Ad Destruendum, nel

Universidad de Deusto
Biblioteca

construendum probl. universale, quæ valent, & ad particulare. 655
Determinans, idest describens. 25
Dialectica propositio est interrogatio contradictionis, & altera pars contradictionis, quæ probabilis est, & interrogat utrumque partem contradictionis probabilem, & veram, apparentem. 204
Dialectica non est alicuius generis determinati. 229.230
Dialectica utilis est ad exercitationes, obviationes, & disciplinas philosophicas. 585
Dialecticæ conclusiones, sunt numero æquales. car. 586
Dialecticum problema est speculativ tendens ad electionem, & fugam, vel ad veritatem, & scientiam, & sunt multa. 598
Dicere. i. significare 102. hæc volunt habitus dicere.
Dici dicitur essencialiter de aliquo, ut homo dicitur de Socrate: & accidentaliter ut, album de homine. 73
Dicit idem quandoque significat, quod prædicare, continere, & amplius ut pag. 45. de plurib. dici. i. plura amplecti, & continere.
Dicitur. i. appellatur. 15
Dicuntur ea, hoc est, verba: ut eorum quæ dicuntur sunt verba. 56
Dictio est, ut homo. 151. 153.
In Dictione sunt sex, æquivocatio, amphibolia, compositio, divisio, accentus, & figura. 802.803
Extra Dictionem fallaciæ sunt septem. 806.807. 808
Differentia quot modis dicatur. 18
Differentia, & proprium convenientia, & differentia. car. 43
Differentiæ, & accidentis conuenientia, & differentia. 44
In Differentiæ, problemata tredecim animadvertuntur. 666.667
Differentia numero. sunt singularia. 5

Disputat est propositio, quam non contingit demonstrare, & est necesse quemlibet edoctum eam habere. 456. 457.
Dignitas à suppositione, & petitione differt tribus modis. 407.481
Disciplina est receptio cognitionis ab alio. 455
Discretum. i. divisum, & separatè, ut duo & tria car. 20
Dispositio est qualitas mota, quæ si diu permaneat dicitur habitus. 102
Dispositi sunt. i. habent dispositionem. 102
Disputatio triplex existit scilicet demonstrativa, dialectica, & tentativa. 827. 828. & quæ sint.
Disputatio dialectica est, quæ est collectiva contradictionum. 800
Disputatio litigiosa est, quæ ex his syllogizat, quæ videntur esse probabilia. 800
Disputatio doctrinalis est, quæ syllogizat ex priuc. alicuius scientiæ propriis. 780
Disputandi genera sunt quatuor doctrinale scilicet dialecticum, tentativum, & litigiosum. 799.800
In Disputando quomodo victoria parãda, & deuendus sit is, qui disputat ad falsum, vel ad inopinabile, vel negationem, vel ad solœcismum, vel ad vedargutionem. 831.833.
Divisio aliquando significat orationem negativã 145.146
Dividere, idest distinguere. 26
Divisum, i. quòd minimè potest dividi, ut singulare. 17
Doctrina est actio rivs, qui aliquid cognoscere facit. 455
Doctrina est duplex, alia simplex, & alia composita. simplex est in duplici differentia, quædam præcognoscimus, quid sint, quædam, quid eorum nomen significat. Composita est, quando præmittimus, quid sint, & quid significent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficent. 453.
Doctrina omnis, & disciplina fit ex præexistenti cognitione. 453
Doctrina. i. cognitio. 3

E

EAdem dicuntur tripliciter, numero scilicet, quæ eodem nomine appellantur. specie quæ sunt sub eadem specie, & genere, quæ sunt sub eodem genere. 582
Eiusdem, & diuersi loca. 752
Elenchus est contradictio nominis, & eiusdem nominis, & rei simul. 502. 506. vel elenchus est syl. probatiuus, & contradictionis positionis respondentis 507
Elenchi notitiam quomodo habeamus ex syllogismis. 422
Elenchi sophistici sunt infiniti. 521
Ens, id quod est. 17. & cum sit, nec esse, etiam significat.
Enthymema quomodo fiat. & ex quibus. 446.447
Enunciatiua est oratio, vel ea, ut quæ enunciet vnū de vno, nel ex coniunctione alia plures fiat, aut non coniuncti a 150. 151
Enunciatio est oratio, quæ verum vel falsum indicat. 146
Enunciatio omnis constat ex nomine, & verbo finito, vel infinito. 168. 169.
Enunciatio opposita est negatio. & affir. & negatio quæ omnes alios casus significat, & dicitur contraria, ut omnis, vel nullus homo est albus, aut sub contraria. ut homo est, vel non est albus. 133. 134.
Enunciatio opponitur in hac modis, contrarie, subcontrarie, & contradictorie. 134
Enunciatio nera non est contraria nerę. 134
Enunciationes eiusmodi & inter se oppositę nerę, ac consequentia, & ex aliorum, & ex sua propria opinione. 182. 184
Enunciatio alicuius de aliquo. i. in quo aliquid de aliquo prędicatur affirmatiuè, ut homo est animal, & enunciatio alicuius ab aliquo, i. in qua remouetur subiectū a prædicato per aduerbium non, ut homo non est lapis. 152. 153
Enunciat quis plures sententiar, dum profert plura, quæ non significent vnum, nel vnum quod plura significet. 175. 176
Esse sic se habet. eorū quæ sunt, hoc est, entia. 56
Esse æqualiter. i. præcisiui æquè. 47
Est, verbum dicitur tertium adiacens, cum post ipsum ponitur nomen, nel verbum loco nominis, ut homo est iustus. 172. 174
Est aliquā do p̄dicatur affirmatiuè, nel negatiuè: bonum est, & bonum non est. 210
Est, verbum appellatur copula, quæ coniungit, quæ terminos coniungit si absque Nō proferuntur: nel disiungit, si Non adiungatur. 211
Est, verbum ut se habet in propositionibus de inesse, sic Contingit in propos. contingentibus. 209. 210
Est, & non est dicitur copula. copulat enim animal, & homo simul. 201. 202
Est, nel non Est: sit, nel sit, ideſt affirmatiuè, nel negatiuè 219. 222
Est sumere, i. potest accipi nel sumi. 81
Exemplum quo pacto fiat. car. 441
Experimentum sit ex memoria. 579
Extra animal. i. separatum animal. 180
Extranea. i. per accidens. 67. 71
Extrema dicuntur maior, & minor terminus. 219. 223
Extremitas dicitur terminus, unde maior, & minor extremitas, sic extrema. 212
Extremitas maior idem est, quod propositio maior. 242. 243

F

FAcere est id, q̄ quale est ex se gignit. 128

Universidad de Deusto
Biblioteca

Facere, & pari recipit contrarietatem. 128
Fallaciæ sunt septem. s. fallacia accidentis secundum quid, ignorantiæ, positionis, consequentis non secundam causam, ut causam, & ultimo secundum plurimas interrogationes. 806.803
Fallacia compositionis, accentus, & amphiboliæ quæ sit. 802.803
Fallaciæ aliæ fiunt in dictione, aliæ extra. 851. 855.857
Fallacia secundum opinionem. 431
Fallacia est maximè in quibus est veritas, & falsitas. 198
Familiarius. i. magis æquè. 66.67.73
Figura secunda tot syl. modos utiles, & inutiles habet, quot, & prima, & qui sint. 424.425
Prima figura maximè facit scire. 490.491
Figura postrema est tertia fig. 248
Forma est compositioni continens simplici, & invariabilis essentia constituens. 123
Forma alia quidem est in subiecto, & de subiecto dicitur, ut scientia, in subiecto quidem est ut in anima, & de subiecto, ut de grammatica est, quædam in subiecto nullo dicitur, ut albedo Socratis, quædam neque in subiecto est, neque de subiecto dicitur ut humanitas Socratis, quædam uero dicuntur de subiecto, & in subiecto nullo sunt, ut rationale, & mortale. 325
Forma quædam est à natura, & quædam ab arte. 324
Terminus Formæ est diffinitio. 324
Forma utrum variabilis. cap. 124
Forma, scilicet pulchritudo. 15

G

Generatio simplex, & corruptio non congregatione, nec segregatione, sed quando totum mutatur ex aere fit totum conuersum in hoc totum. 143
Genus quot habeat significationes. 3
Genus est triplex. 8
Genera alia subalterna, alia non. 59
Genus non diuidatur per differentias remotas. 568.569.
Generum diuersorum diuersæ sunt prime. 57
Generis, & accidentium diuisio in species, nihil confert ad inuentionem medij. 336
Genus, & accidens quomodo conueniant, & differant. 37
Genus, & differentia quomodo conueniãt, & differant. 31
Genus, & species quibus conueniant, & differant 34
Genus, & proprium quibus conueniant, & quibus differant. 36
Problema generis quomodo destruatur per locos extrinsecos, quæ quidẽ destructiones quædam restrictiũ contrariæ, quædam generationes, & corruptiones, quædam commutata, quædam primatiuè oppositæ, quædã contradictoriæ, quædã relatiuè oppositæ, quædam actum, & habitũ, & quædam moralia. 674.675.680.681.685. quæ autem sint constructiuæ. 686
Problema generis quomodo construitur, & destruitur. 662.663. & quot animaduersiones destructiuæ, & quot constructiuæ. 666. & in p locos extrinsecos.
Genus aliquando significat prædicamentum. cap. 59
Genus idem quod origo, caput, fons, uel princ. cap. 17

H

Habere est corpus, ea enim quæ circa corpus sunt, habere dicuntur. 118
Habere quot modis dicatur. 139
Habere actu habet significatur, & qui sint. 121
Habitudines, ideſt respectus. 7
Habitus est corporum, & eorum, quæ circa corpus

sunt adiacentia, secundum quam hoc quidem habere, illa uero dicuntur haberi. 138
Habitus est diuturnior dispositione. 92
Habitus suscipit magis, et minus, & nihil est cõtrarium. Proprium eius est in pluribus existere. 138.139
Habitus, & priuatio non referuntur inter se. car.104
Hic, hæc, hoc significat id, quod digito ostenditur: ut pag.56. hoc album.
Hic, hæc, hoc. i. singulare, & definitum. 92
Hoc aliquid, id est unum, & singulare, ut Socrates. 74
Hoc ipsum quid est. i. secundum essentiam propriam, & singularem. car.74
Hypothesis. i. suppositio. car.302

I

IDem contingit demonstrari per plures causas 556.557
Idea an possit scire, & opinari. 537
Idem numero est triplex scilicet nomine, & definitione, & indumento proprio ut homo est disciplinæ capax. et idem accidenti, ut Socrates est sedens. 592
Opinio Platonis de Ideis est falsa. 507.510
Inductio quomodo fiat. car.440
Inductio est à singularib. ad universale progressus. 600
Indefinitum est universale absque signo omnis, uel nullo. 203
Indefinitum, ut propositio indefinita dicitur, cum quod inest, uel non inest sine uniuersali, uel particulari, scilicet nota, quæ est omne, & nullum, aliquod, uel non omne. car.202
Individuũ idem est, quod singulare, quidam hoc & unum numero. 58. 58.
Inesse idem significat, quod prædicari, continere, & amplecti. 246 247
Inesse est duplex, simpliciter, & ut nunc. 202
Inesse

Inesse idem est, quod prædicari, & reperiri; ut animal inest hominem. 203
Infinita id est indistans. 17
Infinitum. i. indeterminatum, nõ definitum. 255. 256
Infinitum nomen, uel uerbum dicitur id, quodcunque iungi potest: ut, ignotus est nõ homo, bos, lignum. 148
Informata. i. determinata. car.35
Ignorantia est duplex, altera præuæ dispositionis, & altera præuenationis. 493.494
Ignorantia prauæ dispositionis est deceptio facta per syl. 493.495
Impermixtæ differentiæ sunt contrariæ. i. una nõ possunt reperiri. 46
Impossibile est cognoscere propter quid nisi cognoscatur quia est. 552. 553.
Ad inuentionem differentiarum leguntur duæ considerationes, deinde narratur utilitas talis inuentionis. 611.612
Ad inuentiendum Medium propter quid quatuor leguntur conclusiones. 571 572 576
Infensibili. i. quæ ratione comprehenditur ut doctrina. 126
Instantia quid sit, & quo modo fiat 444.445
Instans est quando non est secundum quod aliquid æquale, uel inæquale est 130
Instrumenta, quæ nos uel duus copiosus ad syllogizandum sunt quatuor, propositionum sumptio multiplicis distinctio, differentiarum inuentio, & similitudinis cõsideratio. 601
Intellectus est propositio indemonstrabilis. 532. 533.
Intellectus aliquando significat id quod animo concipitur, ac intelligitur, & appellatur conceptus. 145.146
Intellectiua. i. intellectus. car.455
In solis nudis intellectibus scilicet in intellectu & non in re. 3
Intensio, & remissio ideſt magis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis, & minus. 25
Intensionem suscipiunt, & remissionem. i. magis, & minus. 102
Internalla vtraque. i. vtraque propositionis. 269. 271
Interrogatio est pars contradictionis, & non est vna sententia. 179
Interrogatio non est vnius scientiæ. 482. 483
Ad instruendum interrogantem quæ loca apta. car. 769
Innominatum. i. nomen infinitum. 169. id non homo.

L

LAtio opponitur quieti privatiuè. 119. 120
Leue est, cuius particulæ aqualiter prælia sint. car. 136
Linea, & superficies, & soliditas quantitates sunt. 128
Loca, vel dignitates, quæ possint confirmare, vel destruere problemata, quæ sint. 644
Locus est id, quod capit, & circumscribit. 133
Loco inesse contrarietas, ne forsum, & deorsum. car. 79
Locus, & tempus sunt sub quantitate. 76
Duo in eodem loco esse nõ possunt. 133
Locus simplex est origo, & constitutio eius, quod est continuorum. 174

M

MAgis, & minus suscipere dicitur tripliciter, vnum. n. quidã secundum extremum, vel diminutionem eorum, quæ suscipiunt subiectum aliter autem, et alia ipsa quidem, quæ suscipiuntur, in suscipiente eliminat, & præsente annunciant. aliu semper vtrunque. 340
A Magis, & minus loci. 691. 711
Magnanimitas est constantia in prosperis, & aduersis. 565. 566
Maximum, & minimum non sunt contraria, sed ad aliquid. 78. 79
Maior terminus, & propositio quæ dicatur. 211
Materia est, ex qua res fit car. 143.
Materia est maximè subiecta generationis, & corruptionis proprie susceptibile. 143
Medium loco terminorum, quod in alio est, & aliud in ipso. 219
Medius terminus sit vel simplex verbum, vel definitio, vel descriptio, et ex obliquis quoque sit syl. 349
Medius terminus est qui continet & continetur. car. 212
Medius terminus non semper est simplex verbum sine nox, sed aliquando oportet sumere definitionem, vel descriptionem. 348. 349
Media sine termini medij, sine rationes ad confirmandam, vel probandam propositionem, sumuntur ex consequentibus, antecedentibus, & coniunctis, sine comitãtibus terminos conclusionis vel propositi, dum Propositum sit affir. 313 315
Media quo pacto sint inuenienda in omni syllogismorum genere, & quomodo aptanda. 320. 322 323
Medij inuemendi ratio. 313. 333. & 34.
Medij verba reduplicata sunt aptanda maiori termino. 353
Medium terminum dum recipietis, septem præcepta sunt obseruanda, & quæ sint. 314
Memoria fit ex sensu. 579
Minor terminus, & propq̃ dicatur. 211
Modales prop. modus autẽ dicitur, Necesse est, contingens est, possibile est, impossibile est. credibile, verisimile, facile, & id genus. 256
Monstrare, & demonstrare syllogismos est idem, quod perfectos reddere. 270
Mox, id est eodem tempore. 121
Motus species sunt sex, generatio, corruptio, accretio, decretio, alteratio, & latio. 119
Multipliciter. i. multis modis. 94. 102
Circa Multiplicis distin-

Nionem quindecim describuntur consideratio nes. 605

N

Nata sunt.i. à natura habere solent, nel debent. 115
Naturas rerum cognoscere faciũt inditia, & quo modo. 449.450
Naturæ cognoscendi ratio, sine syllogismus physiognomicus. 450.451
Naturaliter inest.i. à natura semper. 115
Naturaliter.i. secũdum naturam. 39
Necessariò quæ eueniunt, illa necessitas aut est ex suppositione, ut quando res est, necesse est esse: aut ex disiunctione ad opposita ut cras necessariò erit bellum nauale, aut non erit. 160.164
Necessarium fit, & necessarium accidit, & quod accidit, idem sunt, quod cõclusio fit, & concluditur. 253
Necessarium omne aut est per se, aut per accidens. 469.410
Necessarium aliquando significat utile, ut pag. 2. Cum sit necessarium.
Necessitas est duplex, absoluta, & suppositã. 164.165
Negatio.i. sententia negativa: ut homo nõ currit. 61
Negativa propositio universalis convertitur in terminis: ut nulla voluptas est bona, & nullum bonũ est voluptas. 205. 206.
Nomen est vox significans ad placitum absque tempore. 147
Nomen aliud finitum: ut homo: aliud infinitum: ut, non homo. 147.148
Nomẽ impositum duobus, ex quibus non fit nomẽ, est æquinocum. 155
Nomen prædicatur. i. accidens. 73
Nomina, & verba infinita, non sunt negationes, quia non significant nerũ, nel falsum, nec transposita inferunt pluralitatem propositionum. 167.170
Nomina quæ non sunt in casu recto non sunt nomina, sed casus nominis ut Philonis. 143
Nullum est nota universalis negativa: ut Nullum animal est lapis. 211

O

Omne aliquando significat singularia omnia unius speciei, ut pagina 50. omni adest prorium.
On Omne est nota particularis affir. 211
Omne, nullum, & aliquod sunt nota universales, & particulares. 211
Omne.i. singulare: ut pag. 56. omnis color, hoc est, singuli colores. 4
Omnis syllogismus fit hac methodo, & ratione insficienda scilicet antecedentia, consequentia, & repugnantia. 333.334
De Omni dico, quod omne, & semper fit, ut homo omnis, & semper est animal. 463.464
Opinio est contingentium aliter se habere. 531. 532. aliquando significat.
Opinio idem, quod propositio, quæ est in mente. 198
Opinio quot modis decipiat hominem. 430.431
Opinari contraria contingit dupliciter. 430.431
Opponi alterum alteri dicitur quatuor modis, ut ad aliquid, ut cõtraria, ut habitus, & privatio, & ut affir. & negatio. 104. & 107.
Opponere in disputando ad falsum quinque habeat. 831.833. ad inopinabile quinque 161. & quæ ducant ad negationem. 834.835. quæ ad solœcismum. 835.836. quæ ad vtdarguti onem. 837.838.839.840
Opponens quot habeat advertenda. 620
Opponens celat conclusionem, & si plura habeat media, incipiat à remotiori. 426.427
Oppositiones sunt quatuor scilicet secundum affirmationem, & negationem prima est oppositio universalis affirmativa, & universalis negativa, secunda universalis affirmativa, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

particularis negatiua. tertia uniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua quarta particularis affirmatiua, & particularis negatiua. 417.418

Oppositionis tres re uera sunt modi, duo contradictorij, & unus contrarius 419.420

Opposita sex modis cõsingit combinari. 419.420

Ex Oppositis quomodo ratiocinatio fiat in prima figura, in secunda, & in tertia. 417.418.419

Oppositiones sunt quatuor in ratiocinatione, et quæ sint. 417

Ab Oppositis loci. 691. 711.

Ab Oppositis locus, casibus, coniugatis, generatione, & corruptione nati ad terminanda problemata particularia. 656

Oratio est uox significans aliquid uerum, uel falsum, non ut deprecatio. 150.151

Oratio aliquando significat uocem, quæ aliquid significet. 145.146

Oratio apud antiquos quædam disputatur ad nomen, & aliæ ad intellectum. 823.824.825

Orationes aliæ sunt ueræ, & aliæ apparent uerè. 798

Oratio multiplex redditur si nomine, & uerbo utamur infinito, & primum in subiecto, deinde in prædicato, postea in utrisque. 166.169

Orationes duæ contrariæ non possunt esse simul ueræ, subcontrariæ possunt, contradictoriæ altera uera, & altera falsa. 156.157

Oratio quando non syllogizatur. 346

Oratio aliquando significat uocem, quæ aliquid significat. 146

Oratio solubilis 7 duplex, acris scilicet, & non acris, acris sine solutu difficilis est ea, quæ maximè dubitare facit: & hæc duplex peccans licet in materia, & peccans in forma. 873.875

Orationes peccãtes in materia sunt difficiliores ad soluendum, quàm peccantes in forma. 873.875

Orationes peccantes in forma, aliæ sunt dignæ ut soluantur, & aliæ non. 873.875

Ordinem habet quid, ubi est prius, & posterius. 77.

P

Paralogismi in dictione quomodo soluendi. 853. compositionis, & diuisionis. 851 858. extra dictionem, quo pacto. 860. 861. ex fallacia accidentis ibi. 862. 863 secundum quid ad simpliciter. 864. 865. petitionis principij. 864. 866. fallaciæ consequentis. 864. &c.

Paralogismi secundum plures interrogationes ut unam quomodo soluantur. 865. idem de interrogatione plures. 865

Paralogismi ungationis, quomodo soluantur. 870 & qui ducunt ad solœcismum. 871

Particulare, signat aliquando singulare. 8. quando plura cum tali nota quæ est Aliquod, & non omne.

Particularia uerius sunt, quàm uniuersalia 514. 516

Particulare, ut propositio particularis dicitur, cui alicui, aut nõ alicui, aut non omni inest aliquid. 202

Particulariter. i, cum nota particulare, quæ est Aliquod, non omne. 207

Particularis prop. affirmatiua in terminis per se conuertitur in uniuersalem affir. in his, qui per accidens in particularẽ affir. 205.206

Passibilis qualitas est, quæ infert passionem sensui, ut dulcedo gustui, & difficile amouetur. 92.96

Passio est qualitas, quæ facilè amouetur: ut albedo ex timore contracta. 92.

Passio in anima aliquando idem est, quod conceptus animi. 145.146

Passio est effectus, illatio que actionis, secundum quam hæc quidem patiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur magistrilla uerò mini mi. 129
Patio non est in agente, sed in eo quod agitur, et operanti actum suscepit. car. 129
Passiones cognoscuntur per indicia, & quomodo. 449.450
Passiones sunt in duplici differentia: aliæ naturales, quæ trasmutant corpus, & animam, ut ira, & concupiscentia, & aliæ, quæ animam tantum transmutant. 449. 450
Passionis signa, & præcepta. 449.450
Paradigma, idest exemplum; quod ostendit maiorem terminum de medio per aliquod, quod simile sit minori, uel de minori per medium, aut est quod unam particulare probatur per aliud particulare simile. 441. 442.
Ad Passionem analogam demonstrandam sumatur medium analogicũ. 571.573
Pati quot modis dicatur. car. 129
Perficere, i. definire, & cõstituere, ut pag. 35. informata specificis differentijs perficere species.
Petere principium idem est, quod si eadem sit ratio, & conclusio 338. siue dicamus, quod petere principium est non ostendere propositum. 422.423
Per se quatuor sunt modi, primus, quando prædicatum est definitio, uel pars definitionis subiecti, ut in triangulo inest linea per se. secundus, quãdo subiectum est definitio, uel pars definitionis, hoc est, quãdo proprium prædicatur de subiecto, ut rectum, & circulare de linea. tertius, quando id, quod dicitur per se, non dicitur de aliquo subiecto, per quod existat, ut prima substantiæ, quartus, quando aliquid fit alterius gratiã. 463.464. 465
Per se, & secundum quod ipsum sunt idem, sed per se in plus se habet. 465
Petitio est propositum, cui neque

neque discens assentit, nec dissentit. 778
Petitio principij est duplex, quædam statim, & quædam non statim. statim quando idem re, et nomine assumitur ad seipsum probandum: nõ statim, quando assumitur aliquod nõ idoneum ad probandum propositum. 422. 423
Petitur, idest eadem est ratio, & conclusio. 338
Positio est quædam partiũ situs, & generationis ordinatio, secũdum quam dicuntur stantia, uel sedentia, uel aspera, uel lenia, uel quomodolibet disposita. 135.137
Positio est propositio, quã nõ contingit demonstrari in illa saltem scientia, in qua est positio, & non est necesse quemlibet docendum eam habere. 456. 457. & est duplex.
Positio alia est suppositio, & alia definitio. 456
Positio est opinio alicuius celeberrimi extranea. 598
Positio. i. suppositio. 270. positio i. suppositio. 270. aliquando est.
Positus. i. permanentia, & continuatio. 80
Positio duplex, & situs certus, & fluens. 75. 77
Possibile sequitur necessarium, quando significat necessarium, & contingens. 182.189
Possibile, & contingens propositio æquipollet propositioni impossibili, si modus unius affirmetur, & alterius negetur. 191
Possibile est duplex, ut possibile est ambulare, cum homo ambulat, & possibile est ambulare, cum nondum ambulat. 192
Posteriora. i. infera, & secunda. 160
Postremus terminus idem est, quod minor terminus, siue minor extremitas. 212
Potentia, id est, potestate, facultate, & uirtute. 47
Potentia naturalis est aptitudo naturalis ad patiẽdum. 98

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Potentia sunt multa, non tantùm, quæ possunt fieri, & non fieri, esse, & non esse: ut nostis potest incidi, & non. 160. 163. 162

Potestas idem, quòd virtus, vel potentia 25. aliquando significat. Potestates, possibilitates. 192.

Omnium Prædicabilium sunt decem comparationes. 39

Prædicatum aliquando appellatur consequēs. 314. 321. 322

Prædicabilia in quib. conueniant. 29

Prædicamentum. i. rerum caput. 16

Prædicari in quid, est cuiuslibet prædicamenti. 594

Prædicatio duplex est. 17

Prædicatur. i continet in se, vel habet sub se. ut pag. 6. Genus est, quod de pluribus, & differentibus specie in eo, quod quid est prædicatur.

De omni Prædicari dicimus, quando nihil est sumere subiecti, de quo nō dicatur alterum: & de Nullo similiter. 203

Prædicantur alia per se, et alia per accidens prædicamine. 501

Prædicantur per se, alia per modum quātitatis, alia qualitatis, & alia aliorum accidentium, alia tādem per modum substantiæ, & in quid. 507. 510. 511

Quæ Prædicantur per accidens, ea prædicantur dupliciter, alia prædicantur, ut subiectum de accidente, ut homo de albo, vel accidens de accidente, ut album deambulat. 506. 507. 510

Prædicari sic se habet, quædam prædicantur tantum, quædam prædicantur, & prædicata sunt, sine subiecimtur: quædam nullo modo prædicantur, sed semper subiecimtur. 56

Prædicatiua propositio idem est quod affirmatiua. 207

Prædicatum est terminus in oppositione, qui prædicatur, sine continet alium, quod dicitur subiectum. unde prædicatum est maior terminus, & subiectum minor. 213

Prædicatum est id, quod continet. 69. 74

In Prædicatis essentialibus non est processus in infinitum 506. 507

Prædicatorum loci constructiui, et destructiui. 765

Praintelliguntur. i. prius cognoscuntur. 49

Præcognoscendi modi sunt duo, & ordo item duplex: aliquid enim præcognoscitur prius, sicut prius notum a tempore: aliquid uero simul tempore, sed est prius natura, ut singularia. 453. 454

Principaliter, ideſt primum. 31. aliquando significat prius. 65. 72

Principium Artis sit ex experimento. 579

Principia in demonstratione sunt propositiones. 456

Principia prima demōstrari non possunt. 460. 461

Principia syllogismi. 3. termini, propositiones, & figuræ. 335. 336

Principia communia sunt ea, circa quæ scientia sit circulatur, & de quibus

præcognoscitur quid est, & quia est. 477. 480

Principia indemonstrabilia quo pacto sint nobis cognita. 578. 579

Principium primum non ingreditur demonstrationem ostensiuam. 479 481

Principia in demonstratione magis sunt nota, quàm conclusiones. 456 457

Principia Demonstrationum quomodo sint sumēda. 578. 579

Privatio. i. oratio, sive sententia negatiua 174. aliquando privatio dicitur de his, quæ nata sunt habere aliquid, & non habent 114

Privativa propositio idem est, quod negativa prop. 207

Privativa uniuersaliter ꝓpositio. i. negativa cum nota universali quæ est Nullum. 210

Privativa opposita quæ sint. 104

Prius, & notius duplex existit, alterum secundum naturam: ut universale est prius singulare,

lare, & notius, alterũ quò ad vos, ut singulare. 456.457
Primum, & immediatum idem est, sed immediatum est, quo non est aliud prius. 456
Prius quinque modis dicitur, tempore, subsistendi consequentia, ordine, nobilitate, & causa. 115. 116
Probabilia sunt, quæ uidentur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus, & his maximè notis. 583.
Probabiliter, idest magis logicè. 3
Problemata, idest quæstiones, alia sunt vniuersalia, alia particularia, alia affirm. siue constructiua, alia negatiua, siue destructiua. 616
Ad Problema particulare non solum accipiãtur ea, quæ sunt in diuersis generibus sed quæ in eodem. 656. & possunt tractari per hypothesim. 12.
Problema destructiuũ pertinet ad opponentem. 616.
Problemata simplicis inhærentiæ alia tractantur per locos intrinsecos, & alia per extrinsecos, quos ibi lege. 618. 619. 620. 621.
Circa problemata simplicis inhærentiæ summantur quindecim considerationes. 633. 639. & quæ valeant ad construendum, & quæ ad destruendum. 640
Problema indefinitum potest solum confutari per contradictorium, et confirmari per vniuersale, & particulare. 656
Ad Problemata tractanda quò ad consequentias narrantur quatuor animadversiones. 632
Propositio est oratio, quæ affirmat, uel negat aliquid, ut homo est animal, homo non est animal. 201. 202
Propositio appellatur maior, quæ habet maiorem terminum conclusionis: minor, quæ minorem. 211.
Propositio quælibet dividitur in tres partes; ut hæc, homo est animal, pars una est homo, secunda, est, tertia animal. 201.
Omnis Propos. aut problema, aut est terminus, siue definitio, proprium, genus, et accidens. 586. 587.
Propositio aliquando significat propositum, uel problema. 312
Propositiones modales habeat, hunc se ad modũ, ut possibile est hominem ambulare, eius negatio est, Non possibile est hominem ambulare, & non possibile non est hominem, non ambulare. 180. 184
Propositiones dialecticæ sunt multæ; aliæ sunt per se probabiles, ut omnis mater filium diligit, alias lege. 596
Propositio dialectica quomodo differt à problemate. 588
Propositio immediata dicitur si causa sit immediata, uel terminus medius. 35
Propositiones mediatæ quo pacto ad immediatas deduci possint. 512. 513
Prop. indefinita affirmat.

est, ut homo est animal. 214.
Propositio prima, siue maior quæ sit, & minor. 211.
Propositiones quomodo cõficiantur ex terminis. 213.
Propositiones, quæ sapientibus uidentur ponendæ sunt, nisi contrariæ sint opinionibus plurimorum. 596.
Propositio probabilis est, ex re, quæ ut in pluribus facta aliud factum est, uel quæ non facta aliud non est factum. 446. 447.
Illa Proposita facilè concludunturs, quæ per plures figuras, & modos concludi possunt. 310. 311.
Probabilis ratio quid sit. 446. 447.
Propositio affirm. cum prædicato infinito, & negatiua cum finito differunt. 363. 364
Ad inventionem Prodigiorum, siue indicionum quæ supponantur. 449. 450.
Propositio in demonstratio

ne sit magis nota, quàm conclusio; conclusio nescitur per prop. 456
Propositio necessaria, vel demonstrativa constat ex illo, quo facto aliud necessario fit. 447
Propositum non esse ostensum contingit quatuor modis. Primò quando non syllogizatur, idest ponitur aliquid sine probatione. Secundo si quid ostendatur per ignorantiam. Tertiò si per aquè ignorata. quartò quando prius ostenditur per posterius. 422. 423.
Propositiones omnes in secunda fig. possunt syllogizari per impossibile, vt vniversalis affirmativa in Baroco. 411. 412.
Propositionum aliæ sunt de inesse, & aliæ modales, aliæ affirmativæ, aliæ negativæ. aliæ vniversales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ. 205. 206
Propositionem de inesse appellat Aristo. quæ vocabulum non habet, idest nõ habet necesse est, aut contingens est, aut possibile est, aut impossibile est, aut quid aliud tale. 208.
Propo. de contingenti quæ convertitur in oppositam qualitatem. 253
Prop. de contingenti duplicem habent sensum. Primum, quando significant prædicatum contingere, vt illi insit, cui inest subiectum. Secundum, quando illi, cui contingit subiectum inesse. 253. 255.
Propositio vniversalis negativa falsa non potest concludi per medium proprium ex vtrisque falsis, sed ex maiore in prima figura. 497
Propositio vniversalis negativa mediata falsa potest syllogizari per medium non proprium ex vtrisque falsis, vel ex maiore vera, & minore falsa. 497. 498
Propo. vniversalis negativa cum signo est, vt nullus homo est lapis. 214
Propositio vniversalis affirmativa, cum signo est, vt omnis homo est animal. 214
Propositiones sine negativæ, sine affirmativæ aliæ mediatæ, & aliæ immediatæ. 492
Propositio negativa dicitur tripliciter. 492
Propositio singularis affirmativa, vel negativa, est Socrates ambulat, Socrates non ambulat. 214.
Propositio particularis affirmativa est, vt aliquod animal est homo. Negativa, aliquod animal non est homo. 217
Propositionum summa. 168.
Propositum, sive problema discutiendum quomodo sit. 313
Propositum illud facilè ẽ eliditur, quòd per plures figuras, & modos concludi potest contra, quod per paciores: vniversale affirmativum erit difficulter argumentabile. 310. sed negativum facilius. 310. 311.
Propriè, idest secundum accidens inseparabile. 24. aliquando significat verè. 65. 72. 89
Propriæ conditiones. 46
Propriissimè, idest specificè. 24. quandoque significat nox propriissima idem quòd summa, vel maxima. 7
Proprium quot modis dicatur. 26
Proprium est duplex aliud indicat quid est esse rei, & vocatur terminus, sive definitio, aliud non indicat, & vulgò dicitur proprium, & est, quod soli inest, & reciprocè prædicatur de re. 588
Proprium, & accidens quibus conueniant, & quibus differant. 50
Propriæ, & differentiæ conuenientia, & discrimen. 43
Proprium est posterius specie, non semper actu. 46.
Proprium non potest esse genus aliorum propriorum. 47
Loca, & modi Propriæ qui sint. 691. 694
Proprium cum eo, cuius est proprium, conuertitur. 44

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX, ET

Q

Quæstio est propositio, de qua dicens habet contrariã opinionem. 478
Omnis Quæstio quærit an sit medium. 578.579
Quæstio si est, & quia est differt. 537
Quæstiones verè scibiles æquales sunt numero his, quæ verè scimus. 537
Circa Quæstionem superstatum Prædicatorum quatuor sunt modis supponenda. 201
Quale quid dicitur à subiectum dicitur quale. 102
Qualitas est secundum quam quales dicimur, & quatuor habet species, & quæ sint. 92. 93.
Qualitati res insunt proprietates contrarietas, scilicet suscipit magis, & minus, & similis, vel dissimilis dicitur. 93.
Quale quid à commune quid, & plures rei. 74
Quando, est tempus. 128
Quando verò est, quòd ex aliacentia temporis relinquitur. 129
Quando est aliud ex eo, quòd abut, aliud verò quòd instat, aliud verò ex eo, quòd necesse est contingere. 130
Quando non suscipit magis, neque minus. 131. neque nihil ei est contrarium. 132. & in quibus sit.
Quando aliud simplex, aliud compositum. est autem compositum, & in compositæ actione consistit, simplex verò, & cum simplici. 133. 134
Quantum aliud continuum vt linea, aliud discretũ, vt numerus. 74. 76
Quanto nihil contrarium, non suscipit magis, & minus, & dicitur æquale, vel inæquale. 77. 78.
Quantum, aliud per se vt linea, aliud per accidens vt albedo magna. 76
Quantitas, vt participata est passio effectiua est, & qualitatum. 128
Quidam, ibi hic singularis, & individuus, qualis Socrates. 56
Quid est non potest demonstrari de eo cuius est in eo, quòd quid est per syll. reduplicatiuum, ut de quatuor supponuntur. 543.544
Quod quid est quomodo potest fieri definitio. 540.541.543.545.
Quod quid est non est demonstrabile de eo, cuius est in eo quod quid est per syll. diuisiuum. 545.546.
Quod quid est non potest demonstrari de eo, cuius est per definitionẽ. 547.548.549.550.
Quod quid est neque definitiuè, nec demonstrati nè sciuntur. 551.552
Ad inueniendum Quod quid est per diuisionem quæ diuisio facienda. 564.565.

R

Ratio significat aliquando naturam, vt pag. 54. substantiæ ratio aliquando.
Ratio. 1. definitio. 15. aliquãdo significat naturã & essentiam. 77. 66. 67
Ratiocinatio falsa, quæ sit, & quo modo fiat. 428. 429.
Ratiocinatio ex oppositis quo pacto fiat. 417
Redargutio quomodo fiat 429.
Resoluitur. i. diuiditur. 204.
Respondens caueat ab interrogatione. 844.846. & quinque aduertat, 845.847.848. & 50.
Pro Respondente, & interrogante loci communes. 776.
Ad instruendum Respondentem loci. 776. 780
Risibilitas. i. aptitudo ad videndum. 27
Reduplicatio fit duabus de causis aut causæ gratia, aut concomitantiæ. 355.
Rhetoricæ argumentationes sunt in tribus figuris, vt syllogismi dialectici, & demonstratiui. 439. 440.
Respondens quo pacto ducatur ad metam. 876. 877.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX, ET

S

Scientia est cognitio propter quid conclusionis, quæ non potest haberi à sensu. 226.227
Scientia est universalium. 511
In Scientia nihil præsumitur, quàm eius principia. 473.475.
Scientia. i. cognitio. 17
Vna Scientia est certior alia tribus modis. 524. 525.
Scientia Sapientis est apparens Scientia, & non vera. 799.800.
Vnaquæque Scientia propriæ habet propositiones. 482.483
Scientiæ speciales nituntur principijs communibus, quibus ignorantis ignorantur propria. 477. 480.
Scimus quatuor, si est, quid est, quia est, & propter quid. 537
Sciri dicitur tripliciter, nam aliquid dicitur sciri in vniuersali, vt quàdo cognoscitur aliqua propositio ex terminis communibus constituta. Secundò scitur in propriè forma, vt quando cognoscitur aliqua conclusio ex terminis specialibus constituta. Tertiò scitur aliquid in actu, quando illud actualiter consideratur, & in habitu, quando quis considerare potest. 430. 431.
Scimus aliqua sine demonstratione. 460.461
Scire non fit per propositiones probabiles, nec per medium contingit scitum conclusio. 469. 470
Scire arbitramur, cùm causam cognoscimus. 456.
Per se, idest essentialiter. 24.
Secundum. i. excepto: vt p. 55 Secundum nomen. i. excepto nomine.
Sedere, & iacere non sunt positiones. 135
Sensibile scilicet singulare. 3 alio modo. 99
Sensibile. i. quod sensu comprehenditur vt color sonus &c. 125
Sensibile, idest individuum. 318.

Sen-

LEXICON

Sensibile alio legunt, quod secundum vnum, quodquè. 317
Separabile est, quod potest separari à subiecto 29.
Sequi eam, ideſt æquipollere. 192
Sequuntur, ideſt sunt notæ. 198
Signa sunt triplicia, quædam. 21. cum terminis conclusionis conuertuntur, ex quibus sunt enthymemata in prima figura, quædam sunt excedentia terminos conclusionis, ex his sunt enthymemata in secunda figura. quædam sunt inferiora ad terminos conclusionis, ex quibus fit enthymema in tertia figura. 447 448
Signa differunt, quæ enim sunt primæ figuræ dicuntur inditia sine prodigia 3 maximè enim faciunt scire: quæ verò in alijs figuris, signa tantum. 447. 448
A Simililoci. 691.731
Similiter, ideſt æquè. 358
Simpliciter aliquando significat nunc, & præsentiarum pag. 146. addatur vel simpliciter, vel secundum tempus, id est vel in tempore præsenti, vel præterito, & futuro. aliquando simpliciter, idest in summa, vel tandem. 95.102 aliquando idem, quid propria scientia, actu, & re vera. 455. aliquando significat idem quod sine reduplicatione. 355.
Simpliciter aliquando significat in genere, in vniuersum, in summa. 56. 58.
Simpliciter aliquando proprie: vt pag. 74. quale quid simpliciter, aliquando per se, & re vera. 74. aliquando vnicè. 312. aliquando idem absque nota sine signo. 529. quandoque communiter, & vulgo 24. & vno modo. 7 aliquando simpliciter, idem est quod absolutè. 115
Simul dicuntur ea, quæ sunt eodem tempore, & quæ conuertuntur inter se, & vnum non est causa alterius, &

quæ aliquid ex oppositis dividunt. 117. 118
Simul, idest eodem tempore. 81
Singularium non est definitio. 570
Situs videtur susceptere contrarietatem. 176
Solertia est quædam subtilitas inueniendi medium in non prospecto tempore, & confert ad demonstratorē, qui procedit per vltimas causas, & declarat eam tribus modis. 534. 535
Sophisticorum Argumentorum solutiones. 842. 843. & quæ aduertenda. 844. 845. 846
Sophisticæ argutiones sūt duæ. 801
Sophisticum nomen significat idem per se sumptum, & iunctum cum alio. 370
Suppositio affirmat aliquid de aliquo affirmando, vel negando, sed definitio nec affirmat, neque negat. 456. 459.
Soluendi varij modi sunt; aliquando enim fit solutio ad orationem ipsam, aliquando ad hominem, si ostendamus ei non rectum ordinem præbuisse propositionibus. 873. 874
Solutio prima est illa, quæ plus desiderat temporis, quàm disputatio. 874.
Solutio argumentorum est duplex, recta, & non recta, recta est manifestatio argumentationis secundum communem modum. 850. 853
Species quid sit. 9
Species, specialissima quæ. 16
Species subalterna quæ. 16.
Species duplicem habet significatum. 3
Species argumentationis dialectica sunt duæ, syllogismus scilicet, & inductio. 600.
Species est semper actus. 46.
Species, & differentia quibus conueniant, & differant. 41
Species, & proprium dupliciter conueniunt, & quadrupliciter differunt. 46

Species, & accidens vno conueniunt, & quatuor differunt. 48
Subalternum dicitur genus, vel species, quæ modò sunt genus, modò species. 59
Substantia significat rem, quæ per se existat absque adminiculo. 62
Substantia est duplex, prima, vt Socrates, & secunda, vt homo. 62. 63
Subcontrarium est, vt homo est albus, & homo non est albus. 153 154
Subiectum est id, quod subest prædicato, vt Socrates homini. 56
Subiectum idem est, quod individuum, & singulare: vt pag. 47. species actu adest subiecto.
Subiectum aliquando significat id, ad quod aliud adhæret; velut paries est subiectum albedinis. 56. 57
Subiectum dicitur id, quod subest: vt homo prædicatur de subiecto Socrate pag. 66. aliquando id quod sustinet, vt paries omnes colores, & appellatur tale subiectum substantia prima. 65. 73
Subiecta res dicitur ea, de qua agitur. 191
Eorum quæ in subiecto sunt, & quæ de subiecto non sunt dicibilia alia sensibilia, & alia insensibilia. 115
Subsies, idest esse sustentamentum; vt substantia subiicitur omnibus accidentibus, idest sustinet eadem, et ideo dicitur subiectum. 73.
Aliquando significat idē, quod definitio. 43
Substantia omnis sex habet proprietates, quòd in subiecto non sit, secundæ contineant primas, significent quid, nihil sit contrarium, non suscipiant magis nec minus, sint susceptiuæ contrariorum. 53. 66. 67.
Substantiæ partes sunt materia, & forma. 73. 68.
Substantia vnaquæque, id est, singularis, & individua. 43
Subsistentia, idest inhærentia. 29

Universidad de Deusto
Biblioteca

Subsist ant. i. per se fient absque adiumento. 3
Subsistere antè, ideſt prius esse: vt pat. 47. species antè subsistit, quàm proprium, hoc est, prior est proprio.
Sufficienter, ideſt rectè. 91.
Sumere. i. assignare, & demonstrare. 81
Sumptio propositionum habet decem considerationes. 602
Sursum, & deorsum pluribus videntur esse contrarium. 135
Suppositio est propositio vera dicens esse, vel non esse, quæ subordinatur conceptui complexo. 478
Suppositio, petitio, quæstio, & definitio differunt inter se. 477.481
Susceptibile, ideſt subiectum. 115
Syllogizant, ideſt ratiocinantur. 301
Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis aliud quid ab his, quæ posita sunt, ex necessitate accidit, eò quòd hæc sint. 203
Syllogismus cõponitur ex duabus prop. & conclusione: & harum singulæ in duas partes secantur, quæ termini appellantur. 211
Syl. omnis constat ex duabus propositionibus. 302
Syllogismus aliquando significat conclusionem. 282. 283. 235.
Syl. multiplicatio quomodo fiat. 216.217
Syllogismus alius perfectus, alius imperfectus, & qui. 203
Syll. perfectus est, si nullius indigeat, imperfectus si vnius, vel plurium. 203
Syllogismi conficiendi methodus communis ad medium inueniendum. 333.
Ad Syl. perfectam reductionem septem sunt obseruanda. 355.356
Syll. omnis habeat propositionem universalem, & aliquam affirmatiuam, aliàs propositum non concluderetur, vel peteretur prin. et negatiua sequeretur aliquid. 302
Syll. omniũ non eadẽ sunt principia. 528. 529. verorum. et. ueræ sunt principia. & falsorum falsa.
Syll. principia sunt termini propositiones, & figuræ. 335
Syll. est quatruplex, alius demonstrativus, alius dialecticus, qui ex probabilibus est, alius litigiosus, qui ex his, quæ videntur probabilia, et non sunt. & falsigraphus, qui fit ex principijs aliquius scientiæ male intellectis. 583
Syll. dialectici quomodo augentur. 483
Syll. litigiosi dicitur, eo quod finis est victoria apparens. 827.828
Syl. litigiosus, sophisticus, dialecticus, et falsigraphus quomodo se habẽt inter se. 827.828.829
Sylo. circularis quomodo construatur. 393
Syl. conuersiuus quo pacto fiat. 400
Syll. mendacii dicitur is, qui est ad impossibile, eo quòd falsum concludit. 332
Syll. ad transumptum est, quando ex consensu respondentis opponens se transferi ad probandã aliquam propositionem extra propositum. 302
Syll. tentatiuus est, qui demonstrat ignorantiam respondentis. 819.820
Syll. sophisticus differunt à verò elencho. 812.813
Syllogi. sophisticorum quidam sunt apparentes, & non existentes, alij verò existentes sed non conuenientes rei. 819. 820.
Syll. sophistici, & litigiosi sunt idem. 827. 828
Syl. hypothetica quis sit, & est triplex. 298. 299
Sylo. ostensiuus quis sit. 296. 297. 298.
Syll. ostensiuus, & ad impossibile quomodo fiãt. 329. 330.
Syll. ad impossibile quomodo fiat. 300
Syl. ad impossibile quomodo componatur. 407
Syllog. ad impossibile, & ostensiuus bisariam differunt. 414
Syll. ad impossibile habet conclusionem falsam ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

vna prop. vera, & altera falsa, & quomodo. 296.
Syll. alij sunt veri, & alij apparent veri. 798
Syl. vtiles, ac inutiles qui. 217.
Syll. peccantes in materia quomodo differant à peccantibus in forma. 819. 820.
Syl. peccantes in materia sunt hi, qui habent veram, vel alteram propositionem falsam. & quomodo soluantur. 851. 853.
Syl. peccantes in materia, & forma per eadē sunt princ. 821. 822.
Syllog. nullus utilis fit ex vtrisque propositionibus particularibus, vel indefinitis, vel singularibus. 236
Syllogismus quomodo resoluatur in tres termin. 343
Syllogis. videtur bonus, & non est ob rectam terminorum positionem. 344. 345.
Syllog. non fit bonus, cum termini diuersimodè se habeant, vt si in vna propositione sit concretus, in altera abstractus. 347
Syllogism. quomodo reducantur ad impossibile, & in hypothesim. 319
Syllogismorum unius figuræ in aliam reciproca reductio. 3
Syllogismi ex propositionibus infinitis, & priuatis quomodo fiant. 363. 365.
Syll. qui plures possint concludere conclusiones. 365.
Syll. tres figuræ sic resultant, nam medius terminus aut est predicatum in utraq; propositione, & fit secunda figura: aut subiectum, & fit tertia, aut in una prædicatum, & in altera subiectum, et fit prima. 213.
Sy. verus fit in prima figura ex falsis & quomodo. 367. sic in secunda, & in tertia. 385. 389
Syllogismorum prima figura qua fit. 219. secunda. 224. 225. tertia. 231. 232.
Syl. omnes secunda, & tertiæ figu. reducuntur ad primam. 295. 297
Sylo. secundæ figuræ sunt imperfecti, sed perfici possunt si ad primam reducantur per conuersionem, vel per impossibile. 224
Syl. in tertia figur. quo pacto componantur. omnes sunt imperfecti. sed perfici possunt modi autem tot sunt, quot in prima. 230. 232
Syl. ex propo. de inesse quomodo fiant, & quot sint. 218. 219
Syllogismi in secunda figura ex una prop. de inesse, & altera de necessario. 244. 245
Syllogismi ex una propo. de inesse, & alia de contingenti in prima figura quo pacto componantur. 261. 264
Syllogismi ex altera prop. de inesse, & altera de contingenti in secunda figu. & quot obseruare oporteat. 281
Syllogismi non sunt in secunda figura si vtraq; prop. fuerint contingentes affir. vel neg. nec si affir. sit de inesse, & negat. de contingenti, sed erit syl. si neg. sit de inesse, & affir. contingens. 277.
Syllogismi quomodo fiant ex vtriq; prop. contingentibus in prima figura. 257. 258
Syllogismus quomodo differat ab inductione. 440.
Syllogismus procedit ex prioribus secundum naturam, inductio ex posterioribus natura, sed notioribus quo ad nos. 440
Syllogismus ex oppositis videtur ea loquendi forma, quam Rhetorici circunductionem appellant. 415. 417
In contradictione Syllogismi circularis sumantur tres termini æquinalenter. 392. 693
Syllogismi ex hypothesi non reducuntur ad aliquam aliam figuram in eo, quod hypothetici. 758. 759
Syl. ex una propo. contingenti & altera necessaria in tertia figu. qua,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quot postulent. 292. 293.
Syllogismi quomodo fiant ex utrisq; propo. contingentibus. 252
Syllogismi in tertia figur. ex utrinsque continentibus, & quæ observanda. 287. 288
Syllogismus ex una propo. contingenti, & altera necessaria in secunda figu. & quæ observanda. 283
Syllogismi ex una propos. necessaria, & altera contingenti quomodo conficiuntur in prima figura. 271. 272
Syllogismi in tertia figura ex una prop. contingenti, & altera de inesse quomodo fiant. 190. 291.
Syllogismi ex una propo. de necessario, & altera quomodo, & quot. 242
Syll. ex ambabus propositionibus de necessario in tribus figuris quomodo conficiuntur. 239
Syllogistica oratio qui pacto sit considerandæ, ac resolvendæ. 339. 341

T

TEmpus verò quando non est, utrinque natura coniuncta est, ut tempui quidem præteritum quando non est effectus autem eius, secundum quem dicitur, aliquid fuisse quando est. 130.
Tentativa disputatio est, quæ syllogizat ex his, quæ videntur verisimilia. 302
Terminum unco, in quem resolvitur propositio: vt prædicatum, & de quo prædicatur, id est subiectum, appositio, vel separato esse, nel non esse. 213
Terminus idem est quandoque, quod definitio. 588. Quandoque significat idem quod periodus. 47.
Terminus est duplex in propositione maior, & minor, maior, qui plura amplectitur, qui & prædicatum dicitur: minor, qui pauciora, & subiectum appellatur, vt homo est animal, animal dicitur maior terminus vel prædicatu, & homo minor terminus, vel subiectum. propositio fit ex duobus terminis, syllo. ex duabus propositionibus constat. 201
Terminorum conversio quo pacto fiat quot modis. 434 435.
Terminorum recta positio efficit, ut syllogismi ad iudicatur boni, & non est. 144
Terminus maior, & minor inter, esse conuenientur, necesse est medium conuenire cum illis. 434 435
Termini syllogismorum sunt tres, maior, scilicet qui alios continet, ut animal continet hominem, & Socratem minor, qui est Socrates vel medius, qui continet, et continetur, vt homo, qui continet Socratem, & continetur ab animali. 212
Terminus maior dicitur is, qui cum ne sit extra dictum. 211. minor, qui continetur, ac subiicitur. 211. medius qui continet, & continetur.
Termini ambo aliquando significant ambas propositiones. 235
Terminus primus est maior. 219 228
Terminus maior dicitur, & suprenus, & maior extremitas 212. posterius autem minor extremitas. 212
Terminus, proprium, genus, & accidens reducuntur ad aliquod prædicamentum 594
Terminorum conuersiones quomodo fiant. 435
Termini propositionis de necessario conuertuntur inter se, ut termini de inesse, & termini prop. de contingenti. quando contingere est idem significare, quod necesse est, aut non est impossibile; conuertuntur, neluti qui de inesse. Si vero contingens significet id, quod non est necessarium, neque impossibile; non conuertuntur termini in prop. negatiuis. 207. 208.

Trouui, ad quos oppones sophista conetur respondentem decere apparere, sed non merè sunt quinque. 201. 202. primò enim ad rem dargutionem, secundò ad falsum, tertiò ad inopinabile, quartò ad soleci smos, quintò ad negationem.
Topicis argumentis utiles sunt propo. contingentes. 253
Totum aliquando significat singulare, ut. 203. in toto esse alterum, id est in singulis esse.
In Toto esse, & de omni prædicari idem est. 209. 210.
Transcendere aliquando significat excedere; ut si medius terminus potest esse in plus, quàm maior. 260

V

VBi est circumscriptio corporis, à circumscriptione loci perueniens. 132
Vbi est locus. 128
Vbi aliud simplex, & aliud compositum: simplex, quod à simplici in ea procedit, compositum, quod ex composito. 134
Vbi nec intensionem, nec remissionem suscipiunt, neque nihil ei est contrarium. 135
Verbum est nox, quod cum significat tempus præsens, in aliis temporibus est casus verbi. 149
Verba medij in propositionibus replicata aptanda sunt maiori termino in prima figura. 153.
Verba simplicia, ut substantia, quantitas, & alia prædimenta non efficiunt affirmationem, vel negationem, sed ista. 61
Videtur idem est, quòd constat. 7
Virtus, siue potentia alia semper actu, & alia non. 182. 189
Virtutes quæ arte cognoscamus in aliquo subiecto. 449. 450
Vniuersaliter, i. cum nota vniuersali, ut omne, & nullum sunt notæ vniuersales.

uersales. 207
Vniuersaliter prædicari significat habere signum vniuersale, ut omnis homo est omne animal. 156
In Vniuersali vniuersaliter, id est sententia vniuersalis cum nota vniuersali, ut omnis, vel nullus homo est albus. 155.
In Vniuersalis recta assignatione duo sunt præcipienda. 467. 468
Vniuersalis tria possunt euenire errata. 466. 467
Vniuersale est de omni, per se, & secundum quod ipsum, id est conuertibili ter se habens cum subiecto. 464. 466
Vniuersale, ut propositio vniuersalis dicitur, cũ aliquid omni, aut nulli inest. 202
Vniuersales non vniuersaliter, id est propositiones vniuersales absque nota vniuersali, vt homo est animal. 158. 159
Vniuoca quę dicantur. 54.
Vniuocè prædicari, id est nomen, & naturam amplecti aliquid. 89. 73.
Vniuocè, id est eadem ratione. 17
Vnum. i. singulare. 18
Vnũ & idem numero. i. singulare, & individuum, vt Socrates. 74
Vnum est duplex per se, & per accidens. 180
Voces sunt notæ passionũ animæ. 144. 145
Voces. i. verba. 145. 146
In Voce sunt. i. loquimur. 198.
In Voce, id est in verbis. 146.
Voces, & scriptura differunt apud gentes, sed non ea quæ sunt in anima. 144. 145

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD LECTORES.

DVM impressores erratum aliud corrigunt in grauius incidũt, quemadmodum pag. 8. legitur differentibus speciem eo quod, legi debet differentibus specie in eo quod. Et pag. 55. cognoscere, vel a naturam, lege cognoscere velit naturam. pag. 60. per formam conclusionis leg. per formam circunductionis. pag. 102. prædictos leg. præditos. & alio modo quæ. lege alio modo quam. pag 119. motus speciei leg. species. & pag. 149. si vero ei iungatur Noti legatur si vero ei iungatur Non. & pag. 212. conflatur rati, legatur, conflatur ratio. & pag. 222. posterius legatur postremus. & pag. 24. concludantur leg. concluduntur. pag. 230. quo in prima leg. quot in prima. & consta ex maiore leg. cõstat ex maiore. Et 235. cõuersis terminus leg. conuersis terminis. & pag. 256. potest impediti leg. potest impediri. pag. 363. propositis affir. leg. propositio. affir. & pag. 490. qpg sunt. leg. quæ sunt. & pag. 799. & non veri leg. & non veros. alia per te videbis corrigenda.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A A B B C C D D E E F F G G H H I I K K L L M M N N O O P P Q Q R R S S T T V V X X Y Y Z Z.

A A A B B B C C C D D D E E E F F F G G G H H H I I I K K K L L L M M M N N N O O O.

Omnes sunt Quaterniones.

VENETIIS,

Ex Officina Nicolai Moretti.

M D LXXXIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca